This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A propos de ce livre

Ceci est une copie numérique d'un ouvrage conservé depuis des générations dans les rayonnages d'une bibliothèque avant d'être numérisé avec précaution par Google dans le cadre d'un projet visant à permettre aux internautes de découvrir l'ensemble du patrimoine littéraire mondial en ligne.

Ce livre étant relativement ancien, il n'est plus protégé par la loi sur les droits d'auteur et appartient à présent au domaine public. L'expression "appartenir au domaine public" signifie que le livre en question n'a jamais été soumis aux droits d'auteur ou que ses droits légaux sont arrivés à expiration. Les conditions requises pour qu'un livre tombe dans le domaine public peuvent varier d'un pays à l'autre. Les livres libres de droit sont autant de liens avec le passé. Ils sont les témoins de la richesse de notre histoire, de notre patrimoine culturel et de la connaissance humaine et sont trop souvent difficilement accessibles au public.

Les notes de bas de page et autres annotations en marge du texte présentes dans le volume original sont reprises dans ce fichier, comme un souvenir du long chemin parcouru par l'ouvrage depuis la maison d'édition en passant par la bibliothèque pour finalement se retrouver entre vos mains.

Consignes d'utilisation

Google est fier de travailler en partenariat avec des bibliothèques à la numérisation des ouvrages appartenant au domaine public et de les rendre ainsi accessibles à tous. Ces livres sont en effet la propriété de tous et de toutes et nous sommes tout simplement les gardiens de ce patrimoine. Il s'agit toutefois d'un projet coûteux. Par conséquent et en vue de poursuivre la diffusion de ces ressources inépuisables, nous avons pris les dispositions nécessaires afin de prévenir les éventuels abus auxquels pourraient se livrer des sites marchands tiers, notamment en instaurant des contraintes techniques relatives aux requêtes automatisées.

Nous vous demandons également de:

+ *Ne pas utiliser les fichiers à des fins commerciales* Nous avons conçu le programme Google Recherche de Livres à l'usage des particuliers. Nous vous demandons donc d'utiliser uniquement ces fichiers à des fins personnelles. Ils ne sauraient en effet être employés dans un quelconque but commercial.

+ *Ne pas procéder à des requêtes automatisées* N'envoyez aucune requête automatisée quelle qu'elle soit au système Google. Si vous effectuez des recherches concernant les logiciels de traduction, la reconnaissance optique de caractères ou tout autre domaine nécessitant de disposer d'importantes quantités de texte, n'hésitez pas à nous contacter. Nous encourageons pour la réalisation de ce type de travaux l'utilisation des ouvrages et documents appartenant au domaine public et serions heureux de vous être utile.

+ *Ne pas supprimer l'attribution* Le filigrane Google contenu dans chaque fichier est indispensable pour informer les internautes de notre projet et leur permettre d'accéder à davantage de documents par l'intermédiaire du Programme Google Recherche de Livres. Ne le supprimez en aucun cas.

+ *Rester dans la légalité* Quelle que soit l'utilisation que vous comptez faire des fichiers, n'oubliez pas qu'il est de votre responsabilité de veiller à respecter la loi. Si un ouvrage appartient au domaine public américain, n'en déduisez pas pour autant qu'il en va de même dans les autres pays. La durée légale des droits d'auteur d'un livre varie d'un pays à l'autre. Nous ne sommes donc pas en mesure de répertorier les ouvrages dont l'utilisation est autorisée et ceux dont elle ne l'est pas. Ne croyez pas que le simple fait d'afficher un livre sur Google Recherche de Livres signifie que celui-ci peut être utilisé de quelque façon que ce soit dans le monde entier. La condamnation à laquelle vous vous exposeriez en cas de violation des droits d'auteur peut être sévère.

À propos du service Google Recherche de Livres

En favorisant la recherche et l'accès à un nombre croissant de livres disponibles dans de nombreuses langues, dont le français, Google souhaite contribuer à promouvoir la diversité culturelle grâce à Google Recherche de Livres. En effet, le Programme Google Recherche de Livres permet aux internautes de découvrir le patrimoine littéraire mondial, tout en aidant les auteurs et les éditeurs à élargir leur public. Vous pouvez effectuer des recherches en ligne dans le texte intégral de cet ouvrage à l'adresse `http://books.google.com`

1163

Subsidia hagiographica n° 2

CATALOGUS

CODICUM HAGIOGRAPHICORUM

LATINORUM

ANTIQUIORUM SAECULO XVI

QUI ASSERVANTUR IN

BIBLIOTHECA NATIONALI PARISIENSI

EDIDERUNT

HAGIOGRAPHI BOLLANDIANI

—

TOMUS III.

—

BRUXELLIS
APUD EDITORES
RUE DES URSULINES, 14

PARISIIS
ALPH. PICARD
rue Bonaparte, 82

BRUXELLIS
O. SCHEPENS
rue Treurenberg, 8

1893

CATALOGUS
CODICUM HAGIOGRAPHICORUM
LATINORUM
BIBLIOTH. NAT. PARISIENSIS

CATALOGUS

CODICUM HAGIOGRAPHICORUM

LATINORUM

ANTIQUIORUM SAECULO XVI

QUI ASSERVANTUR IN

BIBLIOTHECA NATIONALI PARISIENSI

EDIDERUNT

HAGIOGRAPHI BOLLANDIANI

—

TOMUS III.

—

BRUXELLIS
APUD EDITORES
RUE DES URSULINES, 14

PARISIIS
ALPH. PICARD
rue Bonaparte, 82

BRUXELLIS
O. SCHEPENS
rue Treurenberg, 8

1893

GUS

UM LATINORUM

ALIS PARISIENSIS.

natus num. 11552.

San-Germanensis, prius 1031, recentius 29.
olumnis binis, exaratus (litteris grandiori-

ni episcopi Parisiensis](fol. 101r-

m Cantii, Cantiani et Cantianillae]

od. Namurc. 53 (cfr. *Anal. Boll.*, tom. I, p. 511,

orum Primi et Feliciani] (fol. 114r-

ti Basilidis] (fol. 117v-118v).

SS., ad d. 12 Jun., tom. II, p. 512, num. 4).

ali beatus Basilides cum esset in officio Platonis....

nctorum Ferreoli et Ferrutionis] (fol.

).

16 Jun., tom. III, p. 7-8.

cto Paulino episcopo Nolano] (fol. 130v-

22 Jun., tom. IV, p. 230-31, num. 11-14.

io sanctorum Gallicani, Joannis et Pauli] (fol.

-140v).*

ssio sancti Pauli apostoli] (fol. 147v-151v).*

do-Lino.

ita sancti Turiavi episcopi Dolensis] (fol. 162v-

164r).

SS., ad d. 13 Jul., tom. III, p. 617-18.

10° [Vita sancti Arnulphi Turonensis] (fol. 164r-168v).

Ed. supra, tom. I, p. 415-28. Om. prologus.

11° [Passio sancti Victoris et sociorum ejus martyrum Massiliensium] (fol. 168v-170v).*

12° [Passio sanctae Christinae] (fol. 175v-179r).*

13° [Passio sancti Jacobi Majoris apostoli] (fol. 179r-181v).*

14° [Passio sancti Christophori] (fol. 181v-184r).*

15° [Vita sancti Marcelli episcopi Parisiensis] (fol. 184r-187r).

Auctore Fortunato, ed. ope hujus codicis *a*) *Act. SS*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 263-66; *b*) *Mon. Germ.* (in-4°), *Auct. antiq.*, tom. IV, part. II, p. 49-54.

16° [Passio sanctorum Abdon et Sennen] (fol. 194r-195r).*

Sine passionibus SS. Polycronii, Olympiadis et Maximi et num. 1 diverso.

Praeterea continet codex Vitas abbreviatas seu legendas de SS. Marcellino et Petro (fol. 111v), Medardo (112v), Barnaba (116v), Nazario (118v), Vito (120r), Gervasio et Protasio (125v), Leutfredo (128r), Petro et Paulo (143r), Martino (155v), Benedicti translatione (160v), Maria Magdalena (170v), Apollinari (175r), Samsone (190v), Felice, Simplicio et Beatrice (193v), Germano Autisiodorensi (195r), Petro ad vincula (201r), Stephano papa (201v), Baboleni translatione (205r).

DXXXII. Codex signatus num. 11588.

Olim San-Germ., prius 372, recentius 331.

Foliorum 197, maj. (0m,38×0,27), columnis binis, exaratus saec. XV.

1° Vita sancti Benedicti, edita a beato Gregorio papa (fol. 56v-59v).*

Scilicet hujus Vitae num. 1 (usque ad verba *presbyter recessit*, circa fin.) et numm. 35-37.

2° Passio sancti Cornelii papae (fol. 142r-142v).

Ex Libro Pontificali.

DXXXIII. Codex signatus num. 11624.

Olim « Biblioth. Mss. Divio-Benigniana[e] », deinde San-Germ., recentius 48.
Foliorum 155, maj. (0m,44×0,31), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° Passio sanctorum martyrum Nazarii et Celsi (fol. 61v-64v).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 179v-84v.

2° Passio... beati [Thomae apostoli] (fol. 153r-155v).

Excerpta, ut ipse scriptor in brevissimo suo prologo profitetur, ex prolixiori Passione apocrypha, ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 333v-38r.

DXXXIV. Codex signatus num. 11631.

Olim San-Germ., recentius 220.
Foliorum 72 (praeter nonnulla chartacea recentiori tempore adjuncta ad calcem), maj. (0m,37×0,25), lineis plenis, exaratus saec. IX.

Passio sanctorum martyrum Mauritii, Exuperii, Candidi et Victoris, Innocentii, Vitalis, cum sociis eorum sex mille DC LXXXV, quod est X kalendas octobris (fol. 70r-71r).

Ut in *Act. SS.*, tom. VI Sept., p. 345 sqq., nisi quod pro parte orationis Mauritii quae continetur num. 8 med. *(sed tamen servi, quod libere confitemur, Dei...)* — num. 10 med. *(...persequi christianos non possumus)*, leguntur in codice edita tom. cit., p. 347, annot. *l.* Omm. numm. 15-17. — Sequuntur (fol. 71r-72r) responsoria de S. Mauro, neumis signata.

DXXXV. Codex signatus num. 11635.

Olim coenobii Corbeiensis, deinde San-Germ., prius 198, recentius 241.
Foliorum 151, maj. (0m,383×0,255), columnis binis, exaratus saec. IX.

Vita sancti Hieronymi (fol. 1v-5v).*

Auctore anonymo.

DXXXVI. Codex signatus num. 11748.

Olim Sancti Mauri Fossatensis 58, deinde San-Germ., prius 1060, recentius 487. Foliorum 155 (seu potius 154, nam praetermissus est num. 10 in serie foliorum notanda), med. (0m,36×0,27), columnis binis, exaratus saec. X.

1° Passio sancti Jacobi, fratris Johannis, quod est VIII kalendas augustas (fol. 7r-9r).*

2° Passio sancti ac beatissimi Felicis martyris, qui passus est Gerunda sub die kalendarum augusti (fol. 9r-12r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Aug., tom. I, p. 26-28, praeter variantes lectiones quae occurrerunt et in cod. Brux. 98-100 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 34, 61°).

3° Vita beatissimi Cassiani, quod est nonis augusti (fol. 12r-13v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 5 Aug., tom. II, p. 64-65.

4° Passio sancti Privati, quod est XII kalendas septembris (fol. 13v-15r).

Ed. ibid., ad d. 21 Aug., tom. IV, p. 439-40.

5° Passio sancti ac beatissimi Symphoriani martyris, quod est XI kalendas septembris (fol. 15r-16r).

Ed. ibid., ad d. 22 Aug., tom. IV, p. 496-97. Omm. ea quae num. 10 uncinis sunt inclusa, et num. 12 a verbis *non longe a basilica* usque ad *meritorum suorum virtute donat*.

6° Passio sancti Bartholomaei apostoli, quod est VIIII kalendas septembris (fol. 16r-19r).*

Praemissus est prologus *Quoniam Deo cura est...* et epilogus *Zaroes autem et Arfaxat...* (cfr. Lipsius, *Die apocr. Apostelgesch.*, tom. I, p. 148).

7° Passio sancti Marcelli [Cabillone], quod est II [nonas] septembris (fol. 19r-19v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Sept., tom. II, p. 196-97.

8° Passio sancti Genesii Arelatensis, quod est VIII kalendas septembris (fol. 20r-20v).*

9° Vita beati Augustini, quod est V kalendas septembris (fol. 20v-35v).*

Annexus est catalogus operum sancti doctoris.

10° Vita beati Justi Lugdunensis episcopi, quod est IIII nonas septembris (fol. 35v-37r).

Vita prolixior, ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Sept., tom. I, p. 374-75.

11° Passio sanctae ac beatissimae Reginae martyris, quod est VII idus septembris (fol. 37r-39r).

Ed. ap. Fr. Grignard, *La Vie de Sainte Reine d'Alise*, p. 444-52. Finis ut in cod. Moss. (ibid., p. 452, not. 5).

12° Vita beati Cypriani Carthaginensis episcopi et martyris, quod est XVIII kalendas octobris (fol. 39r-42v).

Auctore Pontio, ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Sept., tom. IV, p. 325-31. Desinit in verbis *sacerdotis destinati ad placentiam Dei* (num. 30 med.).

13° Passio sanctorum Cypriani atque Cornelii martyrum (fol. 42v-43v).

Ut in cod. 5353 (tom. II, p. 305, 17°).

14° Passio sancti Valeriani [Trenochorensis], quod est XVII kalendas octobris (fol. 44v-45v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 15 Sept., tom. V, p. 21-22. In codice leguntur prologus ed. ibid., p. 22, ann. *a*, et clausula ed. p. 23, ann. *r*.

15° Passio sancti Ferreoli, quod est XIII kalendas [octobris] (fol. 46r-47r).

Ed. ibid., ad d. 18 Sept., p. 766-67.

16° Passio sancti Matthaei apostoli et evangelistae, quod est XI kalendas octobris (fol. 47r-51v).*

17° Passio sancti Mauritii cum sociis suis (fol. 54r-55v).

Optime convenit cum Passione ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 153v-55r.

18° Passio sanctorum beatissimorum martyrum Andocii, Thyrsi et Felicis (fol. 55v-57r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Sept., tom. VI, p. 675-77.

19° III kalendas octobris, [apparitio sancti Michaelis in monte Gargano] (fol. 57r-58v).*

20° Passio sancti Dionysii, quod est VII idus octobris (fol. 58v-60r).*

Auctore Fortunato. Om. prologus.

21° Vita sancti Hilarionis, XII kalendas novembris (fol. 60r-66r).*

22° Passio beatissimi Quintini, quod est pridie kalendas novembris (fol. 66ᵛ-69ʳ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Oct., tom. XIII, p. 781-86. In cod. leguntur prologus ed. p. 783, ann. *b*, et variantes lectiones ed. p. 787, ann. *m*, *p*, *q*.

23° Passio sancti Benigni, quod est kalendis novembris (fol. 69ʳ-70).

Ed. ope hujus codicis *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 153-59.

24° Virtus sancti Aniani episcopi (fol. 70ʳ-73ʳ).

Vita scilicet S. Aniani Aurelianensis episcopi, ed. ab Aug. Theiner, *Saint Aignan ou le siège d'Orléans*, p. 13-26, multis lectionibus variantibus et posteriori praesertim parte (ed. p. 22 extr.-26) admodum diversa.

25° XIIII kalendas decembris, passio sancti Romani monachi, qui Antiochias Pala[e]stinae passus est (fol. 73ʳ-74ᵛ).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 244ᵛ-246ᵛ.

26° Passio beatissimae virginis et martyris Caeciliae, X kalendas decembris (fol. 74ᵛ-77ᵛ).*

27° Vita sancti Maximi [Regiensis], quod est V kalendas decembris (fol. 77ᵛ-81ʳ).

Auctore Dinamio, ed. stilo immutato ap. Surium, ad d. 27 Nov. (p. 611).

28° III kalendas decembris, passio sancti Saturnini episcopi [Tolosani] (fol. 81ʳ-83ʳ).

Ed. ibid., ad d. 29 Nov. (p. 650).

29° Passio sancti Andreae apostoli, quod est pridie kalendas decembris (fol. 83ʳ-85ʳ).*

Textus brevior; cfr. Lipsius, *Die apocr. Apostelgesch.*, tom. I, p. 140.

30° IIII idus decembris, passio beatissimae virginis Eulaliae (fol. 85ʳ-85ᵛ).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 261-63,

31° Via vel passio sancti Leodegarii episcopi et martyris (fol. 86ʳ-90ᵛ).*

Om. prologus.

32° Vita sancti Pauli [primi eremitae], quod est kal... (fol. 91ʳ-93ᵛ).*

33° Vita beatissimi Hilarii episcopi et confessoris, quod est idus januarii (fol. 94ʳ-96ᵛ).*

Scilicet lib. I. Omm. numm. 1, 2, 20.

34° Vita [Malchi] captivi monachi, quod est.... (fol. 96ᵛ-99ʳ).*

35° Vita beatae Consortiae virginis et conversio sancti Eucherii* episcopi et Gallae uxoris ejus (fol. 99ʳ-102ʳ). * *cod.* Eukyrii.

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jun., tom. IV, p. 250-53.

36° [Encomium] beati Verani episcopi, quod sancti Martini pontificis subjungitur lectioni (fol. 102ʳ-102ᵛ).

Encomium scilicet potius quam Vita ; ex quo haec pauca exscribimus.

Inc. *Adcrescit etiam hodiernae diei duplicata sollemnitas, dum per divinam pervidentiam* gloriosum Martinum et beatum Veranum antistitis depositionum festa conjungunt..... Veranus, a cunabulis miles Christi, regulis monachalibus institutus, ita spiritales dimicationes exercuit..... idem monachus et sacerdos. Adstabat praeterea circumfluo stemmate sanctitatis, episcopi filius, germanus antistitis, ipse jam pontifex. Beatum sane Eukyrium in suorum praeconio usquequaque silentio praeteriri sacrilegium judicatur, qui generis sui et mundi speculum fuit ; cui praeclarae sobolis jure debetur : nam profecto ejusdem oratione obtinuit, exemplo protulit, institutione formavit. Cujus doctrina dum latius propagatur, quasi communis omnium parens, fructum religionis perinde populis* reliquit ut filiis. Quo fit ut ad ejus gloriam merita ab eodem conlata referantur. Sed pontifex noster elatam meritorum parentibus lucem aemulo laudum suarum splendore perfudit, et natu junior, dum praecedentia suorum exempla consumat.... Egitque vitam brevem spatio, labore prolixam.* * *sic.* * *cod.* populus.

Ex quo elogio colligitur jam saeculo X celebrem fuisse cultum S. Verani (de quo *Act. SS.* ad d. 10 Sept., tom. III, p. 540-52), sed pauca fuisse nota de ejus historia.

37° Vita sanctorum patrum Jurensium Romani, Lupicini, Eugendi (fol. 102ᵛ-118ᵛ).

Ed. *Act. SS.*, ad. d. 28 Febr., tom. III, p. 740-46 ; ad d. 21 Martii, tom. III, p. 263-67 ; ad d. 1 Jan., tom. I, p. 50-54.

38° Vita sanctae ac beatissimae Radegundis reginae, a* Fortunato episcopo composita (fol. 119ʳ-124ʳ).* * *cod.* et.

39° Passio beatissimorum martyrum Sixti episcopi, Laurentii archidiaconi et Hippolyti, vel ceterorum, quod est VIII idus augustas (fol. 124ʳ-125ᵛ).

Incipit ut in cod Brux. 64 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 14, 58°), usque ad *justitia*

moriamur. Sequuntur breve compendium passionis S. Xysti II, cui injecta es mentio certaminis sanctorum Abdon et Sennen, ac tandem nonnulla fragment Passionis S. Laurentii.

40° Martyrium Marcellini presbyteri et Petri exorcistae (fol. 126r-127v).*

Omm. ultima verba (*Quorum corpora...*).

41° Passio sanctae Sophiae cum tribus filiabus suis, his nominibus : prima Pistis, secunda Aelpis, tertia Agape (fol. 128r-129v).

Inc. *Haec dum esset de una civitate Italia centurionis filia, mulier autem vidua cum filiabus parvulis relicta, transmigravit se in civitate Romanorum, ut edoceret filias suas sacras litteras disciplinae et castitatis. Sic ergo eruditae puellae... Dum esset ergo Palladius praefectus urbis sub Adriano, multae autem insaniae daemoniorum....*

Des. *Qui convenerant autem putabant se quoniam a somno tenebantur. Multae autem horae dum transirent, notum factum est eis quod spiritus ejus susceptus esset in caelis. Explicit.*

42° Passio sancti Mammes (fol. 129v-132v).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 69r-70v.

43° Vita beati Nicetii Lugdunensis episcopi (fol. 132v-133v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 April. tom. I, p. 100-101. Sed in cod. post num. 3 sequitur num. 5 usque ad verba *antistitis nuntiavit* (sub fin.), deinde num. 4, et ad finem hujus numeri ultima phrasis numeri 5 (*Nec mirum...*).

44° Passio sancti ac beatissimi Albani martyris, quod est... (fol. 134r-134v).*

Inc. *Tempore persecutionis sanctus Albanus, necdum spiritali unda perfusus,...*

Des.... *christianitatis nomen abolire. Ad ejus basilica sanctus Germanus episcopus cum omnium apostolorum diversorumque martyrum reliquies pervenisset, praetiosa in eadem loco munera condeturum, revelli sepulcrum jussit, ut memorata sanctorum corpora ex diversis regionibus collectam, quos paris meritis reciperat, caelestis sepulcri unius tenerit hospicium. Qui his depositis honorifice atque potiatis, de loco ipso, ubi martyrum sanguinis effluxerat, massa pulveris rapuit violenta devotione sed pio fidei ausu, in qua apperebant cruore serrato erubuisse martyrum caedi persecutore pallente. Quibus rebus et quae patefactis non mirum hominum eadem die ad Dominum turba conversa est, auxiliante Domino.....*

* leg. minima.

45° Passio sancti Adriani martyris, quod est VI kalendas septembris (fol. 134v-140v).*

46° Vita sanctae ac beatissimae Geretrudis nobilissimae virginis, quod celebratur XVI kalendas aprilis (fol. 141r-145v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Mart., tom. II, p. 594-99, et ope hujus codicis *Script. Rer. Merov.* (*Mon. Germ.*, in-4°), tom. II, p. 447-74.

47° Passio sanctorum geminorum, id est Speusippi, Eleusippi et Meleusippi, quod celebratur XVI kalendas februarias (fol. 145r-148r).

Ed *Act. SS.*, ad d. 17 Jan., tom. II, p. 74-76, cum additamento ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 378-80.

48° Passio sanctae Afrae martyris, quod celebratur II idus augusti (fol. 148r-151r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 5 Aug., tom. II, p. 55-59. In fine leguntur addimenta ed. ibid., p. 59, ann. *m*.

49° Vita sancti Johannis monachi et abbatis [Reomaensis] (fol. 151r-154r).

Auctore Jona, ed. ibid., ad d. 28 Jan., tom. II, p. 856-62.

50° Vita sancti Hieronymi presbyteri orthodoxi, quod est II kalendas octobris (fol. 154r-155r).*

Fragmentum Vitae ab auctore anonymo conscriptae.

DXXXVII. Codex signatus num. 11749.

Olim San-Germ., prius 463, recentius 496.

Foliorum 254 (praeter insiticia nonnulla in capite et ad calcem), med. (0m,35 ×0,265), columnis binis, exaratus in. sæc. XII.

1° Vita beati Juliani Cenomann[ens]is episcopi (fol. 1r-5v).*

2° Vita sancti Fursei confessoris (fol. 5v-10v).*

3° De miraculis sancti Fursei confessoris (fol. 10v-13r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 41-44.

4° Vita sancti Mederici abbatis, quae colitur IIII kalendas septembris (fol. 13r-15v).

Ed. ibid., ad d. 29 Aug., tom. VI, p. 520-23.

5° De translatione corporis ejus (fol. 15v-16v).

Ed. ibid., p. 524-25.

6° Vita sancti Clodoaldi confessoris, cujus festivitas colitur VII idus septembris (fol. 16v-19v).

Ed. ibid., ad d. 7 Sept., tom. III, p. 98-101, et ope hujus codicis *Script. Rer. Merov.* (*Mon. Germ.*, in-4°), tom. II, p. 350-57.

7° Passio sancti Lucani martyris, quae celebratur III kalendas novembris (fol. 19v-20v).

Cujus compendium traditur *Act. SS.*, ad d. 30 Oct., tom. XIII, p. 246, num. 10. Cfr. ibid., num. 7.

Inc. *Crescente divina misericordia per quatuor mundi climata, sanctorum martyrum promulgata sunt acta, atque ex eorum veneratione sancta praecellit Ecclesia.*

8° Vita sancti Clementis (fol. 21r-23r).*

Loco prologi praemissa est notitia ex Libro Pontificali; in fine desunt miracula.

9° Passio sancti Benigni presbyteri et martyris, quae colitur kalendis novembris (fol. 23r-25v).

Ed. ope hujus codicis *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 159-62.

10° Vita sancti ac beatissimi Martialis Christi discipuli, quae colitur II kalendas julii (fol. 25v-36r).*

11° Actus sanctorum septem Dormientium (fol. 36r-40v).

Ed. *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 252, sed stilo diverso.

12° Passio sancti Donati episcopi et martyris, quae colitur VII idus augusti (fol. 40v-43v).

In qua mire commixtae sunt duae Passiones editae apud Mombritium, tom. I, sub his titulis : *Vita Sancti Donati episcopi* (fol. 232v-234r) et *Passio Sancti Donati episcopi et martyris* (fol. 234r-235v).

13° Passio sanctorum Luciae et Geminiani, quae colitur XVI kalendas octobris (fol. 43v-47r).

14° Passio sanctorum Sergii et Bacchi, quae colitur nonis octobris (fol. 47r-52r).*

15° Passio sancti Maximi martyris (fol. 52r-52v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 30 April., tom. III, p. 732-33.

16° Passio sancti Gregorii presbyteri [Spoletani] et martyris, quae colitur VIIII kalendas januarii (fol. 52ᵛ-54ʳ).

Ed. ap. Surium, ad d. 24 Dec. (p. 307).

17° Passio sanctorum Savini episcopi, Exuperantii et Marcelli, quae colitur III kalendas januarii (fol. 54ʳ-56ᵛ).

Ed. ap. Baluzium, *Miscellan.* (ed. Mansi), tom. I, p. 12-14.

18° Vita sanctae Euphrosynae, quae colitur kalendis januarii (fol. 56ᵛ-60ᵛ).*

19° Passio sancti Petri [Balsami] martyris, quae colitur III nonas januarii (fol. 60ʳ-60ᵛ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Jan., tom. I, p. 129.

20° Passio sancti Lupi episcopi [Senonensis] et confessoris, quae colitur kalendis septembris (fol. 60ᵛ-63ʳ).

Ed. ibid., ad d. 1 Sept., tom. I, p. 255-64. Omm. numm. 26, 27.

21° Passio sanctae Afrae martyris, quae recolitur nonis augusti (fol. 63ᵛ-65ᵛ).*

Finis Passionis descriptus est in margine inferiori fol. 66ʳ cum additamentis de quibus *Act. SS.*, tom. II Aug., p. 59, ann. *m*.

22° Vitae sanctae ac beatissimae Aureae virginis, quae celebratur nonas octobris (fol. 66ʳ-70ᵛ).

Sub hoc titulo descriptus est triplex sermo in annua sollemnitate S. Aureae coram sanctimonialibus monasterii, cui a S. Eligio prima abbatissa praefecta est, pronuntiatus et in lectiones distributus. Horum sermonum primus, aliis prolixior, continetur lectionibus novem prioribus (fol. 66ʳ-68ᵛ) et historiam S. Aureae refert excerptam tum (lectt. II, III et VII) e Vitae S. Eligii, S. Audoeno attributae, lib. I cap. 17 et lib. II cap. 53 (P. L., tom. LXXXVII, pp. 494 et 578), tum (lectt. V, VI et VIII) e Vita ipsius S. Aureae quae legitur apud Vincentium Bellovacensem, *Speculum Historiale*, lib. XXIII, cap. 69-71. Sequuntur (lect. IX) tria miracula a sancta virgine post mortem patrata : quae adhuc inedita, licet sane haud magni ad rem historicam momenti, vulgare non pigebit. Vid. Append.

Hic etiam obiter advertere liceat ex his sermonibus argumentum aliquod praeberi iis qui putarunt duplex fuisse monasterium Sancti Eligii seu Sanctae Aureae, mulierum scilicet et virorum (quam opinionem acriter refutavit Josephus Ghesquierus noster, *Act. SS.*, tom. II Oct., p. 484, num. 44-46). Etenim, cum

primus sermo ad sanctimoniales praecipue directus sit (cfr. lect. IV med., fol. 66v extr.), viros tamen etiam alloquitur encomiastes, ita inquiens (lect. V init., fol. 67r) : *Bonum est igitur viris audientibus aure cordis percipere hoc quod in praesenti sancta Aurea gessit saeculo atque mirifica ejus sectari exempla, quae cunctis praebuit utriusque sexus personis.* Sed et sermo tertius (fol. 69r) incipit his verbis : *Hortamur vos, dilectissimi fratres, et commonemus vos, carissimae sorores, in hac sacra sollemnitate virginis Aureae nolite a laudibus cessare. Quisquis enim continentia et castitate emicat...*

23° Vita beatae ac gloriosissimae Baltechildis reginae (fol. 70v-74v).*

24° Vita beatissimi Arnulphi, quod est XVII kalendas septembris (fol. 74v-78v).*

Ad calcem descripta est *Commemoratio genealogiae domni Arnulfi episcopi et confessoris Christi.*

25° Vita sancti Simeonis monachi, qui in columna stetit (fol. 78v-81r).*

Inc. *Sanctae recordationis beatus Symeon, cujus diem depositionis hodie celebramus, filius fuit cujusdam Hisicii....*

26° Passio sancti Marcelli martyris, quae colitur III nonas septembris (fol. 81r-81v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Sept., tom. II, p. 196-97.

27° Passio sancti Mammetis martyris, quae celebratur XVI kalendas septembris (fol. 82r-84r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 69r-70v.

28° Passio sancti Privati episcopi et martyris, quod est XII kalendas septembris (fol. 84r-85v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Aug., tom. IV, p. 439-40.

29° Passio sanctorum Timothei et Apollinaris, quod est X kalendas septembris (fol. 85v-86v).*

Convenit cum cod. Brux. 98-100 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 40, 84°).

30° Eodem die, natalis sanctorum Claudii, Asterii et Neonis, Domninae et Theonillae (fol. 86v-87v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Aug., tom. IV, p. 371-72.

31° Passio sancti Genesii [mimi] martyris, quae recolitur VIII kalendas septembris (fol. 87v-88v).

Paucis tantum immutatis ed. ap. Mombritium, tom. I, fol. 333.

32° Passio sancti et illustrissimae Sabinae virginis, quae colitur IIII kalendas septembris (fol. 88v).*

33° Passio sanctorum martyrum Felicis et Adaucti, quae recolitur III kalendas septembris (fol. 88v-89r).*

34° Passio sancti Prisci martyris, quae recolitur VII kalendas junii (fol. 89r-90r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Maii, tom. VI, p. 365-66.

35° Vita sancti Evurtii episcopi et confessoris, cujus festivitas celebratur VII idus septembris (fol. 90v-94r).*

36° Passio sancti Cornelii papae, quae recolitur XVIII kalendas octobris (fol. 94r-95r).*

37° Passio sancti Cypriani Carthaginensis episcopi (fol. 95r-95v).*

Acta proconsularia.

38° Vita Johannis Chrysostomi, quae recolitur VI kalendas februarii (fol. 95v-108v).

Lucubrationem hanc offendit Card. Angelus Maï in codice quodam Vaticano Reginae Sueciae, ejusque scriptorem eundem esse censuit cum Leone illo presbytero cujus prologum in Vitam SS. Rufi et Respicii ediderat *Spicil. Rom.*, tom. IV, p. 290; neque illam vulgandam duxit, quippe *quam* (ut ipse ait) *ego lectitans statim comperi eam de graeco Metaphraste potissimum a Leone ejusque adjutore Christophoro fuisse derivatam* (*Spic. Rom.*, tom. V, p. 154), sed solum ejus prologum seu epistolam dedicatoriam et clausulam (ibid., p. 155-57). Quae doctissimi viri effata nobis, ut candide loquamur, satis mira apparuere. Neque enim Leo hic clericus ab infantia caecus quidquam praeter nomen cum Leone illo presbytero Romano commune habuisse demonstratur, nec, praeter materiam, ejus scriptio cum scriptione Metaphrastis. Itaque illam Vitam hic in Appendice exhibendam duximus.

Sequitur (fol. 108v-109v) narratio de certaminibus sancti doctoris cum Gaiano, excerpta ex Cassiodori *Hist. Trip.* lib. x, cap. 4 extr.-6 (P. L., tom. LXIX, p. 1167-69).

39° Vita sancti Maioli abbatis, quae recolitur V idus maii (fol. 109v-114v).

Auctore Odilone, ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Maii, tom. III, p. 684-90.

40° Vita vel passio sancti Eusebii episcopi Vercellensis, quae recolitur kalendis augusti (fol. 114v-120v).*

41° Vita sancti Geraldi confessoris (fol. 120ᵛ-142ᵛ).

Auctore Odone, ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Oct., tom. VI, p. 300-34.

42° Vita sancti Syri Ticinensis episcopi, quae recolitur II idus septembris (fol. 142ᵛ-146ʳ).

Ed. ap. Prelini, *San Siro*, etc., p. 177-216.

43° Vita sancti Justi episcopi Lugdunensis (fol. 146ʳ-147ᵛ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Sept., tom. I, p. 374-76.

44° Vita sancti Gregorii Nazianzeni pontificis (fol 147ᵛ-170ʳ).

Versio de qua supra, tom. II, p. 216, 27°.

45° Vita sancti Caesarii Arelatensis episcopi, quae colitur VI kalendas septembris (fol. 170ʳ-183ʳ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Aug., tom. VI, p. 64-83. Desinit in verbis *Det Deus u prius finem in animis nostris faciamus* (num. 28 fin.).

46° Passio sancti Demetrii martyris (fol. 183ᵛ-184ʳ).

Ed. ibid., ad d. 8 Oct., tom. IV, p. 87-89.

47° De miraculis ejusdem sancti (fol. 184ʳ-187ᵛ).

Compendium scilicet eorum quae edita sunt ibid., p. 104-114, capp. I, II; p. 123 34, cap. VI-IX; p. 136-37, cap. XI; p. 148-57, cap. XIV; p. 187-89, cap. VI.

48° Vita sancti Hieronymi presbyteri, quae colitur II kalendas octobris (fol. 188ʳ-191ᵛ).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 201-214.

Omm. *Postquam vero omne mundanarum* (p. 203 med.) — *unguento rum tuorum curremus* (p. 205 fin.), et Vita desinit ut notatum est p. 213, not. c

49° Passio sancti Barnabae apostoli, quae colitur II idus junii (fol. 191-195ᵛ).

Convenit cum cod. Namurcensi 53 (*Anal. Boll.*, tom. I, p. 512, 41°, et tom II, p. 301-2). Ad calcem, sub hac rubrica *Versus de sancto Barnaba apostolo et ceteris apostolis*, descripta sunt disticha viginti unum :

Continet hoc corpus Christus quos lumina pandit...

50° Passio sanctae Martinae martyris, cujus festivitas colitur kalendis januarii (fol. 196ʳ-202ʳ).*

51° XVI kalendas februarii, vita sancti Sulpicii episcopi [Bituricensis] et confessoris (fol. 202ʳ-209ʳ).

Om. prologus.

52° Passio sanctae Columbae, quae colitur II kalendas januarii (fol. 209v-210v).*

Inc. *In diebus illis, adveniens Aurelianus a partibus Orientis inquirebat et persequebatur qui se christianum esse dicebat. Erat autem quaedam virgo, nomine Columba, in annis sedecim, Deum timens et colens, mentem christianam habens, perseveranter omnibus diebus atque noctibus orans....*

53° Passio sancti Polycarpi episcopi et martyris, quae colitur VII kalendas februarii (fol. 210v-213r).*

54° Passio sancti Luciani [episcopi Bellovacensis] martyris sociorumque ejus, quae colitur V idus januarii (fol. 213r-219v).

Auctore Odone, ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Jan., tom. I, p. 461-66. In cod. hic illic quaedam addita sunt.

55° Passio sanctae Macrae virginis et martyris, quae recolitur VI idus januarii (fol. 219v-221r).

Ed. ibid., ad d. 6 Jan., p. 325-26.

56° Passio sancti Concordii martyris, quae colitur kalendis januarii (fol. 221r-222r).*

57° Vita sancti ac beatissimi Boniti episcopi et confessoris, quae colitur XVIII kalendas februarii (fol. 222r-228v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 15 Jan., tom. I, p. 1070-76.

58° Vita sancti Viventii presbyteri et confessoris, quae est idus januarii (fol. 228v-238v).

Ed. ibid., ad d. 13 Jan., p. 804-13.

59° Passio sancti Pontii martyris, quae recolitur II idus maii (fol. 238v-242v).*

60° Vita sancti Pauli eremitae, quae recolitur IIII idus januarii (fol. 243r-345v).*

61° Vita sancti Reguli episcopi et confessoris, quae colitur VIIII... (fol. 246r-253v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Mart., tom. III, p. 820-27. Mutila desinit in verbis *laus tanti sacerdotis* (num. 28 fin).

Sequitur (fol. 254r) fragmentum Passionis sancti Simeonis Ctesiphontis episcopi et sociorum ejus.

Appendix ad cod. 11749.

Miracula S^ae^ Aureae (Cfr. supra, p. 11, 22°).

1. Agamus Deo indesinenter praeconia, quia au[g]mentantur et crescunt almae virginis miracula. Quaedam femi[na], visione commonita, oculis caeca, sanctos artus festinans visitare, usum oculorum meritis sanctae gratulata est recepisse. Unde annuatim illuc veniebat et circumcirca tumulum scopis mundabat herbisque odoriferis sacrae virgini placebat.

2. Alio quidem tempore, exigentibus culpis civium Parisiacae urbis, civitas tota cernitur inflammata; monasteriaque quae intra muros erant cunctorumque civium cenacula pla[n]guntur concremata. Omnia paene loca vulcanus possidebat, suasque minas procul destinare promittebat. Pro dolor! Neptunus extra urbem currebat nec urbem penetrabat; ideoque nihil vulcano nocebat neque civibus minime succurrebat. Attamen inter igneas acies reliquerunt in monasterio sancti Eligii, similiter ut reliquis aedibus * jam ardente, corpus beatissimae virginis Aureae. Cui sacro corpori quasi ob custodiam adhaesit quaedam mulier, nomine Adalgundis, confidens tueri ac liberari precibus et meritis sanctae virginis Aureae. Tunc poteras videre frequentes prunas ignis cadere super sanctam Auream atque feminam adhaerentem; ceterum quotquot flammae vel fervidi carbones super eas cadebant, mox quasi a magno flumine exstinguebantur. Valde mirum est quod dico. Revera plus dictu mirati sunt omnes populi venientes tantum videre miraculum, quomodo illa saltem femina non fuit mortua, tam magno calore cooperta atque compressa.

* *cod.* haeditus.

3. Beatissimae Aureae virginis honor crescit in caelo, et miracula ejus in mundo. Siquidem femina quae[dam] extitit, Ratrudis nomine, cum filia quidem sua, Carnotensis genere, cui placabile erat degere Parisius in urbe circa basilicam sancti confessoris Eligii, indifferenter operans muliebrem artem, qua suum vivere adquirebat omni tempore. Eadem quippe nulli sanctorum festivitati requiem sui operis pro religione praestabat, praeter dominicam diem orbi colendam. Vigilia vero sollemnitatis sanctae virginis Aureae commonita est cessare ab operis labore ob almifluae celebritatem virginis honorabilem. Illa tamen respondente nullam se habere artem, neque in scientia neque ulla possessione, excepto manuum labore: *Quisnam*, agebat, *me pascet crastina die aut quomodo vivam vel induar, nisi laboris mei continuus sudor alat et foveat?* Qua de causa nihil referens honoris sponsae Christi, ilico cecidit filia ejus in mortiferum languorem, qui cruciatus ei ingentes dabat et vertente anno vitam carnis abstulit, quatinus cunctis patefieret famulam Dei fore venerandam.

VITA S. JOANNIS CHRYSOSTOMI (Cfr. supra, p. 13, 38°).

Incipit praefatio in vita sancti Johannis Chrysostomi, quae recolitur VI^to kalendas februarii.

Sacrae dignitatis summi presbyteratus culmine sublimato viro, quondam Ju-
5 liano, nunc Lupo nomine, non iniquo actu existente, Leo, qui et Johannes cognomine, infelix existens clericus, a propria infantia divino judicio lumine visibili carens ex toto, perennem optans in Domino salutem. Actiones passionesque beati Chrysostomi Johannis ab exordio usque ad terminum vitae ejus, sed et post obitum ipsius aliquanta de eo, ex graeca in latinam linguam deferri satis anxie
10 quaesisti, quae et ego nosse cum innumeris sentiebam. Sed quamvis haec scire vobiscum avidus essem, ea tamen transferre, te crebro a me postulante et plurimis hoc fieri a me poscentibus, pro mea imperitia nequaquam audebam : id enim me agere idoneum minime fore noveram. Verebar quoque ne forte interpres, quamquam disertus et prudens ac loquax foret, humana tamen oblivione quadam
15 praepeditus, haec obscura mihi aliquantulum interpretaretur, et ego ob meam nimiam exstantem imperitiam his erudiri ut congrueret nequirem. Sed tandem, vi divina quodammodo cogente et propriam, ut beatus Augustinus ait, exhibente dignationem ac praebente occasionem aptam, precantibus vobis praebui assensum, et, prout quivi verba interpretantis ex tribus voluminibus multo tempore
20 capere, ea quibus instrui ardenter cupiebamus, libellum ex eis quamvis imperito sermone contexui. Quod vero ne accideret formidaveram, aliquantulum accidit te perspiciente. Quamobrem praefati interpretis, Christophori scilicet reverendi sacerdotis, per totum volumen, cum illud ederem, addidi ex mente et ratione propria innumera verba, quae congrua mihi visa sunt ad ornamentum favoris Dei
25 sanctique Johannis et ad deprecandum eundem ac vituperandam imperatricem hujus inimicam. Plurima tamen, quae ab interprete ad plenum, ut se habebat, dicta sunt, propter fastidium legentium seu audientium praetermisi. Judicavi enim quod sufficeret excellentia tantum nota esse ad declaranda eximii viri Johannis merita nosse desiderantibus. E quibus factis sermonibusve propriis uni-
30 versis a nemine, ut reor, debeo depravari : nam fere omnes cuncti structissimi sed et sanctissimi historiographi haec in propriis libris, cum eos conderent, egerunt, si diligenter quisque scrutetur. Triumphare nos semper ex cunctis hostibus summi sacerdotis Johannis cunctorumque sanctorum meritis ac precibus efficiat omnipotens ac clemens Dominus. **Explicit praefatio.**

35 **Incipit prologus de ejusdem vita.**

1. Veluti agrum variis affluentem floribus quis ingrediens, plurimum conspicatus florum varietatem, huc illucque circumfertur intuitu, ignorans quos quidem ex his oportet eum assumere, quos etiam deserere, eodem modo ego nunc, in

pratum virtutum sanctissimi ac beatissimi patris nostri martyrisque Johannis futurus ingressor, in ambiguitate nimia sum constitutus. Desiderium tamen habens cunctos, si mihi Deo praebente vires affuerint, ejus enarrare actus, in tam immensum pelagus propriam laxabo linguam. Metuo autem, ne, quaedam ejus loquens pluraque praeteriens, minuam dignitatis justi ornare coronam. Ideo deprecor vestram caritatem certare atque auxiliari mihi vestris orationibus, ut queam aliquid dignum de eo loqui, et debitum meum colligens, communi patri instructorique orbis hoc offerre, quamvis nequaquam dignitatis hujus amplae meritum explicare possimus nos in egestate multa verborum viventes, exterioris quoque eruditionis ignari. Sed nec illi, plurimae scientiae ingeniis instructi, id agere valent. Nam quem dextera Dei coronare dignata est, quod verbum, quae lingua hunc apte laudare valebit? Sed quamvis, ut fassus sum, favores ejus minuamus, puritatem nostram suscipiet et remunerabit pius communisque pater, non secundum suam dignitatem metiendo quae a nobis dicuntur, sed sincoram voluntatem nostram attendendo, et imitabitur in hoc suum Dominatorem, qui noc duo aerea minuta viduae sprevit, sed magnis eam favoribus dignanter ex propria sententia coronavit, et non exiguitatem oblationis attendit, sed devotionem laudavit, quapropter et dignum praemium consecuta est a Dominatore. Tantum enim est bonus noster Dominator ut ex pia devotione solito coronet et diffamet eos qui ei quaelibet pia munera offerunt. Studiose igitur et nos viduam illam, quae quadrantem obtulit, imitantes, minimam hanc nostram dirigamus linguam ad bonam laudem communis patris, qui propter suum a se desideratum satis Dominum cuncta despexit praesentis saeculi decipientia homines; propter quod caelesti mansione nunc fruitur, effectus particeps choris patriarcharum justorumque universorum, qui bonum testimonium perhibuerunt de Deo ac per martyrium coronati sunt. Quia enim per eandem eorundem viam per omnia cucurrit, propterea et ipsorum coheres factus, ad serenum pervenit portum, e miseriae praesenti sublatus, de reliquo in tuto locatus, laborisque carnis suae praemium a Deo sibi reddendum absque omni fastidio sustinens, spe ac mercede hereditatis epulatur. Si placet, paululum sustine me, quoniam in longum protraximus sermonem: ita enim valebimus, pro viribus nostris sequentes, laudem martyris explicare. Martyrem vero eum voco, etiamsi decem millibus vicibus dicatis: Non est martyr, quoniam non quia confitebatur Christum occisus est, sed communi morte obiit. Et hoc pro certo nosse valebitis, quod scilicet martyr sit si studiose advertatis, recensentes textum verbi nostri paulatim vos instruentis. Ne enim per longum vitae suae tempus in mente atque in carne propria im-
mensa et magna ejus bona ac pertulit mala; similima illi cunctique sancti martyres per parva tempora egerunt militiam ac pertulerunt dura ab infidelibus suis persecutoribus. Ergo jam nunc referamus quae ad parentelam personamque ipsius acta et dicta congruunt. **Explicit prologus.**

Incipit vita ejusdem.

2. Fuit vir vitae valde per omnia laudandus Johannes opere et nomine, qui merito vir dicitur, quia viriliter vixit secundum Deum. Magna enim vere res acta est, quod huic sancto viro nomen Johannes ex hebraea principe linguarum omnium lingua inditum est, qua sancti patriarchae, prophetae, evangelistae et apostoli, ipse etiam verus Deus et verus homo, idem veri Dei verique hominis filius simul unus existens, instructi sunt, per quos innumera salubria vitaliaque dogmata, quorumque magnae, imbuendis atque ad caelestia invitandis ubertim gentibus, per totum recitantur orbem Domini gratia assidue. Johannes enim *gratia Domini* interpretatur. Ergo ex praesagio quodam magnus hic vir tale consecutus est vocabulum, quia videlicet id ei Domini expetebat gratia conferenda, per quam praeclara praedictorum sanctorum volumina edisserens, mirabiliter erudiret homines et caelos penetraret. Fuit autem hic illustris vir Johannes Antiochiae ortus atque [eruditus]; parentes vero carnis ejus potentes homines fuerunt, praefecturam agentes Syriae : qui non solum clarissimi hominibus, sed et Deo gratissimi extiterunt. Haec quae loquor ita esse etiam nomina eorum declarant. Nam pater ejusdem sancti Johannis dictus est Secundus, hoc est securus sive gratus; mater ejus vocitata est Anthusa, id est florens vel florida. Utrique studiosissimi divinae operarii existentes vineae, mandatorum procul dubio Dei, ac fecundae radices, germinantes optimum constructorem verae fidei cultoremque summum totius paene agri dominici, mentium scilicet hominum, semper nominandum beatum Johannem. Qui ex fulgore nimio cunctarum rerum visibilium eminentissimae pretiosissimaeque gemmae, plus absque omni aestimatione coruscantis quam aurum, doctrinae a Deo sibi collatae ac per se in mundum diffusae, ex graeco verbo nomen trahit Chrysostomos, quod est latine Aureum os. Cujus praefati parentes, ut fertur in evangeliis, propter hanc eandem suam prolem recte noscuntur conferendi optimis arboribus proferentibus de se gratissimum fructum. Quin potius ad sobolem propriam, per orbem clarissime rutilantem propriis meritis et doctrina Dei, Chrysostomum Johannem, similantur beati Secundus et Anthusa duobus magnis luminaribus, soli videlicet ac lunae, lucem praebentibus cunctis qui sub caelo et in terra morantur; cui vati eximio ipsi parentes sui universique simul sancti collaetantur sine fine in regno Dei. Quorum patria illustrissima, ut praemisimus, fuit Antiochena civitas, quae totius Syriae princeps ac caput est. In ea primum Christi discipuli, Spiritu sancto inspirati, ut locatur rete bene contextum capiens pisces in mare, ita divini verbi praedicatione captantem homines beatum Petrum principem suum instituere praesse.

3. Existens vero facillimus ad discendum puer Domini Johannes, erudiebatur exterioribus studiis, habens adjutricem propriam genitricem, genitore jam defuncto. Habebat etiam sororem unam virginem. Quamvis autem orphanus remansisset, non tamen, quemadmodum pueri parentibus destituti solent per diversa vagari, non ita hic vagabatur; sed pergebat ad singulos quosque magistros ad discendum, et universi stupentes admirabantur in astutia illius. Nimiam enim nobilitatem naturae propriae ostendebat in disciplinis liberalibus. Piissimus enim

Deus, qui juxta prophetam finxit singillatim corda nostra, qui intellegit omnia opera nostra desuper, a primordio praevidens qualem quantumque hunc habiturus esset famulum, priusquam ad viriles annos perveniret tam immensam ei gratiam diffudit tantamque latitudinem cordis ei contulit, ut excelleret non solum pares suos, sed etiam universos mundi sapientes magnos; et erat intellectui 5 hominum valde mirabilis res, quod in brevi tempore tam praeclara ei doctrina collata esset quanta ne his qui numerum annorum multorum in liberalibus litteris impleverant. Accedente enim ei augmento annorum, non tantum sensus illius intellegendo visa et audita peritior per singulos dies fiebat, sed et lingua ad promendum utilia verba cautior. Cumque non sufficerent haec illi, sed etiam nosse 10 concupisceret multo sublimiora et ampliora, minime se continens intra proprios terminos, tradidit se experiendum studiis sapientium romanorum velocibusque scriptoribus eorundem. Quis non obstupescat, quis non ammiretur, audiens quoniam adulescens, in immatura adhuc aetate positus, patre orbatus, viduae matri et absque tutore existenti convivens, tanta aviditate omnem doctrinam 15 ediscere cuperet? Et hoc sine pecuniae pretio fiebat: exuberabat enim in eo animae natura a Deo praestita, et quamvis ei multa impedimenta obsisterent, valuit naturaliter id adipisci.

4. Hic beatus Johannes incipiens fieri vir, licet quorundam hominum hortatu, et prudentia et verbis ejus noscentium quod magnus vir esset futurus, magis 20 tamen inspiratione omnipotentis et clementis Dei ductus opereque suffultus, efficitur verax causidicus ac patronus mali quippiam patientium, periclitantium quies, viduis munimen, pupillorum pater. Haec universa sine omni praemio agebat, cavens mundanum habere aurum, verum omni Ecclesiae Christi aurum sensibus, dictis et actibus piis, immo ipsi Christo effectus est et distribuit cunctis. Decem 25 vero et octo agens aetatis suae annos, deseruit liberales artes. Cum vero discipulus foret Libanii atque Andragatii clarissimorum mundi sapientium, firmatus jam sensu, sitiens edoceri etiam sacratissima Dei vivi et veri doctrina, festinabat nimium attingere lectionem divinorum. Qui in paucis diebus omnes Davidicos psalmos cepit memoria, et ut curiosius quis incohatum a se aliquod opus perfi- 30 cere gestit, sic admirandus iste satiari gestiebat plenitudine scientiae divinarum scripturarum. Nam ut quidam solent amare percurrendo legere divinos libros, vel ut nonnulli propriae eos memoriae sunt soliti retinendos commendare, solum dictorum intellectum ac perfectionem actuum piorum ponentes, ita hic legebat seu discebat ea quae Dei erant, sed sensum eorundem studebat per cuncta nosse 35 atque opus implere. A libro autem Geneseos incohans, prope cunctas sacras ex ordine scripturas didicit memoriter.

5. Praesul verso existebat eo tempore ecclesiae Antiochenae beatissimus Meletius confessor Dei, genere Armenius. Qui prospiciens adulescentem bonae indolis, jubebat eum frequenter propinquare sibi, amplectens pulchritudinem sensus 40 illius prophetico intuitu adulescentis exitum. Ad quem pontificem accedens crebro felix juvenis Johannes, mysterio sacrae religionis ab eo imbutus, regeneratus est

ex aqua et Spiritu sancto, regeneratione sancta qua regenerare dignanter solitus est Deus humanum genus. Regeneratus autem sanctus Johannes sacro fonte, institutus est lector et permansit in ecclesia annis tribus.

6. Dein despexit cunctas opes saeculi praesentis, omnem mundanam gloriam, universa oblectamenta, omnes affectus carnis sprevit, fervens amore divino. Commendans tamen tutori omnium Deo viventes in carne viduam matrem suam ac sororem propriam virginem, et sciens Christum factis implere illa propriis verbis edita promissa : *Amen, dico vobis quod vos, derelinquentes omnia terrena et sequentes me, centuplum accipietis in terris et vitam aeternam possidebitis in caelis*, elegit totis viribus suis placere Deo ; muniensque totum se victricibus semper existentibus armis sancti Spiritus, ut verus praeliator vir evincere invisibilem atque indesinentem acerrimumque cunctorum hostem bello aggressus est ac devicit hoc modo : jugiter sanctis viris adhaerens, creberrimis diutissimisque vigiliis et orationibus sanctis insistens, in nudam humum cilicio indutus jacens, nimiis jejuniis conficiens carnem suam, et cuncta his similia propter Deum libenti animo patiens. Noverat enim ita [per] haec validissime debere hominem, adhaerere Deo volentem, continere corpus suum, ne rebellare queat animae illius et impediat desiderantem possidere Dominum ac possideri ab eo, uti conteruntur thecae frumento plenae, quibus in paleis redactis, nutu divino flante vento, triticum ab his segregatum mundum cum hilaritate delatum jam reconditur in horreo. Nec hoc latebat virum Dei Chrysostomum Johannem quod, nisi laboribus nimiis fractis viribus carnis cujuspiam servi Dei, ut rationi competit, deficiat, sic adversetur spiritui ejus, sicuti ascensori suo adversatur equus, nisi congrue ab eodem sessore frenis ore teneatur et calcaribus renitens voluntati stimuletur. Edomans ergo servus Domini carnem propriam sancta intentione ac vehementi sufferentia variorum cruciatuum, exsuperabat Domini amminiculo adversantia cuncta. Tanta vero perseverantia in se crescere satagebat gratia[m] sibi a Deo praestita[m] ut nimis mira res esset quod intra breve tempus excelleret etiam eos qui ex multis annis hujus mundi agonem arripuerant. Deest enim indigentia multitudinis annorum ei cui cum vult et prout vult opitulatur Deus. Erat ergo valde mirum cernere praedictum hominem Johannem in corpore adhuc constitutum vitam angelicam agentem et sanctorum virtutum in corpore verum aemulatorem omnimodo exstantem.

7. Hic sanctus Johannes per aliquod tempus etiam cum inclito viro Basilio in quodam monte excelso, Antiochiae civitati connexo, pro tumultuosa civitate solitariam vitam duxit ; qui nimirum illustris vir Dei Basilius post in episcopatu praefuit Caesareae civitati Cappadociae provinciae. Volentibus autem his repente effici monachis, nequaquam permisit voluntas Dei, quae, secundum beatum apostolum, exsuperat omnem sensum, qui etiam praedestinaverat per hos innumeros homines salutis suae agnoscere veritatem. Populo ex fide amoreque ad praedictum locum ob doctrinam et sanctitatem horum absque cessatione confluente, tranquillitas istorum turbatur, eo quod nequirent semper adhaerere Deo soli per

contemplativam vitam juxta piam aviditatem propriorum felicium animorum. Ad quos etiam praefatus Antiochenae urbis papa Meletius, cernens pium affectum populi erga illos, vadens ad speluncam, talia clamitabat his vere beatis : *Egredimini, fructuosi vineae Christi operatores, relinquite cavernas petrarum abditaque loca, et adventantes devoti stabilite gressus vestros in aula Dei, solidate animas infirmantes super vivum ac validissimum lapidem Christum. Vosmet solos ipsos velle salvari, pigrorum est operariorum opus; de vobis solis vos curam gerere, nocere est proximis. Si solis vobis estis soli noti, solis vobis et magistri; si solis vobis estis absque temptatione, vobis solis et munimen; si vobis solis semen estis et spicae, solis vobis et apothecae, in fame non sufficientes. Christus non propter semetipsum crucifixus est, sed ut innumeros efficeret salvos; imitamini ergo vestigia ejus. En quemadmodum paralyticus ad Christum quondam per tectum depositus est, ita nunc civitas intra limites urbis descendit; ut Christum quondam, secus viam sedente caeco et hunc fide ac voce sua coeptum iter peragere prohibente, populus comitabantur, sic modo vos adiit populus, salvari per vos cupiens. Confirmate pusillanimitatem eorum, curantes illorum aegritudines.* Haec audientes magnanimes milites Dei, quasi filii patri oboedientes, secuti sunt patriarcham Meletium; et erant uno animo in ecclesia gratia et sapientia proficientes apud Deum et apud homines. Aliquanto vero transacto tempore, summus Basilius, levita consecratus, ad Caesaream reversus est civitatem, et remansit Chrysostomus Johannes vir Domini, ut remanens non solum ferens onus socio suo disjunctus, at socium oneris hujus obtinuit salute[m] populus egens. Videbatur autem sancto viro Chrysostomo Johanni arbitrio suo quod non sufficerent illi labores tantum quos in urbe ferebat ad juventutem propriae carnis edomandam, sentiens firmum semper ad omnia animum suum.

8. Animadverte autem, carissime, huic beatissimo Johanni hoc quoque praestitum esse quod eunucho Aethiopi concessum in Apostolorum Actibus legimus. Quomodo enim illic clementissimus praestitor Deus, praevidens quoniam idem eunuchus egeret instructore, Philippum ei direxit, ita hic, sciens pia vota sancti Johannis ex intimo cordis ejus, virum Syrae linguae peritissimum nec expertem graecae doctrinae destinavit ad Antiochenam civitatem, quoddam opus ibidem habentem. Cujus agnoscens adventum sanctissimus Johannes, nec ad modicum pigritans, non, quemadmodum Aethiops egerat, expetiit ad se venire Syrum, sed diligenter inquirens in quo loco esset et cognoscens, adiit eum, suasus a quodam sapiente : *Si videris sensatum, evigila ad illum et gradus ostiorum ejus exterat pes tuus.* Et satis egit per annum totum, librorum Mosaicorum et eorum quae a prophetis dicta sunt certam et firmam virtutem, dignum scilicet intellectum, ab eo ediscens, tamquam pinguis ac fertilis tellus multiplicabat semen quod jactatum est in ipsius sensum, et cuncta ratione competenti mente sua disponens agebat nimis, plus quam ab homine quolibet insistitur horto composito et spe-

ciosis floribus locupleti, divinis voluminibus insistens, imitans etiam nimiam abstinentiam ejusdem Syri. Demoratus est autem cum illo in propinquos Antiochiae montes per bis binos annos, litigans validissime contra cogitationes pessimas et exsuperans eas tam certaminibus quam verbis sanctarum orationum ac lectionum. Dein secessit morari solus in spelunca, malens esse occultus, perseverans ibi circiter octo menses, insomnes illos plurimum ducens, meditans testamentum Domini ad destructionem ignorantiae, nequaquam jacens per eosdem duos annos nocte vel die. Inter haec, nimio eum pervadente rigore, insensibilia sunt reddita ejus genitalia membra, renes videlicet et ea quae sub alvo sunt. Non autem jam sibi sufficiens congruam utilitatem impendere, infirmitatisque doloribus compulsus, discedens ab antris, rediit ad ecclesiasticum portum ; et hoc sine dubio Salvatoris providentia gestum est pro utilitate Ecclesiae.

9. Inde sanctus Johannes consecratur in diaconatum per Meletium, serviens altari tribus ac duobus annis. Noverat autem hic, vehementi litterarum peritia eruditus, quoniam miser est qui verbis tantum docet nosse homines bona Dei, et quod plus miser sit sciens ea solum et silens ex his, et quia miserrimus exstet nec scire volens illa ; et beatum esse sapiebat nescientem divina jussa descripta legere sed tamen pie factis propriis ea implendo docente homine[s], beatissimum etiam sentiebat fore et sacris sermonibus operibusque sanctis hoc idem simili modo agentem. Quia ergo haec singula sciebat, ut dixi, beatissimus iste Johannes unicuique solere contingere pro meritis suis, celsa dispensatione bona quae a propria infantia divino multum plus dono quam hominum eruditione vel sua meditatione didicerat, pio animo veraciore, sancto opere scilicet proprio, indesinenter quod volebat docebat proximos sibi, esurientes sine dubio pascens, sitientes potans, peregrinos suscipiens, nudos vestiens, laborantes adjuvans, invalidos confortans, ruentes erigens, oppressos relevans, periclitantes liberans, invalidos confortans, maerentes consolans. Talia et his similia, quibusdam in animabus, plerisque in corporibus propriis, aliquibus in anima et carne propria patientibus adversa compatiens, omni paene vita sua secundum virtutem carnaliter et spiritaliter auxilium praeparabat illis. Congaudebat vero et congratulabatur plurimum firmis stantibus, quietis, felicibus, ac pie per omnem modum viventibus ; saecularium tamen prosperitatibus juxta condignam in singulis rebus et Deo placitam rationem collaetabatur.

10. Inter has salubres et vitales animae carnisque existentes actiones, quas solito more suo efficiebat sanctissimus Johannes, ex immensa sanctaque prudentia proprii nimis admirandi animi, inspirante ei Domino, edidit ac descripsit tota vita sua prolixa magna sacra innumeraque volumina de unaquaque re saluti vitaeque spirituum et corporum hominum in omnibus profutura, quibus plenissime declaratur insignis dignitas animae ac sapientiae scientiaeque ipsius ; ex quibus libris hujus studiosus ac pius lector, paucis his lectis, hoc, interveniente Deo, donante Deo, optimum et copiosissimum intellectum obtinere potest ad instruendum et ad sanctum opus incitandum se atque alios. Nam ita subtilissimo sunt

ab eo editi tractatu ut affirmare praesentibus aliquibus appareat speciebus propria dicta nec aliquo modo haesitari debeat a quoquam divino hunc spiritu composuisse. Etenim execranda, ut decet cunctos, noxia quaeque vitia et collaudando docuit sanctas amplectendas esse virtutes. Nam ut nullo modo poterat non vituperare probra, quae uberrime oderat, sic neque non collaudare virtutes, quas omnimodo diligebat.

11. Eo tempore quo idem sanctus Johannes diaconus erat, tota urbs Antiochena per aliquod tempus vehementi est exagitata terrae motu. Quapropter omnes inhabitantes ipsam urbem, exterriti pavore mortis, propter delicta sua nullam de reliquo spem salutis habebant praeter solam inaestimabilem miserationem divinam. Quidam ex his, non adhuc baptizati, concurrentes certatim ad sacerdotes, tremendo cum multa humilitate deprecabantur ut per eos donum sacri baptismatis consequerentur ac reliquorum sacrorum mysteriorum gratiam perciperent; et per tres dies renati sunt innumeri reliquaque sacramenta divina [con]secuti. Noverant vero multi de ipsa civitate sanctum Johannem multam benignitatem et sapientiam et sobrietatem, mansuetudinem, dilectionem ac studium magnum erga proximos in se habere, carumque Deo per haec esse notum habebant. Quae omnia summopere considerantes, non staturam vel juventutem carnis ejus nec diaconatus officium quo fungebatur attendentes, non solum laici, sed et sacerdotes priores illo dignitate atque annorum multitudine, cum summa reverentia more solito super seipsum honorabant illum, ex humilitate nolentem sed caritate ferentem. Sciebant enim id prodesse singulis; quibus desiderantibus doceri ab illo aliqua de sacris eloquiis saepissime reprobabatur, eo quod nullus inter eos huic similis inveniretur, qui hoc sicut iste posset implere. Quorum piis votis congaudens atque congratulans multum consentiebat. Ad quem etiam tempore terrae motus urbis ipsius cives plurimi congregati euntes, ex occasione tunc renatorum postulabant ab eo ut exponeret illis qualis quantaque sit magnitudo sacramentorum omnium quae christiani accipiunt, et quae per haec Deo dignis dona tribuantur, ut animae hominum recenti tempore baptizatorum salubribus ac vitalibus verbis per summum virum edoctae ac firmatae, sanctis actibus proficientes* abundarent, quasi novellae plantatae dulcibus aquis per bonum agricolam eas irrigantibus dulcoratae* atque in altum radicatae crescentes uberrimumque fructum afferentes. Acquiescens autem ipse devota mente poscentibus, per aliquot dies, illis horis quae post meridiem ante vesperas sunt, de his quae perquirebant proprio mellifluo ore praesentes sufficienter instruxit, quod scilicet per Dei mysteria universae virtutes et perpetua vita dentur Deo dignis existentibus spiritibus, indignis poenae; et eadem sua dicta litteris retinenda posteris instruendis mandavit.

* *cod.* proficiscentes.

* *cod.* dulcatae.

12. Tempore quo ad declarandam veram catholicam fidem et coronandum per martyrium innumeros servos Dei, Deo permittente, mortale pessimae crudelitatis venenum versutus hostis saeviens ad suam perniciem refundere studebat simplicibus animabus per sectatores haereseos Arii, Alexandrini quondam presbyteri,

in quorum sensibus redundabat ipsum letale virus, evocatus sanctus Meletius, patriarcha Antiochenus, cum festinatione perrexit ad urbem Constantinopolim ad praedictam haeresim exterminandam; et ibidem praesentem finiens vitam, ad perpetuam pervenit vitam. Diffundebatur autem nimium longe lateque fama virtutum sancti Chrysostomi Johannis per ora omnium, crescentibus ejus sanctis meritis de die in diem. Qui postquam praedictos quinque annos in diaconio sancte transegit, ordinatus est presbyter a Flaviano, Antiochiae papa, successore sancti Meletii; quod sacerdotium tenuit ter quatuor annos, sanctius per omnia vivens tractatu, sermone et actu, sibi ac proximis.

13. Inter haec dormivit in Domino beatissimus Nectarius Constantinopolitanus episcopus, et quaerebatur a cunctis civibus ipsius urbis qui deberet eligi ad consecrandum pro eo antistes ad divini gregis salutem. Tunc aliquanti, solo generali nomine viri, sed non viri virtute, presbyteri ab hominibus constituti, sed tanto talique honore indigni, pontificatum obtinere desiderantes, accedentes ad quoscumque potentes, multa et magna munera promittebant se esse daturos, alii et praesentia dona offerebant illis, rogantes singuli adjuvari se ab eis apud imperatorem Arcadium et praesentes episcopos ac residuos omnes pro hac re. Orthodoxus vero quisque curiose perquirebat virum aptum Deo et hominibus se exhibentem per omnia ad constituendum pontificem. Quo tempore post Augustum tenebat rempublicam Eutropius spado, cubicularius et comes imperialis; qui et intonuit studiose beatum Johannem propriis verbis in regia urbe cunctis idoneum sollicite quaerentibus habere sibi rectorem. Innotuerant sanctae virtutes beati Johannis praedicto ennucho iter habenti aliquando per Antiochiam augustalis jussionis occasione. Huic* ergo persuasit Deus*, cujus nutu sunt omnia bona praestante, nomine imperatoris et pontificum ac populi scribere litteras et mittere ad priores Antiochiae per quosdam gloriosos missos, hoc praecipiendo, ut cum summo honore et sub omni celeritate ascendere facerent ex Antiochia Constantinopolim sanctum Chrysostomum virum Johannem, quem Deus omnipotens ac pius propria repleverat gratia. Et legatis regalibus festine pergentibus Antiochiam, paene omnis populis regalis civitatis ita sitiebat cito conspicari ad se venientem eum quem ignorabant, quasi jam agnitum eum a se; et velut oves balantes ad vocem pastoris sui et currentes ad eum, saturari cibo cupientes per illum, sic et isti desiderabant [doctrina] repleri Chrysostomi viri Johannis.

* *cod.* Hic... Deo.

14. Delatoribus autem regalium litterarum Antiochiam ingressis, innotuerunt omnibus civibus ipsius regalia praecepta, quae regales continebant epistolae, de viro Dei Chrysostomo Johanne; et mox omnium illorum factus est magnus multusque planctus super fraudatione qua fraudari se cognoverunt tanto talique viro, qui lingua, studiis exemplisque propriis ostendebat eis viam per quam possent ire ad Dominum. *Vae*, inquiunt, *nobis amittentibus aurum obrizum, perfulgidum margaritum, pretiossisimum amictum ac praecipuum cunctis humanis opibus, quo indigni fuimus perfrui.* Et quia transgredi nequiverunt in aliquo imperialia jussa, opere completa sunt. Deducens vero Antiochiae mul-

titudo beatum virum Chryostomum Johannem cum legatis augustalibus honorifice, clamabat ei : *Quis nos, o pater, micis sanctarum doctrinarum de mensa Christi dulci amodo recreabit?* Quibus ipse ait : *O filii mei, omnipotenti et clementi Deo vos omnes commendo. Deum omnia juste disponentem, cui hoc in me placet fieri, quis dijudicare audeat, vel quis resistit illi? Bonam tantum voluntatem illius facto complentes, confidite in eo, et tue[bi]tur vos a pravis ac ditabit bonis. Gaudete tamen, si vobis fons, ut dicitis, fui; quoniam quod ab alieno quaeritur populo, hauriri vestrum est.* His ipsius verbis refrigeratis quodammodo animis suis, valefacientes ei, regressi sunt ad propria, quasi quidam milites ex castris absque victricibus armis. Sanctus autem pater noster Chrysostomus Johannes, cum comitibus suis, legatis regis, ministrantibus sibi ut solent domino proprii ministrare servi, ascendit Constantinopolim, tamquam sol clarissimus illuminans detrusos in tenebris. Quem summum virum ita cum ingenti honore et gaudio multo suscepit Arcadius imperator universaque Constantinopolis civitas tamquam a Deo missum ac sibi donatum. Consecratus vero est ad officium summi sacerdotii a Theophilo Alexandrino papa atque in sede Constantinopolitana locatus, qui quondam in lumbis patris, ut Aaron, sanctificatus fuerat, sanctificandus Deo.

15. Abstinebat vero idem se sanctus vir Johannes a cibo et potu, etiam in episcopatu positus, amplius quam ante; propter quod paene omnia membra illius extenuata et desiccata erant, venae ejus apparebant, contracta cutis ossibus adhaerebat. Sed et in reliquis omnibus sanctis virtutibus, in quibus a primaeva aetate sua vivebat, excellentissime de die in diem proficiebat atque crescebat usque ad extremum vitae suae. Inter quas virtutes, animo secundum se viventes optime amplectebatur; incredulis divinitus inspirata a prophetis, evangelistis atque apostolis dogmata recte credere Deumque verissime diligere persuadebat; diffidentes constanter sperantibus aptabat; insipientes sapientes, ignaros scientes, imprudentes providos, obliviosos memores et leves sensu graves exhibebat; iracundos pacatos, asperos lenes, invidos congratulantes prosperitatibus fratrum, odientes proximum dilectores proximorum constituebat; fallaces veraces, maliloquos silentes, ingratos gratiosos efficiebat; somnolentos pervigiles, pigritantes bonum nosse loqui seu agere citatos, et negligentes studiosos reddebat; corde duros et contemptores virga asperae increpationis feriens corrigebat; virgines in virginitate permanere statuebat, amplissimam esse apud Deum virginitatis gloriam studiis sermonibusque praecedentium sanctorum patrum affirmans; edaces et bibaces abstinentes, avaros largos, superfluos moderatos sancibat; inhonestos cautos, ludentes paenitentes, ridentes lugentes ordinabat; luxuriosos castos, pollutos mundos, miseros beatos faciebat; invalidos valentes, aegros sanos, instabiles fixos, maestos laetantes assignabat. Haec universa, cavere mala, sectari bona, ore praedicabat, fratribus actu ostendebat, atque Salvatoris omnium in unoquoque fidem obtinebat. Interque* construxit etiam spatiosa loca aegrotis atque advenientibus peregrinis excipiendis, et constituit duos reverendos pre-

* sic.

sbyteros, medicosque et coquos et commodos ministros ab omni negotio saeculi alienos existentes deputavit, admonens eos omnes multam de his curam gerere, pro qua copiosum a Domino ac perenne forent accepturi praemium; necessaria vero his existentia cuncta de rebus episcopii largiri praecepit. Quae omnia, juxta apostolum Paulum, ad gloriam Dei fiebant, ipso cooperante. Pro quibus cuncti studiis suis ab universis dignis Deo mentibus maxime diligebatur.

16. Mox autem ut pontifex est constitutus idem sanctus Johannes, deprecatus est Deum diffundere in se gratiam Spiritus sancti, qua misericorditer sibi auxiliante omnes divinitus inspiratas* perfectissime posset interpretare scripturas, propheticas procul dubio, evangelicas atque apostolicas; quarum nova interpretatio ab ipso facta, in voluminibus descripta, animos cupientium scire sensus earum plene instrueret; ad quod opus insigne complendum per ipsum sancta ejus deprecatio exaudita est. Refertur autem verbis majorum quod, incohante illo interpretari divina apostoli Pauli dicta inaestimabili Dei sapientia, ipso intenta mente propria duobus modis intellegente obscuratum altitudine sensum, sedente obstupefacto, in caelum oculis intentis, apparuerit illi corporali specie divinorum secretorum agnitor Paulus, dicens ei : *Frater Johannes, Deus et pater Domini nostri scit quia ut ego novi hoc, sic tu nosti.* Et dicitur quod deosculans eum, disparuerit. Qui autem stabat ante illum notarius, sanctam expositionem ab eo excipiens, intuitus apostolicam praesentiam, totus contremuit, et cadens in faciem suam, divinam miserationem per eum accipere precabatur. Beatissimus autem pater dixit ad illum : *Confortare, fili, quia et tu hanc sacratissimam sedem Dei providentia gubernabis, et tu trades me sepulcro patrum.* Dicunt autem praedictum notarium fuisse Proculum, qui postea digne ecclesiam rexit et hujus sancti corpus tempore opportuno recipiens, magna cum veneratione tradidit sepulturae.

* *cod.* inspiratus.

17. Praedicabat vero more solito sanctus iste spiritualis pater noster Chrysostomus Johannes per omnem diem ea quae ad salutem vitamque animae et carnis pertinent clero et populo more scholastico, quo ab infantia doctus erat. Cujus dictorum sensum qui poterant intellegere, admirantes gratulabantur; non cognoscentes illum, grave habebant quia non per sermones illis aliquo modo notos et solitos loquebatur. Propter quod quadam die quaedam mulier de praesentibus, coram ipsis elevata voce, dixit ad illum : *Beata plane est, sancte pater, vox verborum quae de labiis tuis exit, sed plus beata mens tua quae istis exercetur ; sed et beati qui tua possunt optima intellegendo ebibere verba. Da tamen sitientibus animabus limpidissimam aquam bibere de fonte tuo ; doce bona discere desiderantes per cognita illis quocumque modo et solita verba. Abundantes multa sapientia sermones tui ; fiant illis apta ad bibendum, id est cognoscendum ; labores tui sint fructuosi in omnium mentibus ; omnes sentiant virtutes bene pluentium, quod est bona ratio loquentium labiorum tuorum. Ecce ego, derelinquens omnia mea opera, delectantem multos allocutionem tuam festina veni audire,*

desiderans doceri veritatem per te, ut sitiens quis currit ad dulcem fontem, satiari concupiscens potu de illo; sed quia de verbis tuis nullum potui verbum sentire, pro quibus multum istius diei sine omni lucro, ut arbitror, duxi, tristis revertor ad propria, ut veni siti ardens et quaerens potum nec inveniens guttam. Haec audiens vir Dei Chrysostomus, convertit solidam et vivam laborum suorum petram in fluvium bibendae aquae; clausam multis et veram allocutionem suam fecit claram esse doctrinam ad cognoscendam veram sapientiam, et seminavit agros incultos; docuit homines non liberales et plantavit vineas, hoc est bonas actiones, et fecit fructus plurimos nativitatis novae hoc[illegible] in singulis, et aluvit pauperes sensu, non facientes fructum sermonum sapientiae, et posuit sicut oves tranquillas familias populi sui, proprii pastoris bene audientes et cognoscentes vocem.

18. Ite ergo ter beatissimus Johannes supra scientiam hominum divina humanaque scientia perfectissimus erat mente, lingua et actione. Quod perspicientes universi divites, illustres, summi atque astuti viri, ac pares eorum, in quantum ratio permittebat, mulieres quoque religiosae urbis, suos cartularios et notarios a suis ministeriis seqnestrantes, jubebant cum ambulante illo ambulare et cum morante in aliquo morari, et cum summa diligentia discentes praeclara ipsius verba stomaque desiderare ac proprios domuum secum erudiendis, laetificandis atque in meris nominandis deferre. Non enim barbarismo, solocecismo, reliquisque similibus in vitiis, incongrua locutione, mendacio, sensu inepto, superflua vel deficiente ratione [illegible] commutatis omnibusque locutio Dei [illegible] sed et omnium senatorum excogitatis dictis [illegible]. Post congressus sine et apostolos nullus invenitur unum a Deo quantum ste doctrinae gratiam accepisse. Dum vero reverterentur singuli [illegible] [illegible] et [illegible], multitudine cunctorum saecularium veluti superfluus [illegible] impetuosae [illegible], [illegible] monstrum sibi a cartularis [illegible] suis [illegible] sapientiae et scientiae [illegible] per patrem [illegible] [illegible], [illegible] tranquillum locum pervenientes, refrendantur ea os [illegible] mente a [illegible]. Super quae [illegible] sapientes et [illegible] [illegible] de illis [illegible] [illegible] [illegible]

riam humilitatem assumentes despiciebant se, propter odia in caritate exercebantur, pro iniqua avaritia res suas abundanter largiebantur proximis, pro ventris superfluitate jejunia longa imponebant sibi, ob dissolvendam luxuriam castitate distringebantur. His et ceteris malis, in quibus detenti fuerant, per beatum Johannem carebant; istis et aliis bonis per illum fruebantur. De quibus in temporibus illis doctrina ejus eluxerunt aliqui Deo induti et sunt facti viri contra passiones agonizantes.

19. Barbarus quidam homo, Graianus nomine, saeva bestia, defendere nitens arianam pessimam fidem, venit aliquando contra Constantinopolim bellaturus, habens innumerabilem secum ferro armatum exercitum, mugiens ac vociferans maxime adversus justum et sanctum fortissimumque existentem virum Johannem. Tota vero Constantinopolitana civitas exterrita est agnito adventu ejusdem barbari. Hoc praevidens invictus et singularis sanctae Ecclesiae praeliator beatus Johannes, simili modo uti quondam sanctus David, fisus in Domino, exiit contra paratum Goliam, Graianum scilicet, et tamquam bonus decertator coram Deo et angelis, solo propriae orationis ictu percussum, cernentibus cunctis qui aderant, stravit faciem suam in terram atque ad pedes suos usque advolutum, vinculis intellegentiae devinctum, quasi captivum gladio duxit et obtulit Deo et imperatori orthodoxaeque urbi, ostendens hoc facto omnibus quantum possit orthodoxa fides operibus bonis armata.

20. Dignum est etiam hoc opus eximii patris Johannis nos non praeterire. Sic quippe ad agenda sacrarum missarum sollemnia stabat pavens ac fixus corde et corpore toto, uti divinis munditiis circumdatus, velut facie ad faciem videret Deum. Quod utique semper observare debet omnis homo, omni procul dubio virtute propria timere Deum et voluntatem ejus in omnibus complere, qui totus ubique semper est; sed et omnes sanctos, in quibus Deus habitat, similiter pavere decet omnem hominem. Tunc tamen per omnia fixi stare debemus ac tremere, quando laudamus et adoramus Deum vel aliquos sanctos, qui praesentes ubique sunt; sed et cunctis terrenis rebus expedit et causis tacere divina aliqua operantes. Qualem autem Scriptura nobis tradidit Samuelem fuisse, talis erat hic Deo, angelis et hominibus placens, dilectus, videns, verax ac fidelis, et tamquam Abraham patriarcha, qui nos secum stantes horis sancti sacrificii pavidos immobilesque stare jubebat, et nec signo quidem aliquo, quanto minus verbo, permittebat quempiam clericorum rem aliquam indicare assistentibus sancto altari, tempore sollemnium missarum praecipue, dicens plena esse sacraria sanctis angelis, ab invisibili acerrimoque hoste defendentibus et juvantibus per cuncta praesentes, ut digni fiant sumendis inaestimabilibus sacramentis pretiosissimi corporis et sanguinis Jesu Christi. Ob summam plane humilitatem suam testabatur quod didicisset haec ita esse sanctis referentibus patribus, quae tamen, ut aliorum patrum e relatione cognovimus, ipse contemplari solebat, qui multis vicibus in extasi raptus cernebat mirabiles et praesagas res stupentes, et post paululum rediens ad se, praedicabat multa futura quae rerum sequentium post

firmabat effectus*. Talis erat ardens ac perlucida lucerna oculusque totius orbis Johannes patriarcha, civis summae Jerusalem, exemplum in cunctis bonum seipsum praebens hominibus. Tunc autem perfecti discipuli fiunt, cum boni magistri sequuntur exempla. Non enim tantum verbo quantum actu discipulos acuere consuevit.

* *cod.* affectus.

21. Sed et Spiritus sancti adventum inspicere solitus erat vir Dei Chrysostomus Johannes quotiens offerebat Domino sanctum sacrificium. Cujus mysterii tempore aliquis de diaconibus illius aliquando, flabellis ventilare sacris mysteriis sortitus, oculo suo per cameram porticus ecclesiae inspiciens, attendit ex desiderio iniquo cujusdam mulieris personam. Spiritus vero sanctus ut solebat nequaquam descendit super mensam sancti sacrificii, ad declarandam, reor, occasionem levitae et magnum beati viri meritum ab hominibus ampliandum in corrigendo diacono per ipsum. Sed sanctus pater, ad augmentum insignium meritorum suorum, ex solita multa humilitate sua, Deo cooperante, se culpabat, sed et eos qui assistebant sacro altari. Flabella vero constituerat ventilantia per ministros, ut ab omni injuria per ipsa defenderentur sancta munera, quodammodo signantia alas, id est summas virtutes, omnium sanctorum, Spiritus sancti flatu, hoc est inspiratione, satis plenas tranquillasque semper manentes, quibus volant sine omni lassitudine sancti. Scrutans autem vir Dei et nullum sibi crimen agnoscens, jussit amoveri agitantes tunc sacra ventilabra ; pro quibus accedentibus aliis et Spiritu sancto subito super divinae laudis hostiam veniente, cognovit peccatorem quis esset. Quem post a culpa liberavit paenitentem ; fecitque dependere latissima velamina in cameris, quibus expansis clauderetur ex tunc jam porticus horis aptis, gratia tollendi occasiones illicitas visibus cunctorum consistentium intra ecclesiam.

22. Erat vir clarissimus nativitate, verbo et actu apud Deum et apud angelos et apud homines, Theognostus nomine, dilectissimus Arcadio imperatori, ditissimus et multa dignitate ornatus. Qui Theognostus interpretatur Deo notus, quem secundum ipsius nominis interpretationem Deus omnipotens dignatus est inter suos bonos cognitum habere. Qui per sanctissimum virum Chrysostomum Johannem, Constantinopolitanum praesulem, veram fidem Dei veraciter edoctus est et Christum ut verum hominem, carne, anima, ratione sensibusque exstantem, sic aeterni Dei vivi et veri aeternum Filium, vivum et verum Deum, non creatum nec minorem Patri in aliquo, sed aequalem Patri cum sancto Spiritu, cujus semper processio est ex Patre et Filio, ante cuncta existente, creatorem esse optime confitens praedicabat, contradicens omnibus haereticis de recta fide male sentientibus. Alius autem erat judex reipublicae, Dorotheus nomine, arianae perfidiae sectator ; cujus haereseos malitia caecatus ac permotus, nimis odiens praedictum senatorem Theognostum, varias occasiones nocendi illum satis quaerens, sed minime valuit reperire. Pro qua re, juxta morem judaicum ad Christi condemnationem, de divitiis, quas multas possidebat sed plurimum possidebatur ab eis, dans munera duobus filiis Belial, falsum testimonium secum eos dicere persua-

sit, quod scilicet iniquissime detraxisset regi Theognostus. At illi, acceptis donis seducti, simul cum Dorotheo verbosabantur Theognostum, anathematizantes semetipsos et jurantes se auditores fuisse pessimae detractionis Augusto factae a Theognosto, et iniquitas, ut scriptum est, mentita est sibi. At praefatus sanctus Johannes more solito secundum omnes sacras scripturas dogmatizabat, dicens : *Valens Christus convincere omnia falsa testimonia Judaeorum adversus se dicta et asperrima ab eis illata sibi exstirpare, patienter sufferens tacuit, et obiit sponte, ac resurrexit potenter caelosque conscendit pro salute et vita perpetua per se danda dignis ea existentibus hominibus ac debita sibi gloria perpetuo laetari.* Beatus quoque Theognostus pro modulo suo Christum Dominum imitans, elegit innumerabilia mala pati a persequentibus se, ac longanimiter pertulit pro vera catholica fide, concupiscens exspectansque per hanc salutem vitamque perennem capere a Deo sibi atque innumeris praeparatam. Nam et imperatore irato, ablata est omnis facultas ejus, exiliatusque est de civitate ipsa; et remansit in ea conjux illius undique coangustata. Qui pergens in exilium, defunctus est.

23. Misertus vero Augustus mulieri viduae ab eo relictae, dimisit illi habendum de agris viri sui agrum unum vineatum ad nutriendum se; qui ager erat circa mare prope urbem, adhaerens imperiali agro. Ad quem regalem agrum egressa ivit regina Eudoxia, uxor regis Arcadii, tempore vindemiae, atque inspexit optimam viduae vineam. Quam complacentem sibi statim ingressa est et admirata; abscidensque ex ea botrum de magnis unum, gustavit gaudens; cujus mox ut gustu delectata est fauce, delicto ablationis vineae ipsius capta est mente. Puto quod vetus hostis, qui Evae vetitae in paradiso arboris ad vescendum suavem et ad videndum pulchrum existentem fructum in primordio mundi edere per serpentem seduxit, idem per saporem uvae simile immisit huic mulieri desiderium ad auferendam vineam viduae. Quam tollens vi, novam insuper legem instituit, quippe quod alienatus esse deberet dominus agri ab eo agro ex quo imperiali manu fructus lectus fuisset ac regali ore comestus, et titulandum esse palatio eundem agrum; hanc insuper suam notitiae hominum novam iniquitatem sicut vetustam legem diffamare praecepit, quasi vetus a praecedentibus regibus constituta lex esset. Porro egit hoc iniqua mulier similis Jezabel, ut revelaret nequitiam suam hominibus, quam nec Deo neque sanctis revelare valebat. Audiens vidua quoniam agrum, de quo vivebat, injusto judicio imperatrix abstulit, nec valens resistere, viro Dei Chrysostomo Johanni, qui erat dilectus regis ejusdemque reginae, per scriptam et missam tabulam vociferabatur defendi se ab iniqua Augusta opprimente se, et cum lacrimis multis talia clamitabat : *Defende me, o pater, ab adversante me imperatrice. Per doctrinam tuam Christum Dominum aeternum Dei filium secundum divinitatem, non creaturam existentem confitente viro meo, per arianae haereseos sectatorem, validissime odientem nos, cunctam substantiam perdidimus, et pro fide Christi vir meus in alienam patriam nolens ductus et mortuus, ac*

sepultus est. Ante quem defleam, ante quem confugiam, nisi ante te plangam, adjutorem viduarum et pupillorum, nisi ante te confugiam docentem nihil injustum agere, ad te qui praedicas neminem apponere cor ad affluentes divitias, ad te admonentem res pauperum non concupiscere? Quod doces efficiatur per te, pater; quod ammones compleatur per te, sanctissime; quod consulis efficiatur per te, sanctissime. Vidua tibi laborem imponit; defende eam. Non accipias faciem potentis; loquere imperatrici non erubescens, qui loqueris creatori ac rectori omnium non verecundans; loquere fiducialiter potestati terrestri, qui loqueris confidenter caeli terraeque dominanti; loquere Eudoxae pro vidua male patienti, sicut loqueris ecclesiae terrena dispicere et caelestia desiderare debenti. Haec audiens vir Dei Chrysostomus Johannes a vidua, compatiens illi lacrimavit, sicut super Lazarum lacrimatus est Christus. Et praemisit multas preces admonitionemque Augustae pro vidua muliere per Eutychium archidiaconum, Dei amicum, suum syncellum, id est cohabitantem sibi et dispensatorem, suavem virum in omni opere et locutione ac mitigare scientem insaniam furentium; quoniam dimittere non poterat sine defensione afflictam et clamantem, quae injuste violentiam patiebatur, qui solebat et hortabatur diutissime oppressos tueri, afflictos consolari injustaque non fieri, qui etiam cupiebat reginam per Deum feliciter cum rege marito ac filio utriusque Theodosio in perpetuum regnare, quem Theodosium beatus Johannes parvulum in nomine sanctae individuaeque Trinitatis sacro fonte baptizans levansque ex eo susceperat. Juxta praeceptionem igitur beati viri adiens venerandus levita reginam allocutus est ut redderet vineam viduae. Cui faciliter Augusta respondit: *Secundum morem detinemus vineam pro qua loqueris; sed dabimus pro ea viduae agrum alium.* Redeunte vero diacono absque effectu rei et renuntiante verba reginae, perrexit sanctus Johannes ad palatium; et ingressus cubiculum imperiale, nimiumque pro redditione praedicti agri deprecans admonensque imperatricem, obtinere apud eam nihil valuit. Convertit se ad increpandum eam, dure terrens illam malis quae pati solent in praesenti et in futuro concupiscentes et auferentes alienas res; sed per haec illa mulier, ut apostolus ait, profecit in pejus. Denique nimio commota furore praecepit sanctum Johannem egredi cubiculum. Qui egressus rediit ad patriarchium; et jussit Eutychio levitae ne, cum veniret imperatrix ad ecclesiam, sineret eam eundem sanctum locum intrare, insuper diceret sanctum Johannem hoc sibi facere jussisse. Quod ille sic fecit. At illa, majori succensa ira atque ab amore ad inimicitiam nimiam prolapsa, quaerebat ex tunc occasionem invenire adversus eum, qua posset facere ut sacerdotali dignitate per pontificalem synodum privaret illum et ex urbe regali pelleret. Instigabat enim eam pessimarum indesinens litium auctor daemon, nullomodo sustinens fugam a se illorum quos ab erroribus illius Verbum Dei pro sua misericordia per sanctissimum virum Chrysostomum Johannem segregans ferventissimo sibi amore copulabat vel copulaverat.

24. Succendens igitur satanas imperatricis cor intolerabili ira, qui circuire totam terram ac perambulare assuetus est anxius, volans adiit Alexandriam et irritavit papam ejusdem urbis, Theophilum nomine, agere perverse adversus quosdam monachos. Illos rursus furore multo commovit ascendere augustalem civitatem et contra papam suum interpellare Augustum. Quam tamen ascendentes illi, in directum cucurrerunt ad sanctum patriarcham Johannem uti ad amicum et consacerdotem papae existentem atque advenis quietem praestare solitum, et deprecabantur per eum reconciliari papae suo. Quos vir Dei, ex more solito sibi susceptionis peregrinorum, quiescere fecit in domo sanctae Anastasiae, nec sociavit ministris sacri altaris. Verumtamen scripsit ac misit epistolam rogatoriam, immensa dulcedine plenam, ad placandum praesulem monachis. Qua ille lecta, deterior factus, repente dijudicat beatum virum tamquam iniqua conscientia susceperit eos; nitensque se ostendere quasi juste iratus esset illis, ut appareret iniqua agere, tamquam benedicere deberet abominantes eum. Insuper origenianae haereseos sequaces illos mentiens dicit et litteras susurrans duplicatas adversus eos, ut scriptum est, confusione dignas ex mente sua ingeniose texuit, et illum qui eos susceperat horum parem esse dicens; quas litteras deferre mandavit sancto Johanni. Agnoscens quoque idem Theophilus quia imperatrix exosum haberet praedictum sanctum Johannem et diverso modo causas laesionis ejus aptans requireret, valde gavisus similiter decertabat.

25. Denique dolosas litteras misit sancto Epiphanio, senissimo centum quindecim annorum, Cyprorum episcopo, referens origenianum fore, non orthodoxum, Johannem, et iccirco imperatricem iratam velle sacerdotio alienari atque exiliari praecipere illum. Quibus lectis, sanctus Epiphanius aliquo modo seductus est; nesciebat enim quod inimicus esset sancto Johanni Theophilus. Accidit autem pro quadam causa navigare debere sanctum Epiphanium ad regiam urbem. Cum ergo comperisset imperatricis odium erga beatum Johannem, amplius festinabat ascendere, non ut sancto viro adversaretur, sed ut eum in quantum posset adjuvaret. Assumens igitur secum Polybium episcopum et Isaac monachum et quosdam alios, navigavit Constantinopolim. Quam introeuntes, cognoverunt multum tribulari pro beato Johanne cives urbis illius, a quibus copiosissime diligebatur. Erant autem ibi quaedam monasteria et ecclesiae quae accipiebant annonas a regina nec recipiebant beatum Johannem. Ingressus vero magnus Epiphanius in uno monasteriorum, coactus est sacrare, quoniam opus erat. Audiens autem beatus Johannes in sua dioecesi sacrationem fecisse beatum Epiphanium, contristatus est vehementer et epistolam misit ad eum tribulationem germinantem, a quo senilem recepit missam.

26. Audito imperatrix hominem Dei Johannem commotum adversus grandaevum virum Epiphanium, evocato ad se elata mente, falsa humilitate adulando, ait ei : *Pater Epiphani, omne Romanum regnum meum et omnium ecclesiarum quae in regno meo sunt sacratio tua est. Praesentem vero episcopum civitatis istius, contra potestatem nostram inquietum exi-*

[illegible] haeresim quandam [illegible]
[illegible] ex diebus multis [illegible]
[illegible] pro eo, qui dignus sit [illegible]
[illegible] in omnibus pacificetur. [illegible]
[illegible] decipere volens [illegible]
[illegible] cum Deo praesens [illegible]
[illegible] itaque cum dedecore hunc de ecclesia [illegible]
[illegible] Deus revelaverit, pro illo fac episcopum [illegible]
[illegible] simpliciter dixit : Filia, audi tuum patrem [illegible]
[illegible] : Quod tibi placet, pater, jube : non [illegible]
[illegible] nostri. Ad quam summus sacerdos [illegible]
[illegible] inquit, ex aliqua haeresi culpatus [illegible]
[illegible] peccasse neque corrigitur, indignus [illegible]
[illegible] consortio. In tali placito [illegible]
[illegible] pro vestra injuria vultis illum [illegible]
[illegible] nullatenus adquiescet [illegible]
[illegible] et parcere, o filia ; qui quam [illegible]
[illegible] plus debent timere Deum [illegible]
[illegible] delicta illis. Ad haec illa [illegible]
[illegible] praebes, pater, ne iste [illegible]
[illegible] et faciam adorare idola [illegible]
[illegible] loquente, prae amari[illegible]
[illegible] sanctus Epiphanius [illegible]
[illegible] episcopo exiit de cubiculo [illegible]
[illegible] consensisset insigni[illegible]
[illegible] summum sacerdotem [illegible]
[illegible] intransque in [illegible]
[illegible] episcopo, ac stu[illegible]
[illegible] contristaretur [illegible]
[illegible] inmotuit ei. Tunc [illegible]
[illegible] videns [illegible]

econtra rescripsit : *Decertator bone, accipe ad vicem. Ad locum quo exulandus es, cum anima non pervenies*. Hoc de secundo exilio sancti Johannis prophetavit sanctus Epiphanius. Quorum hae singulae prophetiae in singulis illis temporibus suis completae sunt. Nec ille jam Cypros attigit in carne vivus, sed exstinctus ; nec iste Comanam pervenit animatus, sed exanimis.

28. Percompleamus recitantes ea quae paulo ante dicere coeperamus. Igitur adductae sunt litterae falsae ac tyrannide plenae, a Theophilo missae ad sanctissimum virum Johannem. His lectis, suspirans ex animo pius assuete dilector fratrum ac princeps pacis, evocatis ad se monachis, ait : *Ego, fratres, pro pura caritate, qua vos susceperam, a papa odium recepi. En fremuit ut leo contra vos et irascitur mihi. Quoniam autem de fide vos incusat, parcite mihi de compensando vobiscum. Pacificare vos nequeo ; in lite nolo vester fieri particeps. Quo vultis ite, quod vobis placuerit facite.* Ad haec illi verecundantes et coangustati, adeuntes interpellaverunt imperatorem contra Theophilum. Imperator, auditores eis et judices dans, jubet Theophilum ascendere Constantinopolim. Hoc agnito, imperatrix, vesana prae odio magno quo oderat sanctum Johannem, dilectum Deo, bonum angelis cunctis et pium hominibus universis, sicuti ex lucro multo hilaris est effecta ; et mittens occulte, jussit festinanter ascendere Theophilum cum aliquantis episcopis ad regiam urbem et approbare quantas possent falsitates, indignum fore sacerdotio summum pontificem existentem asserens ; assentire sese eis et adjuturam eos esse in hoc apud imperatorem jugalem suum ac defensuram ab eo totis viribus, ne mali quippiam paterentur. Quae promissa post opere complevit in quantum valuit.

29. At Theophilus, confortatus per haec, cum collectis secum Aegyptiarum urbium praesulibus triginta et quinque numero, secundum jussa sibi ascendit ad imperialem civitatem. Quam mox ut ingressi sunt, currens ad imperatricem pessimam, multas et horrendas falsitates condemnandi sanctum virum pessimo cum ea statuit consilio. Attamen expavescens praesentibus civibus aliquid injustum gerere contra justissimum virum, egressus urbem ivit cum sociis suis ad locum quendam Chalcedonensem solitarium prope Bufianum, ubi sub umbrosa quadam quercu fecit iniquum conventum, et mittens per epistolam vocavit sanctum Johannem. Ad quem idem sanctus vir taliter rescripsit : *Haec urbs capiebat te : cur eam fugisti, quam per legem judicantes omnes amplectuntur ? Si tu meus es incusator, ne sedeas judex, et veniam. Si autem utrumque agere, id est et condemnare et judicare me, tu vis, cognosce contra legem hoc esse et ne exspectes me ad te venire.*

30. Videns vero Theophilus egregium virum Johannem ad se nolle venire, pessimos ac stultissimos libellos, variis haeresibus et irrisionibus plenos, composuit adversus eum, qui in nullo umquam deviavit ab orthodoxa fide neque a recto tramite bonarum actionum ; deinde, ut exhorreret ac noceret clerus et populus illum quem cuncti scientes diligebant satis, praebuit fidelibus suis Theophilus eosdem libellos, blandiens disseminare descripta in his nefanda verba per

quos valeret. Quae et disseminata sunt, et preces ideo fusae et honores ac munera more judaico collata; sed his omnibus paucissimi decepti. Coadunati vero et assidentes erant sancto Johanni in triclinio quadraginta pontifices; qui ignorantes occulta in istis rebus facta imperatricis, stupebant, inter se tractantes quomodo Theophilus, quem imperator Arcadius invitum ac singularem jusserat venire Constantinopolim ut ex admissis criminibus suis redderet rationem, cum tot venisset episcopis, et quare tam subito nimium corda potentium et clericorum beati Johannis quorundam commutasset ad malum. Talia gerentibus pontificibus, inspiratus divinitus dixit sanctus Johannes : *Rogo vos, fratres, orationibus vestris me adjuvate. Agnosco me tribulationes multas esse passurum ab odientibus me, et sic finire praesentem vitam. Inspicio enim vehementissimum furorem satanae, qui nullatenus suffert sermones quos contra ipsum facio.* Ad haec qui aderant afflicti lacrimabantur. Quibus amarissime flentibus fortissimus vir Johannes ait : *Nolite flere amplius, affligentes me. Semper Christus vita mihi et carnis meae mors lucrum est mihi. Paratus sum, Deo gratis juvante, omnes detestandas injurias cunctas acerrimas pati ac mori propter Dei amorem. Recordamini dixisse me vobis : Via est praesens vita, et suavia ejus et gravia cito pertranseunt et velut nundinae sunt cuncta praesentia. Vendimus, emimus, recedimus. Num potentiores sumus sanctis patriarchis, prophetis et apostolis Christi, ut immortalis permaneat nobis haec vita ?* Ululans autem quidam de praesentibus dixit : *Lamentamus nostram desolationem, viduitatem ecclesiae, reseratorem justitiae, innocentes violentiam passuros a non timentibus Deum, egentium victum et vestitum deficientem, piae eruditionis cessationem.* Tunc sanctus cogitans feriebat digito dexterae plantam sinistrae manus suae : consueverat enim idem amicus Christi, quotiens tractabat aliquid in mente sua, hoc facere; dixitque ad loquentem : *Sufficit, frater. Non enim per me coeperunt esse bona, nec per me finientur. Ex quo et per quem et in quo sunt omnia, juxta sacrae Scripturae veritatem, per ipsum et in ipso permanebunt.* Eulisius, Apamiae Bithyniae praesul, dixit : *Apparet expedire unicuique nostrum proprio praesulatu carere; quem si quis e nobis tenere voluerit, compulsus communicabit adversantibus tibi et subscribet in destructione tui honoris atque in tuo exilio.* Eminens universis eximius doctor Johannes ait : *Participate contrariis meis in illis rebus quae expediunt, ne scindantur ecclesiae. Alienamini tamen ab his in mea dejectione et non subscribite in ea, ad quam patiendam indignum arbitror me fore.*

31. Cum haec geruntur, nuntii sunt missi a Theophilo. Quos beatus Johannes fecit introire; ingressos interrogavit cujus gradus essent. Respondentes se episcopos esse, rogavit eos sedere. Sedentes rursum deprecatus est, dicens : *Quare venistis ?* Responderunt epistolam se ei detulisse legendam. Quam statim jussit legere; legitque puer Theophili sic : *Sancta synodus, quae in loco Quercus*

est constituta. Libellos accepimus continentes de te innumerabilia mala. Ad respondendum ergo pro his veni, ducens tecum Serapionem ac Tigridium presbyteros : sunt enim necessarii. Erant qui venerant Dioscorus et Paulus. Post lectionem, contradixerunt qui cum sancto Johanne erant episcopi, mittentes Theophilo per episcopos tres et presbyteros duos, Lupicinum, Demetrium, Densium, Severum et Germanum, omnes isti viri sancti, et dignis verbis : *Ne transgrediaris,* inquiunt, *ecclesiasticas regulas, et ne scindas Ecclesiam, pro qua Deus ultro ac potentialiter, homo natus ex virgine sancta, ineptis sibi existentibus contumeliis asperrimisque illatis tormentis a crudelibus affectus et necatus dignanter est, et resurrexit caelosque ascendit. Cur despicis instituta Nicaenorum canonum trecentorum decem et octo patrum, vocans virum Dei Johannem in silva damnare, ut Cain Abel fratrem suum in campo vocavit necare ? Veni tu ad nos in pacatam ac divitem justis legibus urbem, audiri et judicari a nobis. Habemus adversus te septuaginta capitula, certos libellos, de perpetratis culpis tuis, et plures sumus quam tua synodus Dei gratia collecti, non ad dissensionem Ecclesiae sed pacem. Tu quidem es tricesimus sextus episcoporum unius patriae ; nos autem sumus quadraginta de diversis provinciis, in quibus sunt septem metropolitani ; et exigit ratio pauciores* [a] *pluribus examinari secundum canones. Consenti ecclesiasticis decretis, deprecare nos, tuos incusatores, a tua quiescere incusatione, ac nostrum adventum ad te humillime prohibe.*

32. Sanctus Johannes, qui non sibi soli sed et omnibus hominibus ad bonum exemplum vivere doctrinaque sua prodesse semper satagebat, loquentibus haec episcopis dixit : *Quae vobis videntur bona loquimini et eadem descripta mittite ; me tamen decet ad denuntiata mihi respondere.* His autem qui erant Theophili respondit : *Si vultis me venire ad vos, separentur, rogo, a concilio vestro hi quos novi per invidiam malignari contra me, et veniam ac discutiar a vobis, et juxta id quod culpabilis apparuero canonica auctoritate me judicate : quamvis nesciente sanctissimo Innocentio Romano papa et ignorante Antiocheno praesule a nemine debeam judicari. Sunt autem isti quos abesse cupio, Theophilus, qui dudum in quadam epistola sua mihi missa execranda in me locutus est verba, qui et prius Alexandriae ac post Lyciae positus dixit : « Vado Constantinopolim de sacerdotio deponere Johannem, » et Achatium, qui dixit : « Ego illi propinabo amarissimam potionem ». Qui etiam ante audientiam inimicitiam se mihi praestaturos esse minati sunt, quid acturi sunt si affuerint in judicando ? De Severo autem et Antiocho quid dicam ; quos cito destruet divinum judicium ? Si hi quattuor sequestrentur a synodo, certe libens veniam ad vestram caritatem, sed et ad omnem collectam totius mundi ; sed justos judices volo, incusatores meos audire nolo. Etenim si venirem illuc et ibi praesentes essent, multo plus quam doleo dolerem,*

eo quod multo magis laederent se quam laedere putant me. Gaudeo tamen et gaudebo, quoniam omnis temporalis illata mihi laesio me nimis juvabit in perpetuum. Scitote quod etiam si mille vicibus ad me remittatis ob hanc rem, has sententias ex ipsa audietis a me per singula.

33. Profectis missis ab eo, iterum duo presbyteri, qui ipsius beati Johannis fuerant, e quibus unus hunc sanctum accusando mercede episcopatum accepit, Heracleae venerunt, missi ab episcopis contrariis, dicentes : *Denuntiat tibi synodus : Veni ad nos et satisfac de delictis tuis, ne vindictae subjaceas.* Ad quos per tres episcopos alios sapientissimus Johannes remisit, dicens : *Injustam rem facitis, qui me damnare ipsi et examinare cupitis et per meos clericos vocatis me.* Ad haec illi daemonis instinctu, agrestes ferae redditi, suscipientes missos, alium ceciderunt, alium consciderunt, alium catena vinxerunt, quam sancto Johanni praeparaverant, ut venientem ad se captum et vinctum naviculae imponentes, ad occultum locum transmitterent. Sed sanctus, praenoscens eorum malignitatem, perstitit in loco suo. Ad quem accusandum praefati episcopi miserunt imperatori dicentes : *Accusatus est Johannes apud nos super quibusdam malis suis. Quem mittentes vocavimus ; at ille, sciens vera esse crimina sua quae audivimus, noluit venire ad nos. Hunc sacra lex de sacerdotio deponi jubet. Assunt ecce libelli continentes culpas pro quibus juste debeat deponi. Dirigat potestas vestra invitum exire ad examen.* Horum verba pro nihilo duxit sanctus Johannes.

34. Hunc sanctum Johannem, cunctos homines, praecipue bonos, optime diligentem, pessimi odientes, ut per omnia laederent, incusabant quod, nimis odiens domesticos palatii atque imperatricem, pro invenienda tantum occasione injuriandi eos loqueretur frequenter in populo sermones corripientes pravos mores hominum, et quia delectantia populum verba ideo proferret ac bonum se moribus propriis existentem hominem propterea demonstraret, ut seductis eis satissime amaretur et honoraretur ab omnibus. Imperator autem Arcadius, agnoscens liquide quod injuste afflixisset Theophilus monachos, per quos occasio tribulandi sanctum Johannem reperta est, jussit eos redire ad propria loca et quaeque fuerant illorum restitui et cellas proprias redintegrari. Imperatrix turpissima et maligna, nomine et saeculari dignitate quibus gloriabatur Eudoxia, id est bona gloriatio, non gloriatio tantum existens haec, adversus virum beatum Johannem validissime furens, ea quae ad injuriam et amaricationem laesionemque hujus tunc erant cogitabat ; sed post multo amplius suam pertinaciam exercebat cotidie. Quae Optatum nomine quendam vocatum magistrum militiae ordinavit, qui erat latenter paganus, ut Laban. Sed ut ille qualis esset apparuit per beatum Jacob vivaciter vivum et verum Deum credentem et colentem, ita detectus est iste per beatum Johannem, studiose et viriliter eundem Deum sequentem ac praedicantem. Ut autem vir Dei Jacob, id est supplantatio, vitiorum scilicet, qui est Israel, hoc est videns Deum, dicitur, ex germanis sororibus Lia et Rachel

carnales genuit filios, sic amicus Dei Johannes cum beatis apostolis et martyribus per veteris et novi Testamenti doctrinam in toto mundo spiritales generat filios, cum quibus tamen ejusdem Israel, patriarchae reliquorum patriarcharum, spiritaliter sit ipse filius. Itaque praedictus Optatus, Christum Deum ac Dominum omnium et sanctissimum Johannem cum omnibus christianis odiens, universa turpia abominandaque amicis Dei cum paribus suis, masculis et feminis, circa sanctam Ecclesiam, imperatricis patrocinio tutus, importune operabatur.

35. Haec castissimus et verecundus Johannes, divino zelo succensus, non ferens, adversus Optatum sermones publice faciebat, ostendens ejus principatum esse contrarium Deo. Imperatrix autem, uxor Achab stultissimi, par Jezabel iniquissimae, audiens verba viri Dei Chrysostomi Johannis, tamquam proprie ad se dicta reputabat; et insistens diebus et noctibus animo imperatoris, ut institerat iniquissima Dalila Samson et Herodias spurcissima incestissimi ac superbissimi Herodis animo contra sanctissimum Baptistam Johannem institerat, dolebat quia non exulatus esset eloquentissimus Johannes. Ipsa vero omnem amorem regium, cunctas imperiales opes, universam regalem gloriam, sed et praesentem vitam pro nihilo habebat, veramque fidem vivi et veri Dei deserere pro hoc volebat. Imperator, scelestissimae ipsius mulieris amore victus, consensit exulari beatissimum Johannem. Tunc missus comes cum militibus, ejecit eum de ecclesia et ex urbe. Qui ejectus ductus est in Prenetum Bithyniae sub Nicomedia. Et civibus Constantinopolitanis multum tribulantibus ex hoc et flammae incendio cogente, quae cubiculum imperiale cremavit, existente etiam terrae motu et grandine immensa irruente, missus est Brisso cubicularius palatii, qui beatum intra paucos dies reduceret a Preneto ad sacratissimam sedem suam. Quem Brissonem concitum per mare in navi pergentem innumeri populi gaudentes ascensis navibus multis secuti sunt. In tantum multae fuerunt ipsae naves ut per largum illud maris ipsius spatium, quo ab urbe Constantinopoli usque Prenetum tenditur, sic de navi in navim quasi per terram irent. Euntes autem, cum multa laude et honore, accensis cereis et lampadibus pro reversione pastoris, prece nimia, nolentem tamen, reduxerunt sanctissimum Johannem ad propriam sedem. Quo reverso, supplicante illo Deo solita pietate, vindicta illa cessavit. Postulantibus etiam civibus cum gaudio verbum aedificationis animarum ex ore ejus audire, adquiescens fecit ex tunc ut solebat. Theophilus autem cum sociis suis Aegyptiis episcopis aufugit ad propria ; volebant enim populus Constantinopolitanus mergere illum in mari.

36. Salutaris vero Christi Domini et Dei nostri resurrectionis die paschali superveniente, vetitus est ab imperatrice perfida orthodoxus Johannes in catholicam ire ecclesiam, et perstitit in episcopio suo. Civitatis autem populus tristis, ab ecclesia segregatus, cum multis episcopis et multo clero ejecto, in publico balneo, nomine Constantiniano, sacra concelebrare cucurrit mysteria. Ubi convenientes episcopi sacrarunt altaria, et unum e lavacris fideliter consecrantes, sacratissimo sabbato decem millia hominum ibi, ut fertur, tunc baptizaverunt.

Quae omnia facta propter amorem quem erga beatum Johannem omnes habebant, imperatrix, concors pessimae Jezabel, cognoscens, suam acerrimam cunctis plenissime publicavit nequitiam. Convocans enim cunctos praesentes pontifices et clericos simul saecularisque populi multitudinem, miserrimam execrandamque emisit vocem, quod, nisi exiliaretur sanctus Johannes, contra studium verae fidei patefaceret templa idolorum cogeretque universos adorare idola. Et missi quidam ab episcopis consentaneis pessimae imperatricis seducti protulerunt consilium iniquissimum in exilio ejus, scilicet quia non rogatus sed per importunitatem et superbiam rediisset ad sedem suam. Nonnulli etiam ex iisdem contrariis ejus, accedentes ad imperatorem, dixerunt : *O imperator, noli esse sacerdotibus mitior. Ut jam diximus tibi, Johannis depositio sit super caput nostrum.* Tunc imperator, qui et ab uxore propria, pari Dalilae et Herodiadis, id facere saepissime compellebatur, nolens adquievit eum de Constantinopoli exiliari in locum nomine Cucusso, committens tamen hoc opus divino judicio et aestimationi fideique ipsorum episcoporum. Confluxit ilico per vicos et plateas ipsius urbis multitudo virorum ac mulierum habentium nimiam compassionem proprii animi erga beatum Johannem, solutos habentes et sparsos per umeros crines. Lugebant autem amarissime ac vehementissime vociferabantur, paratique juxta vires suas erant singuli apprehendere ac tenere, ne perderent cum cunctis sanctis virtutibus, velut quibusdam pretiosissimis margaritis, ditissimum fulgentissimumque patrem Johannem, mori pro illo cupientes.

37. Hanc devotionem populi circa se exstantem pervidens beatissimus Johannes, metuensque ne forte occasione liberationis suae potestatem obtineret idolatria vel quilibet ex populo adversi aliquid pateretur, ab eis occultavit se, tradiditque se his qui eum ducturi erant in exilium, et ignorante populo exivit meridiano tempore de patriarchio, atque ex urbe vadens cum illis ; qui fuit pontifex annis quinque et semis, hic septuplo beatissimus existens. A militibus autem eparchi crudelissime per asperrima loca tractus, angustiatus afflictusque est per omnem modum usque ad locum Cucussi ; sed Omnipotentis manu adjutus, cuncta pericula quasi lucra maxima amplectebatur, satis gaudens in iisdem, immensas grandesque gratias agens Deo pro innumeris ac magnis bonis quibus illum per haec more solito ditabat. Testantur haec ipsius epistolae quas discipulae ministraeque propriae, Olympiadi nomine, scripsit. Sciebat enim multis modis ex Dei dono tanta et talia se mala posse perpeti et bono animo sustinere, quae deducentes illum inferebant ut digni efficerentur obtinere sublimissimorum graduum honores promissos sibi a mittentibus se, si sic pessime illum tractarent ut in via moreretur. Hic etiam in angustia constitutus, prout valebat, secundum morem suum pristinum non cessabat edocere praesentes verbis exemplisque propriis ea quae utenda sunt ad veram salutem vitamque animae et carnis obtinendam, exemplo beati apostoli quondam angustati et agentis talia instructus. Sed et de loco Cucusso, ad quem volens nolensque venerat, ad plus solitarium locum, Pitiuntam nomine, rursus crudelissime trahitur martyr fortissimus ut adamas

lapis, ut multam vim per innumera pessimaque pericula patiens, propriae carnis vitam celerrime terminaret.

38. Qui beatus Johannes priusquam pertingeret Comanam urbem, antequam perveniret ad locum sancti Basilisci martyris et episcopi eorundem Comanorum, obvians ei apparuit in somno ante unum diem gloriosissimi finis ejus idem sanctus martyr, dicens : *Frater Johannes, confide, gaude et laetare, concertator magne. Crastina die egredieris de vita taediosa et temporali, et gradieris ad paradisum gratissimae aeternaeque vitae, et sociabuntur sanctissima ossa tua meis et sanctorum martyrum Eutropii et Ruffini et Colluthi ossibus, et tempore apto reducetur sanctum corpus tuum ad sedem tuam. Non enim adquievit justissimus judex Deus iniquissimo judicio injustissimae eversionis sanctissimi sacerdotii tui et durissimi exilii, gloriosissime per omnia Chrysostome. Veni ergo exultans ad perpetuam quietem ; ibi gloriaberis, anima sancta, et epulaberis, caro beata. Omnia bona Domini tibi hereditate donata sunt, pro eo quod fortiter decertasti adversus malignos.* Arbitror etiam Christum ipsum per se de caelis talia sancto patri nostro Chrysostomo Johanni dixisse : *Homo Dei et fidelis famule, vir desideriorum spiritus mei, vir potens in verbo et opere pio, dijudicavi justissimum esse glorificare te plurimum post mortem tuam, et sic faciam. Laborasti enim multum pro nomine meo sancto, persecutionem passus es nimiam ab injustis et crudelibus ob meam piam justitiam, exiliatus es a persequentibus, sed propter meae deitatis dilectionem, factus es dulcis hominibus doctor et enutritor nutrimento salubrium ac vitalium praeceptorum meorum, favus distillans eis purissimum mel Spiritus sancti, liquida et inconsumptibilis cera, fons indeficiens ecclesiarum mearum, aurea mei labia oris, probatissimus ignis tribulationis, aurum argentumque splendidissimum, lumen dogmatum, pretiosissima gemma, munditia animarum, ferreum tolerantiae* * *vas, aerea delectans homines vox per ictum verbi, custodia viduitatis, sinus parvulorum, murus timentium, arma temptationes patientium, salus aegrorum, requies lapsorum, esurientium cibus, sitientium potus, indumentum nudorum, spiritalium et corporalium rerum distributor dives. Tu es post meum evangelistam tertius praedicator Johannes meorum verborum. Quartus secundum te Johannes non surrexit inter natos mulierum. Baptistae meo proprium verticem inclinavi et tali ac tanta mea humilitate illum exaltavi : nam manibus me, Patrem meum auribus, Spiritum sanctum propriis visibus, uno momento virtute unica tenuit in unum. Evangelistae meo pectus meum constravi, et recubuit ibi ac sublimia inde didicit. Tibi verba mea uberrime diffudi, et omnes divinitus inspiratos propheticos, evangelicos, apostolicosque disseruisti libros et, quod satis per omnia tibi proderit, erudisti multos, Chrysostome vir Johannes.* Custodi etiam loci sui beatus Basiliscus apparens in somno, dixit :

* *cod.* intolerantiae.

Praepara locum magno martyri Johanni in quo quiescat nobiscum; veniet enim.

39. Exsurgens autem sanctissimus Johannes somno, certissimus ac laetissimus de divinis promissis, rogavit ductores suos non moveri de loco ipso. Cui unus ex ipsis assentire voluit, alius noluit. Euntibus autem ipsis et cum omni crudelitate hunc trahentibus more Deum exorantem, erupit repente pluvia et grando multa de caelo super terram. At illi, non valentes pergere nec divertere quoquam neque in via subsistere, necessitate subacti reversi sunt ad locum praefatorum sanctorum martyrum. Ubi despoliavit se sanctus omnibus vestimentis suis, qui se a propria juventute nudaverat terrenis rebus universis; et qui erat mundissimus omnium rerum visibilium, vestitus vestibus calceamentisque calceatus mundis, signans se atque orans Deum, cui sacrificium erat ipse, juxta psalmistam, totus communicavit se sacrificio sacri corporis ac sanguinis Dei ac Domini nostri Jesu Christi, solitumque sibi verbum dignissime memoria habens, dixit : *Gloria in omnibus Deo.* Responso autem *Amen*, dolens capite collocavit se, spiritum commendans in manus coronaturi Dei, sanctissimam animam suam reddidit eidem creatori, rectori, tutori ac possessori omnium; quae, ferentibus illam divinis nuntiis, laetissima festinans penetravit caelos, ex tunc optime victura, epulatura regnaturaque perpetuo cum Christo. Sed et caro cum qua contra hostes decertavit ac devicit ejus divino juvamine, post, Deo jubente ac praestante, vivificabitur, in die scilicet quo statutum est ab eo cunctos, reviviscentes tunc in carne sua priori, justos, pios, injustos, pessimos, in examine judicari unumquemque secundum meritum suum; et convivens ex tunc sanctus Johannes carn suae, congaudebit et congregabitur ei, et universi sancti propriis carnibus sine fine.

40. Quem sanctissimum Johannem beatissimus Innocentius, papa Romanus audiens tanta ac talia mala pertulisse ab inimicis suis, valde contristatus est, e quantum licuit ei canonicis ictibus incuriosum imperatorem cum pessima impe ratrice et cunctos superstites adversarios ejusdem beati Johannis durissime ferii excommunicatione acerrima, quin etiam apostolica auctoritate beati Petri pe propriam jubens epistolam segregari eos a cunctis caelestibus sacramentis; quos dam tamen de ipsis, ex hoc satisfacientes, post reconciliavit. Et ut describeretu ac recitaretur in orationibus nomen ipsius cum nominibus episcoporum sedi suae mandavit, atque ad eandem sedem reverendum corpus cum timore magn et honore multo revocari praecepit. Sed et ultio divina percussit universos hoste illius ut expedire novit divinitus singulis illis. E quibus duobus tantum quae s in conspectu hominum a Deo illata vindicta me referre sufficiat.

41. Syrus, Chalcedonensis episcopus, consueverat incuriose vocitare sine gen culis virum Dei Chrysostomum Johannem. Quem sanctissimus Marutha, Mesop tamiae Syriae pontifex, cum summa humilitate et caritatis dulcedine hortabatu ac monebat ne injuriam gereret sanctissimo viro; at ipse nihil per haec proficiebat in bonum, sed deterior fiebat. Qui occasione calcatus est a praedicto sancti

simo Marutha in secretario super dextrum pedem suum ; et corripuit eum aegritudo quae gangrena dicitur, depascens corpus. Quo magis ac magis deteriorante, angustatus jussit abscidi pedem ipsum a corpore suo, sed nihil profuit illi : nam idem languor invasit etiam sinistrum pedem ejus ; quem rursus necessitate cogente fecit truncari a se. Et qui contumeliose absque genibus vocabat beatissimum virum, pro illo ultione Dei miserrimus absque gressibus corporis est redditus ; sed [et] ex ipsa infirmitate obiit.

42. Locellum quoque, in quo cadaver imperatricis inimicae viri Dei Chrysostomi Johannis locatum est, non cessavit commoveri, donec post annos triginta et tres cum immensis magnisque precibus et hymnis ac luminaribus reducerent sanctum corpus beati viri Johannis a loco in quo quiescebat ad urbem Constantinopolim. Qui beatissimus Johannes idus novembris, qui est dies tertius decimus ejusdem mensis, obiit, completis in exilio annis tribus et mensibus duobus. Cujus ab egressione sua de utero matris suae totius temporalis vitae cursus in hoc saeculo fuit quinquaginta annorum et octo mensium. Hujus sacratissima ossa octavo decimo kalendas decembris, qui est dies quartus decimus mensis novembris, sociata sunt sanctis praedictorum martyrum ossibus, ut ei promiserat sanctus Basiliscus et custodi sancti loci sui jusserat. Hic sanctissimus Johannes aestimatur a quibusdam in paucis annis tractatu, dictis, factisque complesse universa placentia Deo, et propterea putant esse completam in illo propheticam illam Salomonis sententiam ita dicentis : *Consummatus in brevi, explevit tempora longa ; placita enim erat Deo anima illius, propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum.* Hic sensus propheticus etiam in sanctis nonnullis, qui paucissimis annis vixerunt, debet intellegi fuisse completus.

43. Argentarius quidam erat, religiosissimus vir, qui sancto Chrysostomo Johanni viventi adhuc in carne fuerat amicus, magnam apud eum familiaritatis fiduciam et multam certitudinem ex praeclarissima vita illius habens. Ipsius argentarii cogitationes variae succendebantur et mens in diversa rapiebatur, quia sapere non valebat cur optimus vir Johannes tot sit mala perpessus in praesenti vita et quae acciderunt ei post discessum suum ex hac ; et deprecabatur assidue Deum ex toto corde, insinuari sibi ista de sancto patre Johanne. Qui nocte quadam, dum vigilaret, subito factus est in stupore mentis, et vidit se esse in palatio regali et stare prope cubiculum imperiale, ac dici quod sanctus Johannes, quem quaerebat, in interiori cubiculo assisteret imperatori. Quem dum ardenter exspectaret videre egredientem de regali cubiculo ac loqui cum eo, vidit quendam exeuntem inde, splendidum ac terribilem, interrogantem se quid vellet vel quem quaereret. At ipse respondit quod sustineret patriarcham Johannem. Et ille qui videbatur ab eo dixit : *Superadde, o homo, et dic : eum qui de paenitentia digne solebat loqui.* Post paululum alius, terribilior et indumento lucidior priore, velum interioris cubiculi augustalis egrediebatur ; qui inspiciens argentarium, minaci vultu percunctatus est, dicens : *Pro qua re stas ante aulam conclavis imperialis ?* Ille ait Chrysostomi Johannis super paeniten-

tiam digne locuti se praestolari adventum, eo quod opus haberet aliquid dicere illi. Ille, gloriosissimus apparens et primi gradus, cum juramento : *Nec nos*, inquit, *imperatoris ministri, Chrysostomo super paenitentia digne locuto loquimur, quoniam prope imperatorem stat.*

44. Narratur sermone probatissimorum et magnorum in sancta actione seniorum quoniam quidam solitarii precati sunt Deum gloriam et honorem istius sancti viri ostendi sibi. Et multi quidem multa certa fiducia et magna admiratione digna, Dei bonitate illis concedente, de sancti patris claritate et celsitudine viderunt signa et audierunt verba. Ne tamen multa dicamus, unum ad laudem tanti talisque patris dicere sufficere scire cupientibus aestimo. Rettulerunt mihi quidam quoniam Marcus sanctissimus, quem Macharius, magnus cultor Dei, testatus est se vidisse ab angelo sancto sacram communionem Domini accipientem, recitavit quod, in extasi raptus, vidit in quodam lucidissimo et gloriosissimo loco innumerabilium sanctorum patrum synodum : *Et multos*, ait, *illorum ex pictis imaginibus cognoscebamus. Sanctum quidem Epiphanium videbam prope me stantem, pavensque stupebam in eis. Et vidi quempiam pulcherrimum ac terribilem virum venientem ad me et dicentem mihi aspera voce : « Quem quaeris ? » Ego autem ad eum dixi : « Dominum meum Johannem Chrysostomum. » Ille dixit : « Quis est Chrysostomus ? » Et cum angustarer respondere illi, sanctus Epiphanius intuitus est me, dicens : « Eum Johannem qui super paenitentiam locutus est optime, quaeris, domine. » Ille vero admirans ait : « Illum nemo carne indutus potest videre, quia cum cherubim praesto est divinae claritati. Dominatorem veraciter imitatus, digne paenitentibus et peccatoribus remissionem peccatorum semper, etiam in extrema respiratione, unicuique a Deo dari vere promisit, de divina pietate recte confidens.* » Haec sanctus Marcus rettulit ; alii autem in sorte beatissimi praecursoris Domini et Baptistae Johannis hunc apparuisse ; alii, in sanctissimi Johannis evangelistae societate Testis est ad hoc Proclus : quiddam enim ex hoc ipse contemplatus est, quiddam ab aliis patribus audivit et scripsit. Requiescit vero sanctum corpus beatissimi patris nostri Chrysostomi Johannis Constantinopolim in ecclesia sanctorum apostolorum reliquiis praecipue consecrata, quae et eodem nomine ipsius officii vocatur.

45. Haec pauca de immensis ac magnis virtutibus tuis, vir sanctissime Johannes, ad aedificationem proximorum et laudem tuam legenda ego, omnium christianorum ultimus meritis, ingenio, memoria et intellectu existens, quamvis rusticano modo, tamen cum multo labore, ut nosti, pio amore tuo devictus edidi. Tu benignissime dignare pro multis ista suscipere et quasi disertissimo sin sermone composita imputare, doctissime, et fac perpetuo prodesse mihi indigno cunctisque horum lectoribus et auditoribus. Pia etiam cum dilectione me acuentes ac petentes a me ut hunc libellum gloriosissimae actionis et passionis tua de graeco sumens latino sermone componerem, et qui sumptus proprios ex fid

et amore ad hoc opus efficiendum expendit pauperrimo et angustissimo persistente tempore, collaborantesque mihi in hoc opere, alienentur per te a cunctis noxiis et in hoc saeculo a Deo atque in futuro maximis perennibusque mereantur ditari praemiis, o summe sacerdos et doctissime vir Johannes, sociique tui, cunctos nos de caelestibus regnis, in quibus habitatis..... *(Sequitur prolixa oratio ad sanctum Johannem Chryostomum.)*

DXXXVIII. Codex signatus num. 11750.

Olim San-Germ., prius 462, recentius 495.

Foliorum 260, med. (0m,355×0,26), lineis plenis, exaratus saec. XI.

1° Publica Theophili paenitentiae satisfactio, qui Christum abnegavit et veniam beatae perpetuae virginis Mariae interventu adipisci promeruit (fol. 50v-57r).*

2° [Miracula beatae Mariae] (fol. 57r-58v).

Ex Gregorii Turonensis lib. *In glor. mart.*, capp. 9-11.

3° Passio sancti Petri egregii principis apostolorum, quae celebratur [III] kalendas julii (fol. 59r-66v).*

Auctore Pseudo-Abdia. Omm. numm. 1-5; sed praemissus est prologus *Licet plurima...* (cfr. Lipsius, *Apostelgesch.*, tom. I, p. 118, not. 1) et in fine addita visio Marcelli (cfr. ibid., p. 135).

4° Passio sancti Pauli apostoli (fol. 66v-71v).*

Auctore Pseudo-Lino.

5° Passio sancti Jacobi apostoli fratris Johannis evangelistae (fol. 72r-75r).*

6° Passio sancti Bartholomaei apostoli (fol. 75r-79v).*

7° Passio sancti Matthaei apostoli et evangelistae (fol. 79v-85r).*

8° Passio sanctorum apostolorum Simonis et Judae (fol. 85r-91r).*

9° Passio sancti Thomae apostoli, quae recolitur XII kalendas januarii (fol. 91v-99v).

Ed. ap. Max. Bonnet, *Acta Thomae*, p. 132-60.

10° Passio sancti Andreae apostoli, quae recolitur II kalendas decembris fol. 99v-103r).*

Brevius referuntur quae ad Maximillam, ad obitum Aegeae et ad Stratoclem pertinent (cfr. Lipsius, tom. cit., p. 140).

11° Assumptio sancti Johannis apostoli et evangelistae, quae recolitur VI kalendas januarii (fol. 103v-110r).*

12° Assumptio sancti Philippi apostoli, quae colitur die primo mensis maii (fol. 110r-111r).*

Lectionibus variantibus ut in cod. Brux. 380 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 202, 3°).

13° Passio sancti Jacobi [Minoris] apostoli (fol. 111v-112v).*

Lectionibus variantibus ut in eodem cod. (ibid., p. 203, 4°).

14° Passio sancti Marci evangelistae, quae recolitur VII kalendas maii (fol. 113r-114r).*

Omm. num. 1 et passim nonnullae sententiae.

15° Vita sancti ac beatissimi Leutfredi abbatis (fol. 114r-123v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Jun., tom. IV, p. 105-11, num. 1-29. Subjuncta sunt ed. ibid. p. 12 (num. 1 stilo paululum immutato) et his add. : *Quod mirifice et in magna veneratione peregit cum innumerabili multitudine populi et canticis angelicis undecimo kalendas julii. In isto etenim vasculo conditum est venerabile corpus egregii atque eximii confessoris Christi Leutfredi abbatis ejusdem monasterii et in ecclesia praecipua juxta honorem condignum collocatum.*

16° Miracula quae ad ejus sepulcrum gesta sunt (fol. 124r-125r).

Ed. ibid., p. 112, num. 30-34.

17° Vita Nicholai sanctissimi pontificis, cujus festivitas celebratur VIII idus decembris (fol. 125r-138r).*

Post cap. XIII, ceteris omissis, continuo subjecta sunt quae leguntur apud Carminium, p. 126, cap. XIV, in notis.

18° Vita sancti Audoeni archiepiscopi, quae recolitur VIIII kalendas septembris (fol. 138r-147v).

Auctore Fridegodo, ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Aug., tom. IV, p. 810-19. Omm. prol. et numm. 41-46.

19° Vita sancti Augustini episcopi et confessoris, quae recolitur v kalendas septembris (fol. 148r-156v).*

20° Vita sancti Hieronymi presbyteri et confessoris, quae recolitur II kalendas octobris (fol. 157r-164r).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 201-14.

21° Vita vel actus Ambrosii sancti antistitis ecclesiae Mediolanensis, scripta a sancto Paulino episcopo (fol. 164r-175v).*

22° Vita Medardi beatissimi pontificis, quae recolitur I idus junii (fol. 176r-185r).

Ed. apud Joannem a Bosco, *Bibl. Floriac.*, part. II, p. 113-35.

23° Vita sancti ac beatissimi Maurilii Andegavensis civitatis episcopi, cujus festivitas colitur idus septembris (fol. 185r-196r).*

Deest index capitulorum et notula huic indici subjuncta.

24° Vita sancti ac beatissimi Turiavi episcopi et confessoris, cujus dies festivitatis colitur IIIr° idus julii (fol. 196r-204r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Jul., tom. III, p. 619-25. Sequitur (fol. 205r) *Hymnus de sancto Turiavo*, qui inc. *Vocibus Christo pariter melodis...*

25° Transitus sanctissimi pontificis Nicholai (fol. 253r-260r).*

Scilicet Vitae capp. XVIIbis, XIV-XVII, XVIII-XX ; deinde miracula ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 151-56, tandem Vitae capp. XXI et XXII.

DXXXIX. Codex signatus num. 11751.

Olim San-Germ., prius 468, recentius 493.

Foliorum 160, med. (0m,36×0,255), columnis binis, exaratus med. saec. XI (1).

1° Passio sanctissimi Dionysii, qui Areopagita.... (fol. 1r-39v).*

Auctore Hilduino.

(1) Cfr. L. Delisle, *Cab. des mss.*, tom. II, p. 41.

2° Epistola Hilduini abbatis ad Ludovicum imperatorem (fol. 39v-48v); Epistola Hilduini abbatis indigni ad cunctos sanctae catholicae matris Ecclesiae filios... (fol. 48v-50v).

Ed. P. L., tom. CVI, p. 13-22 et p. 22-24.

3° Lectiones de sanctis Antonino atque Sanctino (fol. 50v-52v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Oct., tom. V, p. 586-88, num. 9-13.

4° Revelatio quae ostensa est sancto papae Stephano... de consecratione altaris sanctorum Petri et Pauli... (fol. 52v-54r).

Ed. ap. Surium, ad d. 9 Oct. (p. 136).

5° Inventio sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii (fol. 54v-59r).

Ex Gestis Dagoberti, capp. 1-11, 17, 42 (compendio), 44 (*Rec. des Hist. de Fr.*, tom. II, p. 580 sqq.).

6° Revelatio ecclesiae sancti Michaelis archangeli in monte qui dicitur Tumba... (fol. 72v-80r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Sept., tom. VIII, p. 76-77, num. 1-7.

7° [Sulpicii Severi scripta de S. Martino] (fol. 82r-139v).*

8° [Excerpta ex Gregorio Turonensi de obitu S. Martini] (fol. 140r-143r).*

9° Vita sancti ac beatissimi Briccii episcopi et confessoris (fol. 144r-145v).*

DXL. Codex signatus num. 11752.

Olim San-Germ., prius 464, recentius 494.

Follorum 269, maj. (0m,371×0,285), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° Passio sanctae Luciae virginis et martyris (fol 18r-19v).*

2° Vita sancti Silvestri papae (fol. 64r-79v).*

In fine post edictum de vera fide recipienda subjuncta sunt brevis notitia d Silvestro desumpta ex Libro Pontificali et ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 119, 650.

3° Vita sancti Mauri abbatis (fol. 153r-164r).*

Praemissa est (fol. 152v) epistola Odonis de inventione Vitae, ed. *Act. SS.*, ad d. 15 Jan., tom. I, p. 1051-52.

4° Passio sanctae Agnetis virginis et martyris, quae celebratur XII kalendas februarii (fol. 172r-175r).*

5° Passio sancti Vincentii archidiaconi et martyris, quae celebratur XI kalendas februarii (fol. 177v-181r).*

6° Passio sanctae Agathae virginis et martyris, quae colitur nonis februarii (fol. 191r-193r).*

7° IIII nonas februarii, natale sanctae Scholasticae virginis (fol. 193r-194r).*

Inc. *Soror beati Benedicti, Scholastica nomine...*

8° Vita beati Gregorii papae (fol. 199r-205v).*

Auctore anonymo.

9° Vita sancti Droctovei abbatis, discipuli sancti Germani episcopi (fol. 249r-251v).

Ed. ex hoc cod. *Act. SS.*, ad d. 10 Mart., tom. II, p. 37-40. Sed cum ultimum folium fere totum deletum esset, saeculo XIV iterum descripta est Vita fol. 252r-256v, praefixo titulo *Incipit praefatio in excerptione vitae sancti Droctovei abbatis discipuli sancti Germani episcopi.*

Praeterea continet codex breviores notitias de SS. Andrea (fol. 6v-8v), Nicolao (11v-14r), Maximino abbate (20r-21r), Joanne ev. (53v-55v), Inventione crucis (79v), Luciano Bellovacensi (96v-97v), Sulpicio Bituricensi (166v-167v), Sebastiano (169r-170v, 171v-172r), Bathilde reg. (186v-187v), Benedicto (206r-207v).

DXLI. Codex signatus num. 11753.

Olim San-Germ., recentius 74.

Foliorum 341, maj. (0m,465×0,338), columnis binis, exaratus extr. saec. XII.

1° Passio sanctorum martyrum Johannis et Pauli (fol. 5v-8v).*

2° Passio sanctorum Petri et Pauli (fol. 8v-15v).*

Epistola Pseudo-Marcelli.

3° Passio sancti Pauli (fol. 15r-19v).*

Auctore Pseudo-Lino. — Sequitur (fol. 19v-21r) Passio sanctorum Petri et Pauli, ed. *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 239 (col. 1 med. *Erant tunc temporis Romae....*) — 241, nisi quod in fine pro ultimis sententiis (*Denique beatus Petrus... in via Ostiensi sepultum est*) nonnulla leguntur in codice de nece Neronis.

4° Vita sancti Martialis episcopi et confessoris (fol. 21r-35v).*

Omm. num. 23 et maxima pars num. 22, scilicet inde a verbis *Quae postquam omnia gesta sunt, vocavit ad se.*

5° Passio sanctorum Processi et Martiniani (fol. 35v-37r).*

6° Passio sanctarum virginum Secundae et Rufinae (fol. 37r-39r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Jul., tom. III, p. 30-31.

7° Passio beatae Felicitatis cum septem filiis suis, quorum festivitas celebratur VI idus julii (fol. 39r-40r).*

8° Passio sanctorum martyrum Quirici et Julittae matris ejus, XVI kalendas julii (fol. 40r-44r).*

9° Passio sanctae ac beatissimae virginis Margaritae et martyris Christi (fol. 44r-47r).*

Stilo valde diverso.

Inc. *Cum per universum mundum sancti Spiritus alumnos Christi evangelium passim succedentibus miraculis propalaretur, ac plurimis palmitibus ex una radice subeuntibus vinea fidelium inolesceret, totius bonitatis aemulus diabolus suorum detrimenta...*

10° Vita sancti Alexii confessoris Christi (fol. 47r-50r).*

11° Relatio Pastoris de transitu beatae Praxedis virginis (fol. 50r-50v).*

12° X kalendas augusti, natale sancti Apollinaris martyris (fol. 50v-56r).*

Ut plurimum omm. quae in ed. uncinis sunt inclusa.

13° Passio sancti Jacobi [Majoris] apostoli (fol. 56r-59r).*

14° Passio sancti Christophori (fol. 59r-61v).*

15° Passio sancti Victorini martyris (fol. 61v-64r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Jan., tom. I, p. 500-1.

16° Vita sancti Victorini (fol. 64r-65r).

Ex Actis sanctorum Nerei et Achillei, num. 18-20.

17° Passio sanctorum martyrum Nazarii et Celsi, v kalendas augusti (fol. 65r-68r).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 50-54. Add., paucis immutatis vel omissis, ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Jul., tom. VI, p. 505, num. 9-11, de inventione S. Nazarii.

18° Passio sanctorum Simplicii, Faustini et Beatricis, et Felicis, Florae et Lucillae, et Seraphiae, IIII kalendas augusti (fol. 68r-68v).*

19° Actus et passio beati Felicis martyris atque pontificis urbis Romae, via Portuense, IIII kalendas augusti (fol. 68v-69v).*

20° Eodem die, sanctarum Florae et Lucillae (fol. 69v-71r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Jul., tom. VII, p. 23-24.

21° Eodem die, sanctae Seraphiae martyris (fol. 71r-73v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Aug., tom. VI, p. 500-3, num. 1-11.

22° Kalendas augusti, sanctorum Macchabaeorum (fol. 73v-75r).

Libera interpretatio textus sacri certamina istorum beatorum referentis.

23° Eodem die, passio sancti Felicis martyris Christi [Gerundae] (fol. 75r-78r).

Convenit cum cod. Brux. 98-100 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 34, 61°).

24° IIII nonas augusti, passio beati Stephani papae et martyris (fol. 78r-83r).*

25° IIII nonas augusti, translatio corporis beati Stephani protomartyris in montem Sion (fol. 83r-85v).*

26° Passio sancti Xysti papae urbis Romae (fol. 85v-87v).*

Inc. *Tempore quo, Galba mortuo, Decius a Babylonia Romam rediit et sanctos martyres Abdon et Sennen subregulos martyrio coronavit, eodem tempore Decius caesar...*

27° Passio sanctorum Donati et Hilarini martyrum (fol. 87ᵛ-94ʳ).

Ut in cod. 5276 (supra, tom. I, p. 460, 17°).

28° Passio sanctorum septem Dormientium, qui Epheso dormierunt III idus augustas (fol. 94ʳ-101ᵛ).

Ed. *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 252-59.

29° Passio sancti Laurentii martyris, IIII idus augusti (fol. 101ᵛ-104ʳ).*

30° Passio sanctorum Hippolyti et Cassiani, idus augusti (fol. 104ʳ-106ᵛ).*

31° Passio sancti Eusebii martyris (fol. 106ᵛ-107ʳ).

Ed. ap. Mombritium, tom. I, fol. 258ʳ-ᵛ.

32° Passio sancti Agapiti martyris (fol. 116ʳ-118ʳ).*

33° Passio sancti Genesii martyris, VIII kalendas septembris (fol. 118ʳ-119ʳ).

Ed. ap. Mombritium, tom. I, fol. 333ʳ-ᵛ.

34° Passio sancti Bartholomaei apostoli, VIIII kalendas septembris (fol. 119ʳ-122ᵛ).*

Praemissum est brevissimum compendium vitae ex *Breviario Apostolorum* (Lipsius, *Apostelgesch.*, tom. I, p. 147). Leguntur etiam prologus et epilogus ut in cod. 11748 (cf. supra, p. 4, 6°).

35° Vita sancti Augustini episcopi (fol. 122ᵛ-128ᵛ).*

Omm. prologus et hic illic nonnullae sententiae.

36° Passio sancti Johannis Baptistae (fol. 128ʳ-129ʳ).

Brevis enarratio vitae et passionis beati praecursoris, qualiter nobis ex sacris litteris innotescunt, adjectis compendiatim nonnullis de inventione capitis ejus.

37° Passio sanctae Savinae martyris [Romae] (fol. 129ʳ-129ᵛ).*

38° Passio sancti Adriani martyris (fol. 129ʳ-136ᵛ).*

39° Passio sanctorum Proti et Hyacinthi et sanctae Eugeniae, III idus septembris (fol. 136ᵛ-142ᵛ) *

Multae occurrunt lectiones variantes, et in fine nonnulla sunt addita.

40° XVIII kalendas octobris, passio sancti Cornelii (fol. 142ᵛ-143ʳ .*

41° Eodem die, passio sancti Cypriani (fol. 143ʳ-144ʳ).*

Acta proconsularia.

42° Passio sanctae Justinae (fol. 144r-147v).

Pars prior ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Sept., tom. VII, p. 200-2; posterior apud Martene, *Thes. nov. Anecd.*, tom. III, p. 1645-50.

43° In exaltatione sanctae crucis (fol. 147v-149r).*

44° XVI kalendas octobris, [passio sanctorum] Luciae et Geminiani martyrum (fol. 149r-153v).*

45° XII kalendas octobris, passio sancti Januarii episcopi, Festi diaconi et Desiderii lectoris (fol. 153v-156v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Sept., tom. VI, p. 866-70.

46° Relatio de miraculis beatissimi Januarii episcopi (fol. 156v-160v).

Ed. ibid., p. 884-86, num. 1-9 et num. 11, omissa tamen hujus ultima parte (*Audierat quoque...*), quae sic contracta est : *subvenientibus meritis beatissimi Januarii martyris sanum et incolumem recipere meruit filium suum*. Deinde add. historia translationis, ed. ibid., p. 888-90.

47° Passio sancti Matthaei episcopi et evangelistae (fol. 160v-165v).*

48° Passio sancti Mauritii cum sociis suis (fol. 165v-167v).*

49° Vita et passio beatissimi Eustachii et filiorum ejus ; natale ipsorum mense septembris die vicesima, hoc est XII kalendas octobris (fol. 167v-173r).*

Om. prologus.

50° Passio et acta beatissimorum martyrum Cosmae et Damiani (fol. 173r-176r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Sept., tom. VII, p. 444-47.

51° Inventio basilicae sancti Michaelis Archangeli [in monte Gargano], III kalendas octobris (fol. 176r-177v).*

52° Passio sancti Maximi levitae et martyris Christi, XIIII kalendas novembris (fol. 177v-178r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 30 April., tom. III, p. 732-33. In codice paulo prolixius referuntur interrogationes judicis ac responsa martyris.

53° XV kalendas novembris, sancti Lucae evangelistae (fol. 178r-181r).

Homilia Pauli diaconi, ed. P. L., tom. XCV, p. 1530-35,

54° Passio sanctorum martyrum Chrysanti et Dariae (fol. 181r-187r).*

55° Passio sanctorum apostolorum Simonis et Judae (fol. 187r-192r).*

56° Vita sanctae Theclae virginis (fol. 192r-196r).*

57° Passio sanctorum martyrum XII fratrum (fol. 196r-199v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Sept., tom. I, p. 138-41.

58° Passio sanctorum martyrum Rufi et Carponii (fol. 203r-205r).

Ed. ibid., ad d. 27 Aug., tom. VI, p. 18-19.

59° IIII kalendis septembris, vita vel obitus sanctae Sabinae virginis [Trecensis] (fol. 205r-207v).*

60° Passio sancti Felicis episcopi [Nolani] et confessoris (fol. 214r-217r).

Ut in cod. 5306 (supra, tom. II, p. 57, 113°).

61° III kalendas septembris, passio sanctorum Felicis et Adaucti (fol. 217r-218r).*

Stilo subinde paulo ampliori.

62° Vita sancti Aegidii abbatis (fol. 218r-221v).

Maximam affinitatem habet cum Vita edita *Anal. Boll.*, tom. VIII, p. 103-20. Om. prologus.

Inc. *Beatus igitur Egidius Atheniensi civitate exortus, cujus pater Theodorus, mater vero Pelagia vocabatur. Atheniensium vero civitas qualis vel quanta fuerit, qui scire voluerit, veterum legat historiam et inveniet. Nam haec civitas nobilior fuisse scribitur super omnes Graeciae civitates, genitrix regum et philosophorum necnon et artium plurimarum inventrix fuisse comprobatur. Insuper etiam in Christi Jesu Domini nostri fide et doctrina clarissimos et eloquentissimos viros genuit.*

Des. *Haec vasa [illegible] stylo nisi sumus explicare. Quod ipse [illegible] cum Patre...*

63° VIII idus septembris, miraculum sancti Michaelis archangeli in Conas fol. 221v-226v.

[illegible] cf. Max. Bonnet, *Anal. Boll.*, [illegible] tom. IX, p. 202.

64° Pridie kalendas octobris, vita beati Hieronymi presbyteri (fol. 229v-233v).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 202-14, variantibus in cod. lectionibus quae notatae sunt p. 203, ann. *b* et p. 213, ann. *c*; in fine add. ed. ibid. p. 203-4, de Hieronymi correctione divinitus immissa.

65° Vita sancti Remigii archiepiscopi (fol. 233v-239v).

Nonnulla fragmenta desumpta ex Vita auctore Hincmaro.

66° Passio sanctae Fidis virginis (fol, 239v-240v).*

Om. prologus, et Passio mutila desinit in verbis *continuo inde fons*... (num. 7 fin.).

67° Pridie nonas octobris, passio sanctorum martyrum Sergii et Bacchi (fol. 241r-246r).*

68° Passio sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii (fol. 246r-248v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 9 Oct., tom. IV, p. 792-94.

69° Sermo in laude sanctorum martyrum (fol. 248v-251v).

De quo et unde praecipua excerpta ed. ibid., p. 703 sqq., num. 33-40.

70° Passio sanctae Anastasiae [virginis et martyris] (fol. 251v-253v).

Illius scilicet quae colitur die 28 octobris et cujus Passio e graecis codicibus edita est *Act. SS.*, tom. XII Oct., p. 520-28. Huic satis similis est Passio latina quae hic legitur, eadem scilicet referens et eodem ordine, non tamen iisdem verbis.

71° IIII idus octobris, passio sanctorum martyrum Hedesti, et Prisci presbyteri et sanctarum virginum (fol. 253v-255r).

Ed. *Act. SS.*, in Auctario ad d. 12 Oct., p. 10-11. — Ex cod. supple num. 1 : *quia in quendam locum occulte Deo sacrificia offerebat. Et haesitans Hedestus coepit eum frequenter inquirere curiose* ; et num. 2 : *Haec autem Victuria. Dixit ei Hedestus : Voca mihi patrem tuum, ut fruar desideriis cordis mei.*

72° III idus octobris, passio sancti Calixti papae et martyris (fol. 255r-257v).*

73° Vita vel obitus sancti Germani Capuani episcopi (fol. 257v-259v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Oct., tom. XIII, p. 363-66.

74° Passio sanctorum martyrum Samonae, Guriae et Abibi (fol. 259ᵛ-263ʳ).

Hujus Passionis textus latinus conflatus est ex triplici documento graeco, scilicet:

a) Prologus, quem hic subjungimus cum exordio Vitae (Vid. infra Append.), non est prologus Passionis, sed narrationis cujusdam miraculi patrati in Edessenis mulieribus Euphemia et Sophia per SS. Samonem, Guriam et Abibum (1).

b) In Passione ipsa, quae stilo tantum diversa est ab ea quam vulgavit Surius, ad diem 15 Nov., ea omnia desunt quae in fine narrationis pertinent ad supplicium S. Abibi (2).

c) Finis, quem etiam tradimus infra (in Append.), desumptus est ex martyrio S. Abibi conscripto a quodam Theophilo (3).

75° Vita sancti Mauri martyris (fol. 263ʳ-264ʳ).

Ed. ex cod. Brux. 9289, *Cat. Brux.*, tom. II, p. 297-99.

76° Passio sancti Mercurii martyris (fol. 264ʳ-270ᵛ).

Ed. ap. Martene, *Ampliss. Coll.*, tom. VI, p. 743-50; in cod. tamen amplior est. quia in ed. hic illic quaedam resecta sunt quae longiora amanuensi codicis Card. Casanatae visa fuerunt.

77° Passio sanctae Catherinae virginis et martyris Christi (fol. 270ᵛ-276ᵛ).

Ut in cod. Brux. 9810-14 (*Cat. Brux.*, tom. II, p. 373, 27°). In cod. Paris. translator se indicat nomen habere *Petri*.

78° Passio sancti Petri Alexandrini archiepiscopi (fol. 276ᵛ-281ᵛ).

Ed. P. G., tom. XVIII, p. 453-466.

79° Sermo unde supra [de Ario] (fol. 281ᵛ-284ᵛ).

Hujus appendicis ad Vitam S. Petri initium (*Post haec qualiter doli artifex lupus...*) editum est ibid., p. 466, sed brevi abrumpitur his verbis *cetera desi-*

(1) Illius scilicet quae incipit Νῦν καιρὸς εὔκαιρος μετὰ τοῦ πνευματοφόρου Δαυίδ; cfr. Fabricii *Bibl. graeca*, ed. Harles, tom. X, p. 234.

(2) Cfr. P. G., tom. CXVI, p. 141-146, n. 13-16.

(3) Cfr. Lambecius, *Commentar. de Bibl. Caes. Vindob.*, lib. VIII, p. 588, qui textum graecum praebet, quem hic referre juvat. ἐγὼ δὲ Θεόφιλος, ἀρνησάμενος τὴν κακὴν κληρονομίαν τοῦ ἑλληνισμοῦ τῶν ἐμῶν πατέρων καὶ γονέων, ἔγραψα μετὰ σπουδῆς καὶ πίστεως κατὰ ἀκρίβειαν πάντα τὰ πραχθέντα ἐπὶ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀβίβου.

derantur. Nunc autem haec ed. leguntur *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 187-91.

80° Passio sancti Saturnini episcopi et martyris (fol. 284v-285v).

Ed. ap. Surium ad d. 29 Nov. (p. 650). Omm. omnia quae sancti episcopi mortem subsecuta sunt, scilicet num. 4 med. — 6.

81° Vita sancti Juliani Cenomanensis episcopi (fol. 286r-289r).*

Omm. media pars num. 14 (inde a verbis *At vero vir Deo plenus..*) et numm. 15-24.

82° Passio beati Caesarii martyris (fol. 290r-292r).

Ed. ope hujus cod. *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 106-17.

83° Vita sancti Leonardi confessoris (fol. 296v-300r).*

Vitam subsequuntur (fol. 300r-303r) miracula ed. *a*) ap. Arbellot, p. 289-90 (§ 1); *b*) ap. Surium, ad d. 6 Nov., cap. 9 (*Quidam autem vicecomes Lemovicensis..*); *c*) supra, tom. II, p 290-92 (num. VII); *d*) supra, ibid., p. 288-90 (num. VI).

84° Passio sanctorum quatuor Coronatorum, [Sym]-foriani, Claudii et Nicostrati (fol. 303r-307v).*

85° Passio sancti Theodori (fol. 30v-309r).*

86° Passio sancti Mennae martyris (fol. 309v-312r).*

87° Vita sancti Martini confessoris (fol. 312r-316v); De transitu beati Martini episcopi (fol. 316v-317v); Item de obitu sancti Martini (fol. 317v-318r); Miracula sancti Martini (fol. 318r-318v); De mirabilibus sancti Martini (fol. 318v-319v).

Scilicet *a*) Vitae auctore Sulpicio Severo num. 2-14 (... *operatus, ubi jussus est*); *b*) pars posterior epistolae ad Bassulam (*Martinus igitur obitum suum..*); *c*) Gregorii Turonensis *Hist. Franc.*, lib. I, cap. 43; *d*) ejusdem *De miraculis sancti Martini*, lib. I, cap. 4- 6.

88° Vita sancti Briccii episcopi et confessoris (fol. 319v-320r).*

89° Passio sanctae Caeciliae (fol. 320r-329r).*

90° Passio sancti Longini (fol. 329r-330v).*

91° Passio sancti Clementis martyris atque pontificis (fol. 330v-333v).*

92° Expositio sancti Gregorii episcopi Turonensis de

miraculis sancti Clementis martyris atque pontificis urbis Romae (fol. 333v-335r).*

Scilicet duplex miraculum quod subjunctum est Passioni S. Clementis.

93° Passio beatorum Chrysogoni et Anastasiae et aliorum (fol. 335r-336v).*

Mutila desinit in verbis *scripsit ad sanctum Grisogonum in his verbis epistolam : Confessori Christi Grisogono Anastasia.*

94° Actus et vita beatae Helenae, Constantini imperatoris matris, xv° kalendas septembris (fol. 336v-341v).

Inordinata rerum aliquot congeries quae aliquomodo ad beatae imperatricis historiam spectant. Sumptum est narrandi exordium ab illa contentione quam cum Judaeis habuit S. Silvester (Vitae S. Silvestri lib. I fin. et lib. II init.). Sequitur inde brevis relatio inventionis sanctae crucis; quae inventio, facta tamen prius mentione mortis S. Helenae, quam Romae obivit xv° kalendas septembris, mox fusius exponitur.

Appendix ad cod. 11753.

Prologus et exordium passionis SS. Samonae, Guriae et Abibi (Cfr. supra, p. 56, 74°).

Incipit prologus in passione sanctorum martyrum Samonae, Guriae et Abibi.

Carissimi, nunc tempus opportunitatis est cum spirituali vate David dicere : *Juxta est Dominus his qui tribulato sunt corde et humiles spiritu salvabit*; et iterum : *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum in veritate; voluntatem timentium se faciet et orationes eorum exaudiet et salvos faciet eos.* Maxime venerandum miraculum perfectum est in Edessa civitate ante breve tempus, quod exponimus vobis, fratres fideles, ad nutrimentum sanctae Ecclesiae. Presbyter quidam fuit, mirabilis in actibus suis et suavis in moribus et omni bonitatis decore ornatus, de clero praedictae civitatis, insistens oratorio sanctorum martyrum Christi Samonae, Guriae atque Abibi, sito ante muros ejusdem civitatis, qui a Deo amantissimo et sanctissimo episcopo Eulogio praepositus erat eidem celeberrimo et sanctissimo templo. Quam expositam didicit ex ore fidelis mulieris narratione, reliquit posteris cognoscendam hominibus. Timuit enim et periculosum sibi fieri putavit, hanc mirabilem historiam si taceret et non expositione venientibus generationibus insinuaret. Filia enim ipsius mulieris per protectionem virtutum gloriosissimarum reliquiarum praefatorum martyrum Dei,

Samonae videlicet, Guriae et Abibi, existens absque omni spe, salva facta est, et reversa ad propria, ea quae erant secum gesta praedicto pretiosissimo viro narravit. **Explicit prologus.**

[Inc. Vita.] In diebus pretiosissimi Conae episcopi Edessae civitatis, fecit Diocle-
5 tianus imperator persecutionem adversus sanctorum Dei ecclesias quae erant in omnibus gentibus sub ejusdem potestate, ita ut sacerdotes sancti cogerentur ad munimina fugiendi, et canonicae, quae sunt ancillae Dei, turpitudinem patiebantur....

EJUSDEM VITAE CLAUSULA (Cfr. ibid.).

10 Et ego Theophilus scriptor, cum essem de ordine Romae senatus officiorum officialis, pro fide Dei devoto animo haec sanctorum martyrum gesta conscripsi in foro Romano coram multis testibus omni dispositione. Et videns sufferentiam sanctorum martyrum qui pro Christo passi sunt, et ego abrenuntiavi parentum meorum errori, et processi ad Salvatorem, et sumpsi signum suum et lavacrum
15 incorruptionis, gratias agens ei, qui me salvum fecit, Dominus Jesus Christus. Conscripsique omnia cum veritate in gloria ejusdem Domini nostri Jesu Christi, cui est una cum Patre et Spiritu Sancto honor, potestas, fortitudo, in saecula saeculorum. Amen.

DXLII. Codex signatus num. 11755.

Olim San-Germ., prius 811, recentius 501.

Foliorum 46, med. (0m,36×0,25), columnis binis, exaratus saec. XIII.

Vitae sanctorum hoc volumine contentae in lectiones divisae sunt, quibus aliquando responsoria et antiphonae notis musicis signata vel orationes intermixta sunt.

1° Vita beati Blitharii Brecensis (fol. 1r-4v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Jun., tom. II, p. 473-74.

2° De sancto Aigulpho martyre (fol. 5r-8r).

Scilicet inventio reliquiarum S. Aigulphi, ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Sept., tom. I, p. 755-56. Sed in codice legitur (fol. 6v-8r) sermo Seguini in ed. suppressus.

3° De sancto Barnaba apostolo (fol. 8r-10r).

Ed. ap. Mombritium, tom. I, fol. 71r extr. *(Joannes, qui et Marcus...)* -72v.

4° Vita sancti Memorii (fol. 10r-12v).

Excerpta ex Vita S. Lupi episcopi Trecassensis, ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Jul., tom. VII, p. 72-82, scilicet hujus Vitae numm. 31 et 37-44.

5° In natale sanctae Tanchae martyris (fol. 12v-15r).

Passio ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Oct., tom. V, p. 122-23; sed folio codicis exciso, desunt quaedam a num. 1 extr. ad num. 4 extr. Sed et in cod. post verba *et insuper tam magna mirabilia* sequitur brevis sermo paraeneticus scriptoris in ed. suppressus, ac denique in fine Passionis legitur haec clausula: *Decollata est igitur beata Tancha sexto idus octobris et reposita secus spinam in valle Lustri; ubi non multo post visa fuerunt a multis per noctem luminaria, et exinde coepit circuire locum populi frequentia, ad laudem...*

6° In natale gloriosi confessoris Christi Flaviti (fol. 15r-16bis).

Vita inedita, ni fallimur, sed cujus pars prior tantum in codice legitur, fol. 16bis maxima ex parte divulso et quae sequebantur prorsus deficientibus. Narratur autem S. Flavitus fuisse servus nobilis viri, nomine Montanii, hujusque uxorem, Flaviti forma captam, cum sanctum ad suam libidinem explendam allicere non potuisset, eum calumniis persecutam esse; unde Flavitus a militari officio, quo antea fungebatur, custodiae armentorum deputatus fuit. Ubi omni genere virtutum se exercens, miraculis etiam claruit, etc.

7° [Passio sanctorum Felicis et Adaucti] (fol. 17r).

Scilicet pars Passionis S. Felicis episcopi Tubzacensis (*Act. SS.*, tom. X Oct., p. 626, col. 2, lin. 5-27), cui non absolutae insulse adjecta sunt quae de S. Adaucto leguntur in Passione SS. Felicis et Adaucti.

8° [Vita sancti Aegidii] (fol. 17r-18v).*

Scilicet hujus Vitae numm. 1-6, sine prologo.

9° [Vita sancti Aigulphi abbatis] (fol. 18v-19v).

Vitae scilicet, auctore Adrevaldo, ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Sept., tom. I, p. 747 sqq., numm. 3-6.

10° [Vita sancti Leonardi abbatis] (fol. 20v-25r).*

11° [Ejusdem miracula post mortem] (fol. 25r-27r).

Ed., sed stilo immutato, ap. Surium, ad d. 6 Nov. (p. 167), capp. 8-10.

12° [Vita sancti Leodegarii episcopi] (fol. 28v-46v).

Auctore anonymo, ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Oct., tom. I, p. 464-81. Deest prologus.

13° [Passio sanctae Fidis virginis Agennensis] (fol. 46v).

Compendium Passionis editae et jam saepius in hoc Catalogo citatae.

DXLIII. Codex signatus num. 11756.

Olim San-Germ., prius 465, recentius 75.

Foliorum 252, maj. (0m,42×0,195), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1° Passio sancti Andreae apostoli, quae recolitur secundo kalendas decembris (fol. 1r-2v).*

2° Vita sancti ac beatissimi Eligii episcopi et confessoris, edita ab Audoeno Rotomagensis urbis episcopo (fol. 2v-4v).

Scilicet hujus Vitae (ed. P. L., tom. LXXXVII, p. 481 sqq.) lib. I capp. 1-3, et lib. II capp. 33-37 med.

3° Passio sanctorum martyrum Chrysanti et Dariae (fol. 4v-8r).*

Om. prologus.

4° Passio sancti Albani protomartyris Anglorum (fol. 8r-9r).*

Inc. *Interea Diocletianus in Oriente, Maximus Herculius in Occidente, vastari ecclesias, affligi interficique christianos....*

5° Vita sanctissimi pontificis Nicolai, cujus festa celebratur... (fol. 9r-14r).*

Ut supra in cod. 11750, 17° (p. 47).

6° Passio sanctae Eulaliae virginis (fol. 14r-15r).

Ed. ex cod. Brux. 581, *Cat. Brux.*, tom. I, p. 261-63.

7° Passio sanctorum martyrum Gentiani, Fusciani et Victorici (fol. 15r-17r).

Ed. ap. Salmon, *Actes inédits des saints Fuscien*, etc., p. 15-35.

8° Passio sanctae Luciae virginis (fol. 17r-18r).*

9° Vita sancti Maximini abbatis [Miciacensis] (fol. 18r-19r).

Scilicet Vitae ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 581 sqq., numm. 24-28 med. (usque ad verba *gratias crebro ingeminantem).*

10° Passio sancti Thomae apostoli, quae recolitur duodecimo kalendas januarii (fol. 19r-22v).

Ed. ap. Max. Bonnet, *Acta Thomae*, p. 133-59; sed pro ultima paragrapho (*corpus autem apostoli...*, p. 159, lin. 8), substitutus est finis tractatus *De miraculis B. Thomae* a verbis *cogitabat igitur rex...* (ibid., p. 127, lin. 21), ubi tamen suppressa est apostoli oratio (p. 128, lin. 22- p. 130, lin. 8).

11° Passio sancti Gregorii [presbyteri Spoletani] (fol. 22v-23v).

Ed. ap. Surium, ad d. 24 Decembris (p. 307).

12° Passio sanctae Anastasiae virginis (fol. 23v-25r).*

13° Passio sanctae Eugeniae virginis et martyris (fol. 25r-31v).*

n fine quaedam add. de morte matris et fratrum beatae Eugeniae.

14° Vita beati Johannis apostoli et evangelistae (fol. 31v-34v).*

15° Vita sancti Silvestri papae et confessoris (fol. 34v-45v).*

Ut in cod. 11752, 2° (supra, p. 48).

16° Passio sancti Thomae Cantuariensis archiepiscopi (fol. 45v-46v).

Ed. P. L., tom. CXC, p. 323-28.

17° Miracula ejusdem beati Thomae (fol. 46v-49v).

Auctore Benedicto abb. Petriburgensi, ed. J. Craigie Robertson, *Materials for the history of Thomas Becket*, tom. II, p. 21-36, scilicet usque ad finem cap. VI.

18° Passio beati Savini episcopi et martyris (fol. 49r-50v).

Ed. ap. Baluzium, *Miscellan.* (ed. Mansi), tom. I, p. 12-14.

19° Passio sanctae Columbae, quae colitur II kalendas januarii (fol. 50v-51v).*

Ut in cod. 11749, 52° (supra, p. 15).

20° Passio sanctae Martinae, quae colitur kalendas januarii (fol. 51v-56r).*

21° Passio sancti Concordii martyris, quae colitur kalendas januarii (fol. 56r-56v).*

22° Vita sanctae Euphrosynae virginis, quae colitur kalendas januarii (fol. 56v-58v).*

23° Passio sancti Petri martyris, qui dicitur Balsamus (fol. 58v-59r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Jan., tom. I, p. 129.

24° Vita beatissimae Genovefae virginis (fol. 59r-63v).

Ed. apud Kohler, p. 49-72.

25° Vita sancti Simeonis [Stilitae] monachi (fol. 63ᵛ-65ʳ).*

Ut in cod. 11749, 25° (supra, p. 12).

26° Passio sanctae Macrae virginis (fol. 65ʳ-66ʳ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Jan., tom. I, p. 325-26.

27° Passio sancti Luciani [episcopi Bellovacensis] sociorumque ejus (fol. 66ʳ-70ᵛ).*

28° Passio sancti Juliani et Basilissae (fol. 70ᵛ-78ᵛ).*

Om. pars major prologi. Inc. *Beati igitur Juliani...*

29° Passio sancti Pauli primi eremitae (fol. 78ᵛ-80ʳ).*

30° Vita beati Hilarii episcopi (fol. 80ʳ-84ʳ).*

Auctore Fortunato. Sequitur (post quaedam ascetica et epistolam Hilarii ad Abram) *Titulus* sepulcri sancti Hilarii episcopi. Per haec visibilia dona absconsa clarescunt, Si opere terrenum Hilarii hic tumulum nitet, Quantum ille credi fulget in claritate Dei.*

* *cod.* Titulum.

31° Vita sancti Viventii presbyteri et confessoris, quae est idus januarii (fol. 84ʳ-90ᵛ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Jan., tom. I, p. 804-13.

32° Vita sancti Felicis presbyteri [Romani] (fol. 90ᵛ-91ʳ).*

33° Vita beati Boniti confessoris (fol. 91ʳ-95ʳ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 15 Jan., tom. I, p. 1070-76.

34° Vita sancti Mauri abbatis (fol. 95ᵛ-102ᵛ).*

Praemissa est epistola Odonis de inventione Vitae.

35° Passio sanctorum Saturnini, Sisinnii, Cyriaci, Largi et Smaragdi, quae recolitur septimo die mensis augusti (fol. 102ᵛ-104ᵛ).

Ex Passione S. Marcelli papae, ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 5-9.

36° Vita sancti Fursei (fol. 104ᵛ-108ʳ).*

37° Item de vita sancti Fursei (fol. 108ʳ-110ʳ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 41-44.

38° Passio sanctorum Speusippi, Elasippi, Melasippi (fol. 110ʳ-111ʳ).

Ed. ibid., ad d. 17 Jan., p. 74-76. Add. ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 378-80.

39° Vita sancti Sulpicii episcopi [Bituricensis] et confessoris (fol. 111ʳ-116ʳ).*

Om. prologus.

40° Vita sancti Antonii (fol. 116r-127r).*

41° Passio sancti Sebastiani martyris (fol. 127r-135v).*

42° Passio sanctorum Marii, Marthae, Audifax et Abacuch (fol. 135v-137r).*

Omm. numm. 12-14.

43° Passio sanctae Agnetis virginis et martyris (fol. 137r-139r).*

44° Passio sancti Fructuosi episcopi sociorumque ejus (fol. 139r-140r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Jan., tom. II, p. 840-41. Inc. *Cum a Valeriano et Gallieno imperatoribus data esset jussio per universum orbem....* In fine notari possunt variantes lectiones signatae ibid., p. 341, *z*, *bb*.

45° Passio sancti Timothei episcopi et martyris (fol. 140r-140v).*

Om. num. 1.

46° Passio sancti Vincentii levitae et martyris (fol. 140v-143r).*

Sequuntur (fol. 143r-145r) homiliae de beatissimo martyre; deinde notula ed. supra, tom. II, p. 615, 2° (sed deest ultima sententia, et post *Cabilonensium* add. *Matisconensium*), et tandem, breviter contracta, tum ea quae refert Gregorius Turonensis de obsidio civitatis Caesaraugustanae (*Hist. Fr.*, III. 29), tum memoria inventionis corporis sancti Vincentii.

47° Passio sancti Babylae episcopi cum tribus infantibus (fol. 145r-146v).*

48° Passio sancti Polycarpi episcopi et martyris (fol. 146v-148r).*

Auctore Rufino.

49° Vita beati Johannis Chrysostomi (fol. 148r-158v).

Ed. supra ex cod. 11749 (p. 17-45).

50° Vita sancti Juliani episcopi et confessoris (fol. 158r-161v).*

51° Vita beatae ac gloriosissimae Baltechildis reginae (fol. 161v-164v).*

52° Passio beati Ignatii Antiocheni episcopi, qui colitur kalendas februarii (fol. 164v-167v).*

53° Passio sancti Blasii episcopi (fol. 167v-169r).

Et in cod. 5320 (supra, tom. II, p. 245, 10°).

54° Passio sanctae Agathae virginis et martyris, quae colitur nonas februarii (fol. 169r-170v).

55° Vita sancti Pauli episcopi [Virdunensis] et confessoris, fratris sancti Germani Parisiensis episcopi, quae est VI° idus februarii (fol. 170v-173r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Febr., tom. II, p. 175-78.

56° Vita sancti ac beatissimi Severini abbatis (fol. 173r-174v).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 568-70.

57° Vita sancti Albini episcopi et confessoris (fol. 173v-175r).*

Om. prologus.

58° Vita sancti Gregorii papae (fol. 175r-179r).*

Auctore anonymo.

59° Passio sancti Longini martyris, qui latus Domini in cruce lancea perforavit (fol. 179r-180v).*

60° Vita sancti Vulfranni Senonensis archiepiscopi (fol. 180v-183r).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. III, p. I, p. 357-65.

61° Translatio sanctae Mariae Magdalenae (fol. 183r-184v).

Convenit cum cod. Namurc. 53 (*Anal. Boll.*, tom. I, p. 516, 69°).

62° Certamen venerabilis Mariae Egyptiacae, qualiter in eremo expleverit tempora, de graeco transtulit in latinum Paulus venerabilis diaconus sanctae Neapolis ecclesiae (fol. 184v-189v).*

63° Vita vel actus sancti ac beatissimi Ambrosii antistitis ecclesiae Mediolanensis, scripta a sancto Paulino episcopo (fol. 189v-194v).*

64° Passio sancti Nicephori martyris, quae colitur XV kalendas maii (fol. 194v-195v).

Stilo diversa a Passione ed. *Act. SS.*, ad d. 9 Febr., tom. II, p. 283-85; sed et sententiae ex evangelio desumpta non eodem loco in cod. ac in ed. prolatae sunt.

65° Inventio sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii (fol. 195v-197r).

Ex Gestis Dagoberti (*Rec. des Hist. de France*, tom. II, p. 580 sqq.), numm.

1-4, numm. 6-11, pars num. 11, prior pars num. 42, et num. 44. Praefixus est pr logus ad Miracula ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. III, part. II, p. 34

66° Passio sancti Georgii (fol. 197r-199v).

Ut in cod. 5322 (supra, tom. II, p. 206, 7°).

67° Vita sancti Reguli episcopi [Silvanectensis] e confessoris, quae colitur IX° kalendas maii (fol 199v-205r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Mart., tom. III, p. 820-27.

68° Passio sancti Marci evangelistae (fol. 205r-205v).

Non pauca in cod. praetermissa sunt.

Inc. *Cum venerabilis Marcus evangelista ingressus esset terran Aegypti, ibi infirmos sanabat...*

69° Passio sancti Vitalis [patris SS. Gervasii et Protasii] (fol. 205v-206r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Jun., tom. III, p. 821-22, num. 19-21 med. (... *migrare ad Christum*).

70° Assumptio sancti Philippi apostoli, quae colitur die primo mensis maii (fol. 206r-206v).*

Initium et clausula ut in cod. Brux. 380 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 202, 3°).

71° Passio sancti Jacobi [Minoris] apostoli (fol. 206v-207r).*

Variantibus lectionibus ut in eodem cod. (ibid., p. 203, 4°).

72° Quomodo crucem Domini Eraclius Hierosolymam reportavit (fol. 207r-208r).*

73° Passio sancti Victoris martyris, quod est octav idus maii (fol. 208r-209r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Maii, tom. II, p. 288-90

74° Vita sancti Gregorii Nazianzeni (fol. 209r-217r).

Versio Anastasii de qua supra tom. II, p. 216.

75° Translatio sancti Nicholai episcopi (fol. 217r-222r).

Add. ed. ex cod. Brux. 1960-62, *Cat. Brux.*, tom. I, p. 324-26 (*Ibat quotid volitans fama...*)

76° Passio sancti Gordiani martyris (fol. 222r-223r).

77° Vita sancti Maioli abbatis, quae colitur V° idu maii (fol. 223r-226v).

Auctore Odilone, ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Maii, tom. II, p. 684-90.

78° Passio [sanctorum] martyrum Nerei et Achillei fratrum (fol. 226v-229r).*

79° Passio beati Pancratii martyris (fol. 229r-229v).*

80° Passio sancti Mucii presbyteri, qui passus est in Amphipoli* civitate sub La[o]dicio et Maximo (fol. 229v-231r). * *cod.* Anfibuli.

Ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Maii, tom. II, p. 622-24.

81° Passio sanctorum Petri et Andreae, Pauli et Dionysiae (fol. 231r-231v).

Paulo fusior Passione ed. ibid., ad d. 15 Maii, tom. III, p. 452-53.

82° Passio sanctae Basil[i]ae virginis et martyris (fol. 231v-233v).

Historia valde fabulosa et insulsa, inedita, ni fallimur, neque hic edenda.

Inc. *Fuit quidam rex in Bachaia civitate, Catulius nomine, cujus uxor Calsia vocabatur. Hic ex ea habuit filiam, nomine Basiliam. Quae parentum ritum spernens, maluit se christianitati mancipare...*

In fine autem Passionis dicitur decollata fuisse XIII kalendas junii; sed nullum usquam apparet indicium unde colligi possit quo tempore vel quo loco vixerit et passa sit.

83° Passio sancti Pontii martyris, quae colitur secundo idus maii (fol. 233v-236r).*

84° Passio sancti Bonifacii martyris (fol. 236r-237r).*

85° Passio sanctorum XL martyrum, VI° idus martii, qui in Sebastia civitate martyrio consummati sunt (fol. 237v-239r).*

86° Passio sanctae Margaritae virginis (fol. 239r-241v).*

87° Vita sancti Johannis [abbatis Reomaensis], quae colitur V idus februarii (fol. 241v-244v).

Ut supra in cod. 5362 (tom. II, p. 364-66). Praetermissi sunt illius Vitae numm. 11, 12. In fine vero add. (fol. 243r-244v) de sancti translationibus I et II ac miraculis ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Jan., tom. II, p. 863-865, ac denique subjunctus brevis sermo paraeneticus.

88° Vita [ejusdem] sancti Johannis presbyteri (fol. 244v-249r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Jan., tom. II, p. 856-62. Om. praenotatio Jonae; sed post prologum add. index capitulorum, et sub hoc titulo (in indice) *Cap. I Apollo Geticum epigrammatis*, hi versus :

Incipit ecce patris gestorum vita Johannis,
Virilis ut saevi calcans contagia mundi
In tenebris radiante die verboque manuque
Subditus aeterno miles certamine regi
Spe comite atque fide meritum de nomine traxit.

In fine subjungitur epitome Vitae S. Silvestri ed. *Act. SS.*, ad d. 25 April., tom. III, p. 386, num. 2.

89° Vita beati Marcelli episcopi [Parisiensis] (fol. 249r-252r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 263-66. Praefatio in cod. inc. *Facundissima illustrium...*; deinde sub hac rubrica *item praefatio* descriptus est prolixior sermo dicendus in sancti episcopi festivitate, qui inc. *Divini muneris, fratres carissimi, quoniam scimus esse id quod sumus, dignum est...* Tandem Vitae praefixus est brevis capitulorum index.

CLXXVI. Codex signatus num. 11757.

Olim « Liber Sanctae Mariae de Regali monte » (fol. 167r), deinde, « Ex dono clarissimi viri Antonii Wionis Herovallis, publicarum rationum auditoris » (fol. 1r), San-Germ., prius 808, recentius 73.

Foliorum 167, maj. (0m,465 × 0,34), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Vita sancti Hugonis Gratianopolitani episcopi, cujus transitus celebratur kalendis aprilis (fol. 1r-7r).

Auctore Guigone, ed. *Act. SS.*, ad d. 1 April., tom. I, p. 35-48. Praefixa est epistola Innocentii papae ad Guigonem, ed. ibid., p. 35.

2° Passio sanctae Theodosiae virginis, quarto nonas aprilis completa (fol. 7r-10r).*

Non paucae occurrunt lectiones variantes.

3° Vita sanctae Mariae Aegyptiacae, transeuntis IIII nonas aprilis (fol. 10r-15r).*

4° Vita sancti Ambrosii, cujus festum colitur secundo nonas aprilis (fol. 15r-19v).*

5° Epistola sancti Cypriani ad martyres de laude Mappalici martyris, cujus festum [colitur] XV kalendas maii (fol. 19v-20r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 17 April., tom. II, p. 480-81.

6° Passio sancti Felicis, Fortunati et Achillei diaconorum, eodem die (fol. 20r-21v).

Ed. ibid., ad d. 23 April., tom. III, p. 98-100. Om. initium num. 11 usque ad verba *Tu vero si volueris in eum credere.*

7° Vita sancti Roberti [abbatis Casae Dei], cujus festum colitur III kalendas maii (fol. 21v-25r).

Auctore Marbodo, ed. ibid., ad d. 24 April., p. 317-22.

8° Passio sancti Marci evangelistae, cujus natale est VII kalendas maii (fol. 25r-27r).*

Numm. 1 et 2 ut in cod. Brux. 5519 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 522, 21°). Insuper hic in cod. prolixe enarrata est angelica illa visitatio quae in ed. refertur num. 8.

9° Vita sancti Richarii confessoris, cujus festum colitur VI kalendas maii (fol. 27r-29r).

Auctore Alcuino, ed. *Act. SS.*, ad d. 26 April., tom. III, p. 442-46. Omm. prologus et ultima phrasis num. 15 (*Quodam tempore...*). Pro numm. 16, 17, ita cod. :

Aliam ejus virtutem cognovimus, quam et in laudem Domini dicere cupimus. Clades maligna quae circuit terram, quae multos perimit et paucos, quos tangit, relinquit, et ipsam plagam vocant panucolam seu venenosa lacerta, cum civitates, portus, regiones, regna undique et terras reliquit, in Centulo vico, ubi sanctus Richarius requiescit, unum e fratribus percussit. Et taliter in his diebus erat, ut de eo loco ubi apparebat omnes ad alia loca fugerent aut omnino mortem non evaderent. Frater ergo ille, quem supra diximus, et multi alii eadem plaga tacti, una cum fratribus ceteris sepulcrum sanctum expetierunt et de clavi sancti Richarii cocti, per Domini potentiam et merita sancti ejus omnes sanati sunt.

Cumque de hac vita ipse servus Dei migrasset et in feretro compositus jam in ipso tugurio jaceret, cum ibidem evangelium legeretur, suus manipula, qui remanserat, sopore depressus, visionem talem videbat. Narrabat enim in hunc modum, quasi vidisset dominum Richarium virum in aula sp[l]endida et quasi aurea et gemmis exornata, lucentiore sole, habitantem et loquentem ei : « Frater Sigobarde, malam mansionem habuimus de fumo, modo non nocet fumus. » Ecce qui habuit pro Deo obscuritatem, praeparavit illi Deus claritatem, et pro fumosa mansione clarissimam retributionem, ubi justi fulgebunt sicut sol in regno patris eorum : cui est potestas et gloria in saecula saeculorum. Amen.

10° Passio sancti Vitalis martyris, cujus natale est IIII kalendas maii (fol. 29r-29v).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 348r-v.

11° Gregorius Turonensis de sancto Eutropio martyre, cujus natalis est II kalendas maii (fol. 29v).

Scilicet lib. *In gloria martyrum* cap. 55.

12° Passio sancti Jacobi [Majoris] apostoli, cujus natalis est kalendis maii (fol. 29v-30v).

Desumpta ex lib. VI *Historiae apostolicae*, omissis nonnullis initio.

13° Vita sancti Philippi apostoli, transeuntis kalendis maii (fol. 30v-31r).*

14° Eodem die, passio sancti Andeoli subdiaconi et martyris (fol. 31r-33r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Maii, tom. I, p. 35-39. Om. prologus.

15° Eodem die, passio sancti Sigismundi regis (fol. 33r-35r).

Ed. ibid., p. 86-87.

16° Vita sancti Amatoris, transeuntis kalendas maii (fol. 34r-39r).

Auctore Stephano, ed. ibid., p. 52-60.

17° Vita sancti Athanasii episcopi, cujus festum celebratur VI nonas maii (fol. 39v-43v).

Desumpta maxima parte ex Eusebii *Hist. eccl.*, interprete Rufino, lib. X, capp. 13 et sqq. et lib. XI, cap. 1-3, nonnullis subinde omissis, serie capitulorum aliquando immutata et insertis aliquot epistolis imperatoris et aliquot fragmentis quae mutuatus est auctor Vitae ab ipsius Athanasii libro *De fuga sua*.

18° Quinto nonas maii, inventio sanctae crucis (fol. 43v-45r).*

Omm. passim nonnulla. Sequitur (fol. 45r-46r) Gregorii Turonensis *De miraculis ejusdem*, scilicet lib. *In gloria martyrum*, cap. 5-8.

19° Eodem die, passio sancti Alexandri, Eventii et Theoduli (fol. 46r-49v).*

Pro numm. 19, 20 descripta sunt ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 320-23, num. 3-7.

20° Passio sancti Quiriaci episcopi, cujus natale est IIII nonas maii (fol. 49v-51r).*

Praefixus est prologus ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Maii, tom. I, p. 445.

21° Passio sancti Gordiani, cujus festum est VI idus maii (fol. 51r-51v).*

22° Passio sancti Pancratii, cujus natale est IIII idus maii (fol. 51v-52r).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. X (1891), fasc. I. Add. Gregorii Turonensis *In gloria martyrum*, cap. 38.

23° Passio sancti Gengulphi, cujus natale est V idus maii (fol. 52r-54v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Maii, tom. II, p. 644-48.

24° Passio sanctorum Nerei, Achillei et Domitillae virginis, quorum festum celebratur IIII idus maii (fol. 54v-57v).*

25° Passio sancti Pontii, cujus natale est pridie idus maii (fol. 57v-60v).*

Om. prologus.

26° Passio sancti Victoris et Coronae virginis, II idus maii celebranda (fol. 60v-61r).

Multo brevior Passione ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Maii, tom. III, p. 266-68, eadem tamen referens.

27° Vita sancti Pachomii, transeuntis II idus maii (fol. 61r-73v).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 227-72.

28° Passio sancti Petri et Andreae, Pauli et Dionysiae, quorum festum est idus maii (fol. 73v-74r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 15 Maii, tom. III, p. 452-53.

29° Vita sancti Fidoli abbatis, transeuntis XVII kal. maii (fol. 74r-75v).

Ed. ibid., ad d. 16 Maii, p. 589-90.

30° Passio sancti Torpetis, XVI kalendas maii completa (fol. 75v-77r).

Ed. ibid., ad d. 17 Maii, tom. IV, p. 7-10.

31° Passio sancti Baudelii, cujus festum XIII kalendas junii celebratur (fol. 77r-78r).

Ed. ibid., ad d. 20 Maii, tom. V, p. 195*-96*.

32° Vita sancti Austregisili episcopi, transeuntis XIII kalendas junii (fol. 78r-80r).

Ed. ibid., p. 229*-32*.

33° Miracula post obitum ejus facta (fol. 80r-82r).

Ed. ibid., p. 232*-35*. Omm. numm. 4, 9, 11, 13. Praeterea multae occurrunt lectiones variantes; finis vero ut indicatur tom. cit., p. 236*, annot. r.

34° Passio sancti Desiderii Lingonensis episcopi, decollati x kalendas junii (fol. 82r-82v).

Auctore Warnahario, ed. ibid., ad d. 23 Maii, p. 244-46.

35° Passio sanctorum Donatiani et Rogatiani, IX kalendas junii celebranda (fol. 82v-83v).*

36° Passio sancti Urbani papae, octavo kalendas junii (fol. 83v-89r).

Auctore, ut videtur, Stephano abbate Sancti Urbani; de qua cfr. *Act. SS.*, tom. VI Maii, p. 6, num. 4. Praefixae sunt epistola scriptoris ad Rogerium episcopum Catalaunensem et praefatio, de quibus ibid. et tom. I Oct., p. 331, num. 7. Has hic exhibere visum est. Vid. infra Append.

37° Vita sancti Germani [episcopi Parisiensis], transeuntis V kalendas junii (fol. 89r-94r).*

38° Eodem die, passio sancti Carauni (fol. 94r-95v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Maii, tom. VI, p. 749-52. Om. prologus.

39° Vita sancti Maximini episcopi [Trevirensis], XIIII kalendas junii transeuntis (fol. 95v-98r).

Auctore Lupo, ed. ap. Surium ad d. 29 Maii (p. 323). Om. prologus.

40° Passio sanctorum Marcellini et Petri, IIII nonas junii completa (fol. 98r-99r).*

41° Passio sancti Photini et Blandinae cum sociis suis (fol. 99r-101v).

Epistola ecclesiae Lugdunensis, ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Jun., tom. I, p. 162-67.

42° Passio sancti Erasmi, tertio nonas maii completa (fol. 101v-102r).

Sat bene convenit cum Passione ed. ibid., p. 213-16.

43° Passio sancti Bonifacii, nonis junii recolenda (fol. 102r-104v).*

44° Vita sancti Medardi episcopi, VI idus junii memoranda (fol. 104v-108r).

Ed. ap. Joannem a Bosco, *Bibl. Floriac.*, part. II, p. 113-35.

45° Quinto idus junii, passio sanctorum Primi et Feliciani (fol. 108r-109v).*

Duplici lectione variante ut in cod. Brux. 64 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 10, 37°).

46° Sermo in natale sancti Barnabae, III idus junii (fol. 109ᵛ-111ʳ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Jun., tom. II, p. 423-25. In fine add. clausula ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 301-2 (*Ergo non omnis...*).

47° Passio ejusdem, edita a beato Johanne, qui et Marcus (fol. 111ʳ-112ʳ).

Ed. *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 354-57.

48° Passio sancti Viti, cujus festum est XVII kalendas julii (fol. 112ʳ-113ʳ).

Ut in cod. 5593 (supra, tom. II, p. 495, 12°). — Sequitur hymnus *Alma beati martyris Viti canamus trophaea...*

49° Epistola sancti Ambrosii Mediolanensis episcopi de passione et inventione sanctorum martyrum Gervasii et Protasii, quorum natale recolitur XIII kalendas julii (fol. 113ᵛ-115ᵛ).

Scilicet *a)* Ambrosii epistolae *fratribus per omnem Italiam* num. 17-21; *b)* major pars Passionis sanctorum Nazarii et Celsi ed. *Anal. Boll.*, tom. II, scilicet a verbis *Audiens quidam* (p. 303, lin. 1)... usque ad verba *consumptus est* (p. 307, lin. 3); *c)* epistolae Ambrosii num. 22-23.

50° Sermo beati Ambrosii episcopi de inventione sanctorum martyrum Gervasii et Protasii (fol. 115ᵛ-116ᵛ).*

Epist. ad Marcellam (P. L., tom. XVI, p. 1019-26).

51° Passio sanctorum decem millium [martyrum], quorum natale recolitur decimo kalendas julii (fol. 117ʳ-119ᵛ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jun., tom. IV, p. 182-87.

52° Passio sancti Gallicani, quae recolitur VII kalendas julii (fol. 119ᵛ-120ʳ).*

53° Passio [sanctorum] Johannis et Pauli, quae celebratur VI kalendas julii (fol. 120ʳ-120ᵛ). *

54° Vita sancti Maxentii, cujus festum celebratur VI kalendas julii (fol. 120ᵛ-121ᵛ).

Ed. ope hujus cod. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 578-60.

55° Passio sancti Petri apostoli, III kalendas julii completa (fol. 121ᵛ-126ʳ).

Ed. ap. Mombritium, tom. II. Add. ex Gregorii Turonensis lib. *In glor. mart.* cap. 27.

56° Passio sancti Pauli apostoli, III kalendas julii consummata (fol. 128r-131r).

Scilicet *a*) *Historiae Apostolicae*, lib. II, n. 1-5; *b*) Passio, auctore Pseudo-Lino. Add. ex Gregorii Turonensis lib. *In glor. mart.* cap. 28.

57° Passio sancti Marcelli, III kalendas julii (fol. 131r-132r).

Ut in cod. 5301 (supra, tom. II, pp. 25, 30); nisi quod inc. *Postquam Filius Dei, carnem de virgine assumens, terras...*

58° Vita sancti Martialis episcopi, II kalendas julii transeuntis (fol. 132r-139v).*

59° Vita sancti Theobaldi, cujus festum celebratur kalendis julii (fol. 139v-141v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Jun., tom. V, p. 592-95 et p. 598. Post num. 10 add. *Quidam presbyter, nomine Hunicus, a Celsano castro, lumine oculorum privatus ad Dei virum venit, a quo nihil auxilii de suo [in]fortunio impetrare quivit, ipso renitente et sanctorum hoc opus, non suum esse, protestante. A ministris igitur sancti latenter aquam manuum ejus et fideliter petiit et accepit, lavit, vidit, laetus abscessit.*

60° Vita beati Attali abbatis, cujus festum est VI idus martii (fol. 141v-143r).

Auctore Jona, ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Mart., tom. II, p. 43-45.

61° Vita beati Urbani Lingonicae urbis episcopi (fol. 143r-145r).

Ed. ibid., ad d. 23 Jan., tom. II, p. 492-94.

62° Vita sancti Ambrosii Caturc[ens]is episcopi (fol. 145r-146r).

Ed. ibid., ad d. 16 Oct., tom. VII, p. 1046-48.

63° Vita sancti Agerici episcopi (fol. 146r-151r).

Auctore (?) Stephano abbate Sancti Agerici (cfr. *Hist. litt. de France*, tom. VIII, p. 39-40), hactenus inedita, ex qua manifeste hausta est Vita compendiaria ed. supra ex codice 5278 (tom. I, p. 479-82). Vita haec amplior legitur etiam in cod. 14651, fol. 71v-79r. Vid. infra Append.

64° Passio sancti Antidii Bisuntinensis archiepiscopi (fol. 151r-154r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Jun., tom. V, p. 42-47.

65° Passio sancti Valerii [archidiaconi Lingonensis] (fol. 154r-156r).

Ed. ibid., ad d. 22 Oct., tom. IX, p. 531-35.

66° Passio sancti Maximi martyris apud Asiam passi (fol. 156r-156v).

Ed. ibid., ad d. 30 April., tom. III, p. 732-33.

67° Gregorius Turonensis de sancto Lusorio (fol. 156v).

Ex libro *In gloria confessorum*, cap. 90.

68° Passio sancti Victoris, Alexandri, Feliciani atque Longini, XII kalendas augusti celebranda (fol. 156v-159r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Jul., tom. V, p. 145-47.

69° Liber de miraculis beati Victoris martyris (fol. 159r-167r).

Ed. ibid., p. 148-62.

Appendix ad cod. 11757.

PROLOGUS IN VITAM S. URBANI (Cfr. supra, p. 72, 36°).

Operae pretium duco, pater amantissime, diu obtectum animi ignem enucleare, apud te quidem habens loquendi fiduciam, sed vix ad causas eloquio explanandas praesumens audaciam. Sed quid agam? Quo diutius contrectavero, eo ferventius caeco interius igne vastabor : nam, ut beatus dicit Gregorius, nosque experimento docemur, *interius desideria dilatata crescunt*. Proloquar vero, pusillanimitas ipsa latibulo ruboris obfusa prorumpere non permittit. Laboravi et passus sum hactenus quod Comicus dicit : *Dum in dubio est animus, facile divellitur huc et illuc*. Tandem itaque statui mihi ipsi vim facere, vulnusque animi ad remedium propalare, sapiente quodam ad hoc hortante : *Si*, inquit, *medicinam desideras, oportet vulnus detegas*. Dicam ergo et ad videndum quod latet vela disrumpam.

Postquam me divina providentia de terra et de cognatione mea transpositum gregi suo immiscuit et sub fortissimo genere coenobitarum, prout sibi placuerat, erudivit, vestrum ad ultimum ministerium ab otio studii interioris evulsit et quasi vitulum indomitum loro timoris sui ligatum oboedientiae jugo subposuit et in inculto ac sentuoso nimis agro bovem fecit ad arandum et confringendas glebas post se. Didici ergo quod hactenus ignoraveram, curarum importunitatibus occurrere, querimoniarumque tumultus pati et, sicut de se dicit Apostolus, foris pugnas, intus timores. His et frequenter aculeis fortiter frequenter incussus et sarcina

mihi continue adhaerente admodum praegravatus, cum aliquotiens suffugium quietis internae reposcerem viresque laboris jugitate solutas refectione lectionis reparare temptarem, dulciora mihi sanctorum exempla ad confirmandum cor esse sentiebam et quasi salubre antidotum contra morbos vitiositate collectos placidius insorbebam. Cum vero roborarer de ceteris, magis optabam de patris ac patroni 5 nostri Urbani refoveri gestis, eoque voto volumine frequenter assumpto, manibus deportabam, respiciebam oculis, corde tractabam. Loquacitate autem nimia horrebant insipida, maledictis procaciter prolatis, mordacius reciprocatis, immoderata, soloecismis inconditis sensu et signis impolita, cum Urbanum, urbis magnae alumnum, modestiae Christi discipulum, sciam et credam cum modestia et urba- 10 nitate vera prosecutum. Quapropter in collimitaneis monasteriorum bibliothecis si quid decorius haberetur instantius perquisivi, sed nullatenus voti compos inveni. In urbe quoque alumna sibi feci perquiri, sed spe cassa, promissa non missa. Non igitur, quoad vita supererit, sitim quaerendi absque inventione amissurus, statui quae prae manibus sunt nobis tantummodo domestico igniculo 15 reparare, salem quoque mansuetum pro moribus ac ritu consuetudinis nostrae aspergere, ut et in laboribus desudantes et in sollemnitate martyrii jucundos gratius pascant. Nec mihi quis hujuscemodi praesumptionem imputet. Tu me coquitorem fecisti, tu me in hoc officio posuisti, cum ante praecepti tui amicabilem violentiam nihil tale temptassem. Nam et sanctorum gesta conscribere memini, 20 videlicet Elasii ac Leudomiri, in elimato tremebundo retunso stilo, violentus amplectendus monitor ingessisti.

Suscipe itaque, si quod inde facinus eruperit, et utpote tuum me venia fulciente sustenta. Quippe si gratum agnovero quod nobis in angulo vel sub tegmine asserum usu rusticano paratum est, tibi in urbe et in aula apponam, si modo perso- 25 nam abscondere repromittas. **Explicit epistola.**

Incipit praefatio in passione sancti Urbani papae.

Saepius rei cujuslibet innovatione potius quam novitate miraculum nascitur, quod salubre est etiam insane respuitur, dum saliva gutturi assueta suavius bibitur; unde veridicam sententiam experimur, quam quidam familiaris sapientiae 30 protestatur : *Omnis*, inquit *subita mutatio rerum non sine quodam quasi fluctu contigit animorum*. Animus quippe humanus avulsus a consuetudine fluctuat, fitque a fluctuatione ipsa immane discidium, ut quod hic laudat, ille illudat, quod hic amando complectitur, ille lanians reprehendat. Quapropter patris ac patroni nostri Romani papae Christi martyris Urbani beatissimi gesta transla- 35 turus, parem me pictori esse considero, qui veteres ac nebula caliginis obfuscatas imagines reparare aggressus, dum vultus decorem, membrorum lineamenta, umbras vestium, orarum compagines, aliis atque aliis coloribus illiverit, si forte habitudini pristinae quicquam detraxerit, si aliquid licet pulchrius formosiusque novaverit, mox oculis judicibus subjacet, stultorum subsannationibus patet, quod 40

consueta diligentibus odiosus abrupit. Sed non omnis qui loquitur promeretur ut audiatur, et sapientis discretio rem quamlibet pro meritorum qualitate attitulat. Quod non ignorans, illud tamen Apostoli volo implere dicentis : *Quantum ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes*. Qua de re omnes in unum, scirpum tenentes vel calamum, appeto contrahere, omnibus aeque satisfacere, omnibus unde ad id scribendi negotium proruperim absque mendaciorum cuniculis propalare, eo tamen tenore, ut si non posset cogi contio ad audientiam, audiant cognitores. Quod tamen dicturus sum, in apologetica ad domnum emissa episcopum jam praedixi, sed praefatio praesens omnibus notificet quod, licet non eisdem, jam unus audivit.

In veteri Testamento divina sanctione censetur ne juxta altare Domini nemus fiat aut omne lignum plantetur. Quae lex a spiritualibus spiritaliter judicantibus sic intelligenda contraditur, ut in eloquio ecclesiastico superba rigiditas, flexuosa calliditas, condensa obscuritas, tremula ventositas, stridula loquacitas evitetur. Non enim oportet circa fidem, circa gesta fidelium, quicquam infructuosum, quicquam audientiae saecularis illecebrosum, componi, sed sola puritate veritatis doctrina moralis, utilitas historialis, debet efferri. Hanc itaque legem in gestis supradictis beati martyris inveniens praetergressam, licet minus sapiens minusque discernens, arripui corrigendam, nihil me facturum ratus supra officium, immo ejus sperans suffragium, si pro posse in lectione sacratissima sentuosa exstirpem, complanem aspera, recidam superflua, et planam ac sine offensione viam legentibus reddam. Quis enim sanum sapiens arbitretur martyrem sanctum, inter verbera patientem, procacem exstitisse in verbis? Quomodo maledictis irrationabiliter frequentatis tortores irritabat, quos benedicens, eorum pro salute orabat? Benignus enim Patris Spiritus, qui loquebatur in eo, etsi aliquotiens constantiam responsionis, si libertatem responsionum resistentibus ostendebat, verbositatem tamen stultorum, iras stomachantium, assumere contemnebat. Pravo ergo arcu utitur qui alterum laude seu vituperatione impetens, mendacii jaculo vulneratur. Ne quis autem me autumet praesumptione lasciva* temptasse, noverit frequentius calorem devoti animi retentasse donec auctoritate impulsus sum legis ita jubentis : *Si exieris ad bellum contra inimicos tuos, et videris mulierem decoram specie et concupieris eam, rades omnem pilum capitis ejus et ungulas ejus, et erit tibi uxor*. Quod a me, qui laboro in spiritali militia Deo regi vero semper assistere, sic adimpletur ut in lectione passionis hujus, Spiritus sancti ratione formosa, mirabili virtute martyris speciosa, ad calorem fidei excitandum praecipua, superflua et idcirco immunda deglabrem, sicque demum in fidei pietate ad generandos bonorum operum fructus animo amplectendi conjungam. Gaudeat itaque verus quisque Israelita nostra servitute donatum, mecumque ad hujus lectionis spiritales nuptias animo esuriente consedeat. Quod si uspiam alia inveniri poterunt diverticula, lucidius aliquid de proposita re decentiusque apponentia, me ex animo secuturum inventa promitto, gratias acturum, nostra postpositurum, quae nec diligo nec respuo in agnitione meliorum.

Explicit praefatio.

* *cod.* lascivia.

VITA S. AGERICI EPISCOPI VIRDUNENSIS (1) (Cfr. supra, p. 74, 63°).

Incipit prologus in vitam sancti Agerici episcopi.

1. Gratum Deo ac vobis utile dignum opus et[1] amabile est, fratres carissimi[2], ut in die festivitatis sancti ac venerabilis patris nostri Agerici, de horto virtutum ipsius fecundissimo quosdam flosculos et virentia quaelibet odoramenta[3] decerpam, eaque ad mensam laetitiae communis ferculo litterarum composita offeram, sicque repleam[4] desiderii vestri appetitum, particulamque bonam acceptam a Domino vobis ex caritate communicem. Bona est ac laudabilis plurimum intentio vestra, amici Dei, purus oculus, corpus lucidum; sed conversio claudicans nec directa ad normam vacillat in nobis ac fallitur, dum ab imperito et languido sapientia salusque reposcitur. Ago tamen gratias, quia quod putatis me aliquid esse, cum nihil sim, benigna et omnia credens caritas operatur. Non est autem commodi, non est consilii, me modicum grandia[5] praesumere et ex sola vexatione defectus accipere intellectum. Lex quoque vos provida[6] a me repellit, dum quodammodo vobis innuens ex latere dicit : *Non arabis in bove simul et asino*, ac si dicat : Nec delectaberis bruta et lasciva[7] levitate stultorum, dum rationabilia[8] sapientium gravitate doceris. Postremo, quia ex arbitrio vestro pendemus, si puerilem insulsumque sermonem in sene non spernitis, si de sene sancto, sene glorioso, senilia scripta non displicent Deo Salvatori et sancto patri nostro Agerico, vobis ad ultimum obsequentes, vestris refundemus auribus quod veritas a senibus ad juvenes elimata refundit, ita duntaxat ut lacinioso rusticitatis succincti ependyte, navem quam dedistis, remis segnibus ac remissis, non demus altius procurrere. Portum familiarem tenebimus, ut gratius ac vicinius ad tripudia patris festiva turba conveniens Dominum mirabilem in sanctis audiat de puppe loquentem. **Explicit prologus.**

Incipit vita sancti Agerici episcopi.

2. Igitur, fratres[1], prout a Deo dabitur nativitatis et vitae et dormitionis pretiosae beati Agerici confessoris Christi originem verbi[s] sumere ab antecedentibus episcopis res ipsa postulat, quatinus enucleatius miseria et misericordia clarescat, miseria in populo tunc temporis delinquente, misericordia cum judicio in Domino corrigente. Nam et de ipso Domino scriptura verax loquitur, quia vulnerat et medetur, percutit et manus ejus sanant.

Num. 1. — [1] (Gratum — et) *om.* 1. — [2] (f. c.) frater carissime 2. — [3] ad ornamenta 2. — [4] repletum 2. — [5] (m. g.) g. m. 2. — [6] (v. p.) p. v. 2. — [7] lascivia 1. — [8] rationabili 2.

Num. 2. — [1] (l. f.) *om.* 1.

(1) Ex codicibus 11757 (1) et 14651 (2).

Beato quoque Vitono in gaudio Domini assumpto et pro fidelitate paucorum ac lucro super multa ac perpetua bona constituto, Desideratus successit in episcopalem curam, vigilantia multa egentem, sollicitudinum angoribus circumseptam, satis habentem oneris, parum honoris, et organum retinentem pro qualitate pos-
5 sidentis. Cumque caminus curarum eum adureret, malitia diei non sufficeret, tempora eum periculosa obruerent, supervenit insuper divino judicio fames valida invalido civitatis populo, et panis baculo deficiente, mortis imperium nullo debellante regnabat. Cadebant filii in sinibus patrum, pueri morientes sicca matrum ubera delambebant, amici amicos terra obruebant, et pavor communis
10 periculi lacrimas prohibebat. Exspectatio sive praesentia mortis suae dolorem mortis alienae frenabat; quique cum tremore superstites erant, suorum decedentium pollinctores fiebant. Cumque hac clade pessima populus dilaberetur et civitas tota paene redigeretur in tumulos, episcopus, anxius et vix maerore se capiens, ad regem Theodebertum se contulit, miseriam populi lacrimabilem
15 deploravit, petitione benigna animum ejus inflexit, ut de thesauris suis miserans morti obstaret, famem cohiberet, populum pereuntem retineret, et commodata, per gratiam periculo superato, cum gratia Dei hominumque reciperet. Annuit rex, motus ad clementiam, et septem millia solidorum tradens episcopo, conditionem adscripsit, ut eo tenore partiretur indigentibus quatinus, hoc auxilio
20 victo famis dominio, sua sibi cum [2] gratia redderentur ex [3] numero. Factum est, et quasi Deo res humanas diu post furorem serenante, populus conclamatus de fovea perditionis se erigens, miraculo sibi fuit ad vitam regrediens. Superavit denique superantem tam forti praesidio famis oppressionem et vitae providentiam in futuro comparavit, seseque de jugo mortis redimens, aliena laude ac
25 misericordia processit in libertatem; sicque mancipatus coacti ergastulum ac frenum quod erat in labiis eorum, canticum eis laetitiae factum est. Cum [4] hoc solatio docti, in melius experimento periculi mediocritatis optime scientia profecissent et procul respicere proximum bonum esse didicissent, pecuniam alumnam alacriter recollegerunt et episcopo magnae gratiae mediatore, regi cum
30 votivis gratiarum praeconiis obtulerunt. Rex ut advertit sublevationem, vidit laetae devotionis magnanimitatem, regium et pecuniae dominantem animum colligens, indulsit eis ad praepotentem cumulum boni nominis et ad memoriam laudabilem tunc praesentium et futurae generationis.

3. Providentia ergo divina dispositum habens de fonte misericordiae ecclesiae
35 Virdunensi succurrere et supradictis aliisque calamitatum infortuniis periclitanti manum auxilii subrogare, sub his diebus et tempore non accepto de altissimo ac serenissimo bonitatis suae consilio hanc viam novae salutis invenit, ut angelum sanctum mitteret de excelso caelorum habitaculo, qui parentibus futuram ex misericordia hujus patris nostri nativitatem denuntiaret, terminum quo id fieri
40 deberet indiceret, nomen quo censeretur aptaret. Nimirum, propter nimiam

— [2] (s. c.) c. s. 2. — [3] et 2. — [4] Cumque 2.

dilectionem qua suam in homine diligebat imaginem, condoluit mortalibus grave jugum a patre primo portantibus, et generali misericordia populum hunc, quem specialiter peccata obtinuerant, restauravit. Tetigit prius et conturbavit ac paterno verbere livorem inflixit ; postea respiciens mirabili remedio percuravit. Non cujuslibet nominis aut sanctitatis hominem, sed angelum misit. Domestica 5 nec abjecta familia est, quae tali legato atque conservo de tanto honore perdocetur. Misit angelum parentibus pueri in salutem nascituri.

Sic quondam idem Dominus, amator omnium, elector paucorum, volens antiquum illum populum exasperantem Hebraeorum domum de conversione monere, de eversione praemunire, Jeremiam prophetam intra viscera materna et formavit et sanctificavit, natum in pueritia ad doctrinam senum sapientia docuit, ad compescendam malitiam virtute complevit, constantia roboravit, ut abjecto timore servili libertatem justitiae praedicaret servis peccati. Sic Johannem, legis limitem, evangelii praeconem, salutis angelum, Filii praecursorem, amicum sponsi, Salvatori in utero ab utero applaudentem, Dominum virginalem risum[1] adhuc tacito praedicantem, per angelum Gabrielem ex nomine designavit, silentium patri indixit non credenti, ut nobis sapienter credentibus innueret quod, nata Dei gratia, lex silentium accepisset. Hoc eodem modo et nunc praevaricationibus legis divinae, legis evangelicae, miseratio antiqua atque immutabilis volens in casu[2] manum supponere, volens pereuntibus subvenire, voluntatem aeternam in tempore patefecit et placitum pietatis arcanum revelavit ; caelumque implens et terram, angelum de caelo ad terram misit, ut loqueretur angelus homini, spiritus carni, et doceret spiritus carnem ad discendam spiritus carnisque salutem. Venit ergo consilii divini legatus, pertulit imperium, promulgavit edictum, et praeelecti pueri parentes alloquens, miserandis civibus cornu salutis erexit. Docti sumus et credimus, angele Dei, nuntia tua fidelia[3], commoditatis et salutis alacritate referta ; viscera Dei misericordiae adoramus, sed de tempore promissi ortus[4] et nomine pueri ignorantes certificari deposcimus. *Post triennium*, et cetera usque *vocabitur* (1). Indicium est potioris ac superexcellentis apud Deum privilegii, a Deo titulum nominis cuilibet vel poni vel mutari. Amplius quippe diligitur qui inter ceteros amplius ex nomine honoratur, et apud nos quoque cum plebs invalida atque ignobilis[5] lateat, seniorum atque senatorum laminaex arata litteris memoriam praestat. Magnum igitur donum, magna dignatio gratiae, magna fiducia promissorum non potest immutari, et cetera usque ad *excolere*[6] *disponens* (2). Nominis quoque commonitorium, quasi competentem ad culturam agri commodaret sarculum, quatinus semen verbi per operarium bonum[7] terra

Num. 3. — [1] *sic* 1, 2. — [2] (v. in c.) in c. v. 2. — [3] (n. t. f.) f. n. t. 2. — [4] *om.* 1. — [5] nobilis 2. — [6] extollere 2. — [7] (o. b.) b. o. 2.

(1) Hoc loco quaedam a scriba praetermissa sunt, ubi in primigenia scriptione ab angelo nomen nasciturо infanti imponendum significabatur. — (2) Iterum quaedam praetermissa sunt.

emendata reciperet et fructum in patientia centuplum reportaret. Nihil apud Deum vacat; omnia ponderis, omnia nobis redduntur onusta salutis. Benedicamus ergo misericordiarum patrem et Deum totius consolationis adoremus, qui ad consolationem adest omni tempore in omni tribulatione fidelibus.

5 **4.** Nascitur igitur infans post triennium secundum angelum evangelizantem; longa parentum exspectatio porrigitur in effectum, fit matri parienti gaudium de tristitia, de pressura levamentum, gaudent et tripudiant propinqui, familia laetabunda persultat. Fit gratus in croceis, in cunabulis dulcis, nullo errore, nullo timore infantia innocens emolumenta naturae decurrit. Angelus quippe qui eum 10 praenuntiaverat, ei praesto ad custodiam semper astabat. Transgreditur hebdomadam infantiae, succrescens ad officium linguae; fit puer incremento, puer innocentia, naturam tenellam indole perornabat praelucida [1]. Datur puerulus vocationi sapientiae, contubernio jungitur scholasticorum, haurit fontes sophiae, inundantia semper ubera fugit, voluptates internas et charismata meliora sedulus 15 aemulatur. Doctor interior, qui eum paenetenus imbuerat, cum aetatis successu indicia virtutis ejus clara demonstrabat [2]. Praescitus ante uterum, sanctificatus in utero, sanctimoniam et magnificentiam in sanctificatione Dei augebat. Amabatur ab omnibus, invidias et detractiones omnium gratiae perrorantis sublimitate vincebat.

20 **5.** Transivit in eadem urbe Virdunensium, proficiens ad perfectam usque incrementorum aetatem et virtutem virtuti adiciens, per singulos gradus suos; Dei gloriam praedicabat, et stigmata passionis Christi in corporis afflicti cruce portabat. Currebat cum inenarrabili gaudio per viam mandatorum Dei, eumque semper ante oculos quasi decoris specular ponens, imaginem in se Dei, vitiis defae- 25 catam, ad ornatum naturae primogenitae resculpebat. Florebat sicut palma in atriis ecclesiae et quasi cedrus in Libano totam domum Dei bonis odoribus respergebat. Pervexerat eum meritorum speciositas, et in gradu levitico famulabatur antistiti; cum ecce clerus urbis et populus eum promoveri ad honorem sacerdotii expetentes, ad ecclesiam sancti Petri apostolorum principis perduxerunt, 30 eumque inibi cum gaudio et praeconiis gratiae ordinari fecerunt. Omnes autem quasi ex uno ore cantabant: *Exaltavi electum de plebe mea, oleo sancto meo unxi eum*, quia a Christo Domino de plebe fuerat electus et oleo spiritualis gratiae feliciter esset fovendus.

6. Contigit interea episcopum, Desideratum nomine, officio cum vita defungi 35 et successorem idoneum, cathedra ecclesiae viduata, requiri. Non multum quod aderat quaeritur, nec diu sententia melior ignorantiae nocte differtur. Omnes in unum coeunt, omnes uni in electione incumbunt; Deo jubente ordinari ad pontificatus infulas Agericum deposcunt. Temptat unus resistere plurimis, multum se excusando laborat, sed roborante Deo praevaluit sententia plurimorum. Deus 40 enim ad cornu salutis contra malitiam erigendum, ad munimen urbis invalidae

Num. 4. [1] (p. p.) pr. per. 2. — [2] monstrabat 2.

reparandum[1] cooperabatur in populo. Quid amplius addam? Non licuit aliud: brachium Domini quod voluit per ora clamantium adimplevit. Suscepit ad regendas oves Domini pastoralem virgam, et non tyrannum se ovibus sed ex veritate pastorem exhibuit. Ornavit cathedram floribus evangelicis[2] doctrinalem, et architectus pictorque ad ornamentum ecclesiae bonus fuit. Non enim patiebatur ut 5
terra sua contra se clamaret et cum ipsa sulci ejus deflerent, sed impiger instabat culturae Dei, ut opere redderet quod nomine fatebatur. Taedium tibi, auditor, pariet prolixitas nec deebriaberis ad salutem, si singula, quae multa sunt, porrigere insistamus. Quapropter stilus sublevetur a multis; ad rara, quia sunt pretiosa, veniamus. 10

7. Cum ergo, jubente Deo et ordinante, episcopali cathedrae praesedisset, talem se moribus sanctis et vitae pretio praeparavit, ut quasi civitas in monte posita et pharus prope flagrans, procul irradians viamque errantibus monstrans, cunctis sibi adhaerentibus et illuminatio esset et portus. Pugnabat in Spiritu sancto contra nequitias spiritales, contra subdolos lata lingua *Euge* proclamantes, mortem 15
blandimentis venenatis inferentes. Civitatem suam, et in civitate templum Dei, excubiis continuis non segniter observabat. Habebat fidelem semper ante oculos advocatum Jesum Christum justum, eique se suosque supplicatione continua commendabat. Holocausta medullata offerebat pro ovibus, ne forte labiis honorarent Deum et corde longe posito manibus irritarent, fidemque verbotenus profitentes 20
actionibus abnegarent. Circumspectus semper, leonem insidiantem orationibus allidebat, flammas temptationum elemosynis extinguebat, virtutum apothecas humilitatis arce servabat. Terrebat hostes praedicationibus, vitia occulta proferebat in lucem et tela mortifera inimici doctrinae potentis acumine perfringebat, semperque se ipso robustior, per Jesum regem et sacerdotem magnum undique 25
triumphabat. Nimium vitabat et perhorrebat aliquatenus committere unde testimonio conscientiae accusatus, frustra Dei oculos sub umbra et foliis cogeretur effugere. Semper pavidus, semper sollicitus, dum curam debitam susceptis ovibus impendebat, victo hoste et liber vitiis, servitio justitiae se hilariter mancipabat. Loquebatur saepius et litteris et verbis cum praecone suo angelo sancto, consilio- 30
que ipsius gesta pretiosa Domino fidelis athleta mittebat. Talenta saepius data numerabat, ne forte, plus accipiens, minus in lucro redderet, et sero paenitens, obnoxius tenebris, pauper et nudus vinculis traderetur. Quid plura? Si cunctos fructus ac varios de caritatis radice in cordis ejus latitudine pullulantes nitar oris angustia singillatim edicere, tantumdem est quam si pluviae guttas et lapil- 35
los maris velim numero coercere. Relinquamus haec interim victi et in exilio erroribus laborantes. Deus deorum dominus solus dedit, solus novit, solus annumerat, solus ad praemium, solus ad gaudium, ad gloriam servi sui in perpetuum decuplabit. Haec mirabilia et gloriosa angelorum spectacula secum semper beatus Agericus exercuit; his, ut soli Deo placeret, diu noctuque laboravit. Fecit et apud 40

Num. 6. — [1] (ad m. u. i. r.) *om.* 2. — [2] evangelii 2.

nos signa, quae cum possint cum reprobis haberi communia, ille probabiliter simplici oculo, lucido corpore, sicut in sequentibus monstrabitur, fecit, ovium commissarum et totius mundi necessitate compulsus.

8. Justus et sanctus Deus populo exasperanti iratus, et elementis pro eo contra insensatos pugnantibus, recesserunt nubes, aer incanduit, terra exaruit, viror herbarum emarcuit, aqua venas fontium dereliquit, sicque secedentibus elementis mundus desolatus elanguit. Vitiositas enim usu nutrita nisi duro molliatur verbere, ad notitiam sui redire durescit. Unde factum est ut tribus annis subtracta benedictione pluviarum caelum super eos extenderetur ut ferrum. Pertulerunt annum primum exspectantes, secundum desperantes, in tertio defecerunt. Cumque inter se nullum invenissent consilium, tandem praevaricatores ad corda quodammodo oblita revertentes, concurrunt ad pontificem, pastorem inclamant, ut propitiaret Deum peccatis iratum, removeret vindictam, impetraret veniam, et arescentes terras, colonis morientibus, reformaret. Flexit sanctum generalis necessitas, et commune periculum communi oratione tolli consuluit. Itaque triduanum jejunium more Ninivitarum indixit populo, letanias per ecclesias fieri, cruces ad memoriam misericordiae Dei ferri, ut qui passus est pro peccatoribus Christus propitiaretur christicolis ipsa passione redemptis, sanctorum intercessionibus. Indixit hoc et jussit ad salutem medicus peccato aegrotantibus, et primus quod jusserat fecit. Egrediuntur ergo indifferenter excalciati, cinere et cilicio obvolvuntur, inclamant miserationem sanctorum, propitiationem Dei, tundunt pectora, lacrimas fundunt, ne Deus judicia faciens in operibus manuum suarum comprehenderet peccatores. Igitur prima letaniarum die pastor cum omnibus gradiens et pro tribulatione ovium ingemiscens, in praesentia concurrentium oculos convertens ad caelum, in corde suo quiescentem commovit ad misericordiam Deum; et subito nubibus densis aere obumbrato fluxerunt aquae et orbis obsecundatus ordinem recognovit, sicque per triduum illud defluentibus pluviis, terra vigorem, herbae virorem, fontes fluorem, arbores vitam, et mundus duobus perditis in tertio anno plenam recepit abundantiam. Nec latuit apud homines; viderunt et admirati sunt praesentes quanta de pastore sancto apud Deum cura extitit. Nam cum sub nudo aere cum ceteris gauderetur omnesque aquis descendentibus perfunderentur, dedit Deus meritis et precibus ejus quod rogaverat, ipsi vero idem Deus in pluvia umbraculum fuit. Hac et illac ubi jussa est aqua cecidit, ipsum tangi prohibuit qui omnia quaecumque voluit fecit.

9. Delectat nos hic [1] parumper secedere et pluviam benedictionis, qua ex gratia Dei per beatum patrem nostrum infundimur, quasi linguae hyssopo ad purgationem audientium ex caritatis benivolentia spargere. Nam in hac eremo peregrinationis antiquae esurientibus justitiam et sitientibus cantabiles sunt miserationes divinae. Cum igitur [2] olim dilectus Hebraeorum populus in domo Dei, sicut per prophetam queritur, scelera multa faceret et justum Dominum justitias diligen-

Num. 9. — [1] (n. h.) h. n. 2. — [2] sibi 2.

tem injustis et malesanis actibus ac studiis ad iracundiam provocaret, reges etiam ipsorum serviliter phaleris et equitibus insanirent, Altissimus, patiens et longanimis redditor, mane consurgens, sine furore in turba clamitans, mittebat prophetas, doctores excitabat, quatinus ignorantes erudirent, peccatores corrigerent, calamitates praenuntiarent, ut quos justitiae amor non traheret, vel timor comminationis divinae mutaret. Loquebantur illi mitia immitibus, perversis recta, justa malignantibus, et pro beneficiorum mercede subsannatio et illusio irritatoribus erant. Pervolabat temeritas effrenata malorum, scelerati ac fanatici legibus justitiae resultabant, atrium suum male fortis diabolus passim dilatabat, clamor ac tonitruum Babyloniae templum Domini pacificum concutiebat. Hoc tanto malorum turbine ut facula ignita Elias succensus, jam nunc in paradiso longaevus, tunc autem homo passibilis terrae incola, caelorum aedituus, clausit caelum imperio, hyadas pluviales subsignavit officio et munera aetherea terris peccatricibus in ultionem Domini denegavit. Tribus annis et sex mensibus sphaera solaris arescentem torruit mundum, nutrimentum terrae matris emarcuit, animal mutum[3] herba deficiente ingemuit, animal rationale ad se converti seque cognoscere, malitia dominante, non potuit. Verumtamem servus Dei, in ira memor misericordiae, eadem qua caelum clauserat clave subinde reseravit, et ad Deum fortitudinem suam custodiens, elementis modos, mundum sibi reddidit, turbatam atque confusam machinam serenavit. Hoc per Eliam vatem, hoc per Agericum antistitem potestas illa peregit quae in evangelio operariis dicit : *Sine me nihil potestis facere.* Ecce quanta potuerunt, quanta fecerunt qui sub tegmine alarum Dei speraverunt, qui Deo placuerunt, qui stigmata Jesu in corpore suo viriliter portaverunt. Elias Deo comitante fugiens, in tenuitate famis divitias dedit ; Agericus in ecclesia quiescens, manna verbi Dei animas recreavit. Interfecit ille multos zelo divino peccatores in carne, iste multos gladio bisacuto praedicationis exstinxit in spiritu. Raptus est ille igneo curru a corruptione, iste soluto mortis debito pervenit ad incorruptionem. Ad ultimum utrosque nunc amplectitur unus sinus quietis, videlicet ipse Deus, qui est perenniter gloriosus in sanctis. Ad horum et nos societatem si ascendere praeoptamus, faeditatem peccatorum necesse est timore et paenitentia contegamus et ad alta bonorum operum spe et caritate erigamur.

10. Additur igitur virtus virtuti et de thesauro beati viri charismata validiora procedunt. Cum enim juxta consuetudinem pastoralem limina ecclesiae principalis Sanctae Mariae attereret, quidam, Johannes nomine, membris solutus, nervis aridus, mortuus viribus anima subsistente, linguae tantum officio praevalens, vocibus quas enervis habebat episcopum exoravit dicens : *Obsecro, sancte Dei, ut viscera misericordiae effundas super me.* Cui sacerdos, flexus quodammodo et[1] cum infirmo infirmatus, evangelica respondit voce locutus : *Quid vis*, inquit, *faciam tibi ?* Ad haec languidus : *Ut miserearis*, ait[2], *mei*,

— [3] brutum 2.

Num. 10. — [1] jam *add.* 2. — *om.* 2.

domine. Tunc sacerdos ditissimus in Deo protulit de loculis paucula et infirmo de plenitudine boni cordis exhibuit. Nam carnis sustentaculum tribuens, carnis simul dedit solidamentum. Diarium debilis accepit ex prece, salutem ex fide. Revixit sibi in cadavere vivo, resuscitatus ad vitam episcopi beneficio. Bona nimis elemosyna cum oratione, optima oratio cum pietatis operatione. Quanta etiam virtute regitur qui fidei soliditate fundatur! In omnibus profecto mobilibus praevalet qui stabilem in Deo fidem habet, nec potest cum rerum fluentium vanitate moveri qui conjungitur fide incommutabili veritati. O fides, inenarrabile bonum, inenarrabile donum, inenarrabile firmamentum! Numquam infirmatur in fide firmus, et caelo transeunte et terra, fides caducum atque mortalem hominem ad vitam aeternitatemque confirmat. Nullatenus profecto, infirme, sanareris, si dubius et inconstans fide infirmareris. Exhibuisti fidem, episcopus caritatem, et caritas in arca fidei operata est sanctificium sanamenti. Sacerdos Zacharias lingua percussus obmutuit, quia loquente angelo fidei radicem in corde non habuit; et mater Domini idcirco corpore concepit et peperit Salvatorem, quia in corde sanae fidei praeparavit matricem. O quicumque infirmaris in corpore, salvus es nec morieris, si firmaris in fide, et quicumque in fide es debilis, vitae quodammodo mortuus, Deo viventi placere non poteris. Tantillum itaque de laude fidei quasi scintillam de sole aut guttulam de pelago rapientes, redeamus ad causam. His et hujusmodi indiciis clarescente Deo habitatore atque illuminatore episcopi, coepit lux benedictionum ejus circumquaque fulgere et tamquam scintillae in arundineto discurrere, ut quicumque de ejus sanctitate et virtute audiret, de sua irreligione atque torpore erubesceret.

11. Placet et aliud miraculum redundantis misericordiae ad laudem Dei, qui operabatur in servo, aedificationi fidelium fide subrogare. Ibat frequentius per loca in honore Dei sanctorumque dedicata, offerebat inibi orationum libamina pro filiis adhuc in exilio positis, adhuc sub morte laborantibus, confratrum jam patriae redditorum, jam regi Deo assistentium, precabatur juvamina, per se in fidei anchora jam fixus et stabilis, lapsantibus subditis certi refugii praesidia. Cumque huic insistens studio basilicae cujusdam calcaret limina, mulierculam, Teresindam nomine, obviam habuit, quae caeca, baculo regente, viam quaeritabat errore et ducem sequebatur animum oculorum desolatione. O infelices qui de lumine tenebrescunt et sole bono et claro Dei munere utuntur ad noctem! Vobis damnum, vobis miseris mortem ingeritis, qui lucem declinantes in tenebris exultatis. Hoc ad compassionem et correctionem inseruimus, sed quid Dei servus miserae[1] miseratus fecerit ex serie jam dicamus. Tenebras quindecim annorum non anno, non die laborans, simplici crucis sanctae[2] medicamine effugavit, et lucem diu absentem fidei luce refulgens, protinus reparavit. O quanta virtus per crucem, quanta radiavit per pontificem! In pontifice pietas regnabat, in cruce potestas, nec pietas quicquam profecisset nisi in fide crucis praevaluisset. Pote-

Num. 11. — [1] ut *add.* 2. — [2] *om.* 2. —

stas enim tanta fuit in cruce ut non solum feminae vultum illustraret orbatum, sed lucem indeficientem per totum effunderet mundum. Postquam[3] lux mundi pependit in cruce, mundi climata resplenduerunt non sequente nocte. Nox diaboli regnum perdidit, dies crucis obtinuit principatum. Hinc est quod cruci subjacent omnia, quia lux crucis irradiat universa. Fugit mors, venena nil prae- 5 valent : quicumque percussus ut pereat, si crucem respexerit, vivit, et igne crucis vivifico exstinguitur ignis succensus ad mortem. Hinc est quod episcopus sanctus tantum praevaluit, quia lucem per fidem crucis et dilectionem in corde nutrivit. Non quaesivit procul, apud se medicinam invenit, et digitum fidenter super oculos posuit, quia ab intus haustum lumen ferebat in digitum. Nam sicut 10 magi in Aegypto victi virtutem digiti Dei asseruerunt, ita et episcopus virtutem crucis digito faciens luce remeante monstravit. Spiritus enim sanctus in digito per crucem fuit. Quid plura? Gaudet mulier, miratur solem, tenebras execratur, veneratur medicum, adorat Deum in rerum diversitate mirabilem, quae confusionem prius tantummodo noverat et noctem. Ita Deus per verum Israelitam 15 illuminavit hanc feminam, populumque admirantem ad laudem suam suscitavit et gloriam.

12. Aliam quoque miserationem Dei[1] omnipotentis opitulatione beatus sacerdos Agericus in quadam ostendit puella, Childevide[2] nomine. Nam cum vidisset misericordiae amator, pietatis cultor, sollicitus ovium pastor, eandem juvenculam, 20 a spiritu maligno spiritali lupo raptam atque pervasam, condolens miseriae memorque officii, ascendit protinus ex adverso, opposuit murum saevienti inimico, et ostendens se unum ex illis canibus de quibus dicitur : *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso*, miserae medicalem linguam auxilii, hosti ac pervasori dentes exeruit imperantis zeli, et latrans voce dominica, quae mitis 25 et patiens non clamavit neque audita est in platea, pertrivit semper nequitiam tumidam, et imaginem Dei, quae ancillabatur violenter non domino, reddidit liberam. Postquam enim dixit[3] : *Praecipio tibi, immunde spiritus, in nomine sanctae Trinitatis ut exeas ab ea et amplius ne introeas in eam*, ille infirmus, percussus virtute omnipotentiae, projectus est in terram, abyssum 30 sedis suae, in ignea spuma quam evomebat puella ostendens quo clibano, quo camino clandestino miseram possidebat adurens. Illa mansuefacta, seque ipsam cognoscens, lassabunda subsedit, et perdita grassantis interius inimici armatura, mitis et omnibus facta miraculo, amplius se ipsam pavitando miratur, habere se incipit quae habebatur, et paulisper spiritu purgata extraneo, spiritum naturae 35 recolligit. Remittit servus Dei de servitio maligno liberatam, et domino legitimo universorum quod servus mendax et homicida ab initio abstulerat servire praecepit. Gratias Deo, qui cornu tyrannicae dominationis et atrium fanatici erroris, per [ali]quot tempora praepotens, uno et ultimo tempore fregit, eumque qui se

[3] enim *add.* 2.

Num. 12. — [1] Patris *add.* 2. — [2] Childevine 2. — [3] (e. d.) d. e. 2.

abilem
, tu in
besides,
mus et
issime,
s, quod

descri-
etatis et
vificans
visibi
et ope
s agi
u suo,
s quoc
um a
litu,
um tot
ecula
supe
vit et
endorib
ivi et c
ias reso
ampliore
l contine
Sanctos ej
scopi chore
Clesiae prae-
ratorem, ille
corpora vero
etiosa symbola
erunt. Peccata
aritas pretiosas
m hunc honore
procedere sicut
lux et angeli in
toniti miraculo,
fortissima incre-
quamdiu ipse in
vita suscepto, jam
visitatione ad

laudem Dei et praeconium fidelis servi fideliter ac devote placet aliquantulum declamare. Denique ille placens et quiescens cum Deo in regione vivorum, nobis exemplum reliquit, auxilium impendit in regione mortuorum, ut et nos nostra ad normam justitiae reformemus opera et de justis operibus proferamus verba. Nam, sicut Dominus et Salvator dicit, *Qui fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum.* Opera igitur bona existimantes si Deum in sanctis suis magnificemus, dicamus bona sancti patris Agerici quantum possumus lingua, ut via tali monstrante perducamur ad opera. Ad primum, quod sine intermissione orabat, ideo Domino placuit quia ejus praecepta adimplevit, qui in evangelio dicit : *Oportet semper orare et non deficere.* Quomodo autem non deficiens orabat? Quia scilicet Dominum sanctis precibus sanctisque operibus benedicebat, quemadmodum David de se ipso dicebat : *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo,* et Tobias ad filium : *In*[1] *omni tempore benedic Deum et pete ab eo ut vias tuas dirigat, et omni tempore consilia tua in ipso permaneant.* Sicut enim malis operibus fidem negamus, sic econtra bonis astruimus, et bene Deum orat qui prece aut bono opere proximum aedificat. Quia autem, sicut illi pastores evangelici supra gregem vigilabant, ita iste orationibus Deo acceptis custodiae commissorum instabat, ideo meruit ab angelis visitari et mortalis adhuc luce caelestium perfrui ; et sicut illi gloriam in excelsis Deo et pacem bonae voluntatis hominibus canendo annuntiabant, ita isti Deum in sancto suo pontifice glorificabant ; quomodo etiam[2] illi ad salutem mundi designaverunt nativitatem Christi, ita isti ad salutem Ecclesiae sanctorum corpora monstravere. Igitur ab angelis[3], ab animabus sanctis, a nobis etiam in corpore Christi minimis, decantetur gloria regi saeculorum immortali, invisibili, qui est benedictus in saecula. Haec nos ad gloriam Dei, ad commonitionem audientium dixisse sufficiat ; hinc redeamus ad causam.

14. Childebertus rex cum placitum et conventum multorum Virduni habere debuisset, et sanctum virum dilectionis ac venerationis amplexibus honoraret, eum obsoniis necessariis non patiens gravari, removit servitii necessitatem et placitum transtulit ad Metensem civitatem. Cumque consequenti tempore per urbem fecisset transitum, et a sancto pontifice benigna esset susceptus dulcedine, humanitas quoque hospitalis ei exhiberetur cum omni cura et sollicitudine, in ipso fervore regiae servitutis accedens ad eum oeconomus rerum suarum universalis : *Etsi alia,* inquit, *domine, providendo abundamus, vinum ut majestati regiae decet exhibere non possumus, quia praeter vas medium, quod tonna vulgariter dicitur, nihil habemus.* Tunc vir Dei, in re corporea angustiatus, sed corde in Domino dilatatus : *Noli,* inquit, *desperatione languescere, sed affer mihi de eodem liquore ; potens est Deus tristitiam parcitatis nostrae in gaudium abundantiae commutare.* Dixit, et allato sibi vino, paululum sorbuit, et ad caelum oculos sublevans : *Domine,* inquit, *oro*

Num. 13. — [1] *om.* 2. — [2] autem 2. — [3] sanctis *add.* 2.

ut fiat istius vini amplificatio. Cumque ejus praecepto illud refudisset in vase supradicto, coepit copiose vinum ministrari, coepit copiose vinum affluere, et quanto amplius vacuabatur ad libitum bibentium efferendo, tanto magis augebatur Creatoris jussu et virtute redundando. Poterat namque istud Omnipotens, et qui de aqua vinum fecerat in Cana Galileae, poterat et vinum de vino facere sincera servi petentis et indubia fide. Quid plura? Biberunt ut Galli, nec erat mensura in erogando. Multis diebus vas illud vinarium conati sunt vacuare, et quodammodo vina infundere videbantur dum effusioni instarent. Crescebat modica benedictio [1] multis vorantibus et, Deo imperante, modum naturae superabat. Ad ultimum finito servitio, nec imminuto vino, rex miraculo stupefactus, episcopo humiliatus, Deum in ipso veneratus, regiam ostendit largitatem, et qui vinum virtutis biberat, vineas et possessiones ex amore et devotione [2] episcopi ecclesiae suae obtulit, quas et usque hodie privilegio et auctoritate stabili deinceps possedit.

15. Talibus beatus Agericus floribus vernans, talibus pigmentorum spiritalium odoribus aromatizans, respergebat Ecclesiam odoribus bonis, et sicut caelum fulgens pingitur claritate stellarum, sic ipse populum suum vario perlustrabat lumine praedicationum. Quia enim mirabilis in sanctis pauperibus videbatur, ejus verbo quasi lucis radio audientes illuminabantur; et quia se ipsum prius alis bonorum actuum feriebat, dormientes in peccatis ad paenitentiam excitabat. Quis enim eum spernere praesumeret quem virtute Dei tam praepotentem agnosceret? Quis non attentius audiret eum cujus ori tam proximum videret Deum? Denique sicut viderant ministrari ei vina de caelo, sic credebant salutem et veniam per eum se posse promereri a Domino. Nec utique fallebantur : quia qui subvenerat tam proxime terreni regis hospitio impeditum, magis audiebat pro suo servitio desudantem in acquisitione animarum ; et qui regem vino paverat ad ejus petitionem, magis votis ejus favebat animarum salutaria sitientem. Unde si eum nobis patronum et adjutorem quaerimus, si in deserto arente vitae mortalis suffragatorem ductoremque praeoptamus, levemus ad eum corda nostra cum manibus, oremus eum lingua et operibus; et in ejus adjutorio fonte vitae satiati, gloriam et divitias infinitivas inveniemus.

Mane [1] vinum virtutis per praesulem sanctum adeo virtutum regi et comitibus propinatum corda devota populi tunc temporis adeo laetificavit ut in loco quo copia et benedictione profluxerat altare constituerent, quatinus hujusmodi signo superventura saecula noscerent cujus meriti excellentia beatus Agericus apud Deum in gloria aeterna fulgeret.

16. Transibat hic sanctus aliquando [1] per civitatem Laudunensium, et ecce obvius sibi fuit quidam manicis strictus et compedibus, cui judice praeeunte carcer aperiebatur obscurus. Ibat, sed magis impellebatur infelix, vagitibus plateas

Num. 14. — [1] beneficio 2. — [2] proprii *add.* 2.
Num. 15. — [1] Non mane 2.
Num. 16. — [1] (s. a.) a. s. 2.

implens et lacrimis omnes quos offendebat ad auxilium ululatu et gemitu provocabat. Talis est peccatorum redditio, sera semper paenitentia per tormenta suscipitur et illecebrae voluptatis asperis et amaris exitibus puniuntur. Cumque miserabilis misericordem aspiceret virum, petivit ut potuit sibi refugium et ut ei impenderet suae intercessionis suffragium. Audivit misericordia, et pontifex, tactus 5 dolore et compassione intrinsecus, convenit tortorem multa prece, supplici postulatione, ut propitiaretur ac flecteretur misero indulgentiae lenitate. Abnegavit et reppulit, nec eum aliquatenus audire consensit. Illius flagitia et facinora animum judicis infrenabant ne flecteretur misericordia. Petiit multum, repulsus est; triplicavit precem, et auditus non est. Quid faceret pietas? quo se verteret? Homo 10 hominem neque cogere neque precari praevalebat, et pietas nihilominus increscebat. Defecit ab homine, curritur[2] ad fontem saepius expertum misericordiae. Itaque conversus ad Dominum, porrexit vota in caelum, orans ut misero esset in auxilium et solveret jussio invisibilis et omnipotens quod debilitas despexerat et crudelis. 15

Audiit Omnipotens subitoque ligamina solvit;
Vincla cadunt et nemo patet qui vincula solvat,
Nulla manus, vis nulla, Dei nisi jussio[3] summi.

Cumque hoc judex obstupefactus aspiceret, confusus et timore pervasus, corruit et ipse ad pedes sancti, inoboedientiae compede vinctus, petens jam et implorans 20 veniam sibi, quam proximo noluerat impendere postulanti. Indulget vincto per culpam, soluto per gratiam, tantum gratiam postulans qua solvatur. Ita Deus operatus in servum, illum reatu, illum inoboedientia justificavit,

17. Haec pauca divinae virtutis miracula per virum sanctum nobis monstrata nos pro modulo nostro litteris indicibus posteris ad scientiam salutis annotavi- 25 mus, et digitum Dei, per quem oppressa Aegyptus, per quem ejectus est inimicus, per quem mensura fidei, per quem divisio charismatum est divinorum, in his operatum adoramus, exteriora, quia sunt visibilia, quasi faciem patris nostri pulchram decoramque pingentes et coloribus verborum ignobilium informantes. Sed si cum sudoribus et labore vix pervenimus ad ostium, id est ad comprehen- 30 sionem exteriorum, quid de interioribus faciemus? quomodo clausa et abscondita penetrabimus? Nimirum ille servus Dei et in hoc maxime ac sollicite servivit Deo quia vocem ejus medullitus obaudivit, quam evangelio promulgante percepit: *Tu autem cum oraveris*, inquit, *intra in cubiculum tuum et clauso ostio ora patrem tuum*. Quid igitur[1] mirum si arcana ejus nequimus agnoscere, 35 qui extra ostium compellimur excubare? Nimirum inimicitiae et detrimenti causam deputabat, si vel amicus secreta sua agnosceret. Legerat enim Ezechiam regem in hoc Deum sibi placabilem improvide offendisse, quod nuntiis Babyloniis thesauros suos et aromatum cellas inventus et reprehensus est ostendisse.

— [2] cucurrit 2. — [3] visio 1, 2.
Num. 17. — [1] ergo 2.

Timebat et sollicitus invigilabat ne, si hostis insidians, ostiaria segniter soporata, domum [2] irrumperet, somno mortis obrutus neglegentia deperiret. Quapropter servabat cor suum omni custodia, et templum sanctum Dei in se illaesum illibatumque permundans, vas bonorum operum floribus adornabat. Concurrebat enim populus et civitas tota cotidie confluebat, ut de sanctuario Dei per ipsum oracula salutis, sicut antiquus populus per Moysen, et vitae responsa perciperent. Sacerdos ipse summus tam pro se quam pro commissis hostias Deo saepius immolabat, et legem Dei ad faciendum eam de cathedra ecclesiae perdocebat. Ita vestibus Aaron pretiosis et sanctis spiritali lege perfungens Domini Christi vicarius, se ipsum hostiam sanctam, Deo placentem, offerebat pro populi salute in acquisitionem laudis perpetuae. Hunc talem, tam gloriae singularis heredem Deus ipse reddebat, qui eum et antequam nasceretur praeelegerat, qui eum per se, per ministros claros domus suae, et cum eo omni tempore erat et frequentibus concursibus visitabat. Hos fasces, haec insignia urbis aeternae, hanc civicam [3] coronam Jerusalem supernae quomodo potest filius hominis vermis apprehendere? Quod si dicas : *Et ipse filius hominis, et ipse vermis,* verum utique dicis; sed miracula per Filium Dei et hominis specialiter facta in amicis superexcellunt, nec sunt applicanda servilibus et Adae paupertati. Dicam interim, dicam de me, quia pressus sarcinulis corruptionis avitae [4] nec radicem caelo fixam caritatis ejus conabor attingere nec dignum me fatebor corrigiam calciamenti ejus solvere. Sequar tamen ejus praeconando vestigia, si qua Deus illuminato suo fuerit dignatus ostendere.

18. Cum igitur vir Dei inenarrabilibus et supradictis dies suos virtutibus omni studio repleret et lucrum bonum de talentis sibi commissis bono Domino fideliter congregaret, hospitalitatis officium juxta Apostoli praeceptum sollicitus exhiberet, contigit semel sibi clericum, Fortunatum nomine, supervenisse. Quem episcopus, cui lex canonica jubet omnes suscipere, benigne suscepit, humane servivit et viscera super eum totius sanctitatis ac pietatis pro consuetudine sua bona patefecit. At ille, remunerationem cogitans pro servitute suscepta, cum esset doctus arte grammatica, composuit carmen in laudem ipsius hexametris comptum et pentametris versibus, quos hic subjungere operae pretium duximus. Ita ergo carmen id dicitur :

Urbs Virduna, brevi quamvis claudaris in orbe,... (1)

19. Cum igitur prolongatum vitae hujus incolatum, mortem delectabiliter exspectans, diu patientissime pertulisset, et pondus impositum diei et aestus spe salutari infatigabiliter deportasset, et lacrimas quoque crescentis cotidie desiderii panes bonae ac laetae consolationis habuisset, videns inimicos suos victoria

— [2] ejus *add.* 2. — [3] unicam 2. — [4] aviti 2.

(1) Editum inter Venantii Fortunati carmina, *Mon. Germ. Hist.*, in-4°, *Auct. antiq.*, tom. IV, part. I, p. 73.

vitiorum scabellum pedum suorum, gaudebat anima ejus in Domino et exultabat spiritus ejus in Deo salutari suo. Vincula terrenae molis graviter tolerabat, et quanto viribus corporeis destruebatur, tanto magis libertatem promissam amplius sitiebat, cum Apostolo dicens: *Cupio dissolvi et esse cum Christo multo magis melius.* Quod per speculum in aenigmate jam senex ac lassabundus tenebat, hoc videre ardebat per speciem. Bonus autem Dominus messis differebat succisionem, quia opportunam noverat ac disponebat maturitatem. Viderat enim et adjuverat in hac hieme aspera perniciter desudasse, ventos temptationum, prunas tribulationum, adustiones voluptatum superasse, et providus sanctarum virtutum agricola fructum multiplicem terrae bonae differebat succidere, plenitudinem ejus accumulans in patientia. Appropinquavit igitur vespera mortis, et gaudens ac praeteritorum quodammodo immemor, in anteriora se extendebat praeparatae pausationis, denarium a patrefamilias reposcens pactae ac diu exspectatae mercedis. Non fefellit eum spei anchora omnibus firma periculis, et veritas repromissionis umbraculo processit in lucem. Tactus enim digladiabili sorte naturae et sciens discidium sibi corporis animaeque supervenire, confidens in Domino, qui potest et corpus et animam perdere et salvare, convocari jussit omnes ecclesiae suae filios et in ecclesia meliores; et consueta salutis documenta replicans, seque illis commendans, ad ultimum ait, futura praenuntians: *Sabbato venturo, filii carissimi, magnam scitote futuram serenitatem caeli. Serenissimus enim sabbati dominus mihi servo suo fideli sabbatum requietionis*[1] *dabit, et pertaesum labore sex dierum hujus saeculi, in septima sine vespera omni labore liberum transportabit. Terrae igitur matri quod suum est reddite: nam Deus, vita mea, recipiet quod inspiravit in faciem meam spiraculum vitae. Vos etiam obsecro, fratres, et nunc pro vobis sollicitus, ut numquam a memoria vestra discedat qui semper et ubique vobiscum*[2] *est Dominus.*

20. Dicebat haec aliaque similia, et quasi ad pascha superventurum se praeparans, sordes et contagia circumstantium atque lugentium sacra ac multimoda admonitione eluebat, nunc de his quae relinquebat castigando retrahens, nunc ad ea ad quae transmigrabat instigando impellens. Venit quod praedixerat sabbatum, et ecce repente in cella ubi aeger recumbebat auditur frequentia, audiuntur voces, quas lingua edicere nec vox potest resonare mortalium. Cesserunt lacrimae, stupor et exstasis omnes invasit, miraculo et terrore omnes tenuere silentium. Audiebantur carmina sexuum* diversitate diversa, nec qui essent cantores corpulentia tenebrosa et fragilis videre praevalebat. Hoc tripudio, hac symphonia laetitiae exempta de corruptibili carcere sancti pontificis anima, velut nivea columba[1] ad caelum libera evolavit, videntibus cunctis quorum Deus oculos ut videre mererentur aperuit. Ille felix et beata anima illud unum quod in evangelio necessarium Salvator dicit ab eodem Salvatore perenniter et feliciter recipit, per eundem qui vivit et regnat per omnia saecula saeculorum. Amen. **Explicit**[2].

* *ky.* sensuum?

Num. 19. — [1] [illegible] [2] [illegible]
Num. 20. — [1] [illegible] [2] [illegible]

DXLV. Codex signatus num. 11758.

Olim « Liber Sanctae Mariae de Regali monte » (fol. 188r), deinde, « Ex dono Clarissimi Viri Wionis Herovallii publicarum rationum Auditoris, 1678 » (fol. 1r), San-Germ., prius 807, recentius 72.

Foliorum 188, maj. (0m,465×0,34), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° [Vita sancti Carilephi] (fol. 1r-5v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Jul., tom. I, p. 90-98.

2° Passio sancti Salvii episcopi, cujus natalis celebratur kalendis julii (fol. 5v-9v).

Ed. ibid., ad d. 26 Jun., tom. V, p. 198-204. Passioni praefixa sunt nonnulla excerpta ex lib. v Gregorii Turonensis *Hist. Franc.*, scilicet ex capp. 45, 51, 35, hinc inde paucis sententiis interpositis quibus haec fragmenta connectuntur.

3° Passio sanctorum Processi et Martiniani, quorum natale colitur VI nonas julii (fol. 9v-10r).*

4° Vita sancti Goaris, cujus festum colitur II nonas julii (fol. 10r-13r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Jul., tom. II, p. 333-37.

5° Passio sanctae Felicitatis cum VIItem filiis suis, [quae] VI idus julii recolitur (fol. 13r-13v).*

6° Translatio corporis sancti Benedicti et sanctae Scholasticae sororis ejus, vto idus julii celebranda (fol. 13v-15v).*

7° Passio sanctae Margaritae virginis et martyris (fol. 15v-18v).*

Stilo diverso.

8° Passio sancti Eugenii episcopi [Carthaginensis], quae celebratur III idus julii (fol. 18v-30r).

Auctore Victore Vitensi, ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Jul., tom. III, p. 495-508.

9° Relatio Pastoris de sancta Praxede virginis, quae migravit ad Dominum XII kalendas augusti (fol. 30r-30v).*

10° Vita sanctae Mariae Magdalenae, cujus festum est XI kalendas augusti (fol. 30v-32v).

Sermo Odonis, ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jul., tom. V, p. 218-22, num. 170-86.

11° Relatio qualiter beata Maria Magdalena pervenerit in Aquensem provinciam (fol. 32v-33r).

Ed. ap. Faillon, *Monuments*, etc., tom. II, p. 133-36. Om. ultima phrasis *(Femina enim nulla...)*

12° De translatione corporis beatae Mariae [Magdalenae] (fol. 33r-34v).

Convenit cum cod. Namurcensi 53 (*Anal. Boll.*, tom. I, p. 516, 69° et tom. II, p. 321).

13° Miracula post ejus translationem patrata (fol. 34v-35v).

Ed. apud Faillon, tom. II, p. 737 sqq ; scilicet num. 4 et num. 5 usque ad verba *pendere in oratorio eosdem rogavit.* Deinde sequitur : *Mirifica perfectae fidei executio. Exiliere nempe a multorum cruribus vincula ferrea. Non est enim inconveniens* (p. 729, lin. 16 a fin.)..., usque ad *interjacente consecutus est* (p. 742).

14° Passio sancti Apollinaris episcopi, recolenda x kalendas augusti (fol. 35v-38r).*

15° Miracula per eundem facta (fol. 38r-41r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Jul., tom. V, p. 353-58.

16° Passio sanctae Christinae virginis, cujus natale est IX kalendas augusti (fol. 41r-44r).*

17° Passio sancti Jacobi apostoli, completa octavo kalendas augusti (fol. 44r-45v).*

18° Passio sancti Christophori, cujus natale celebratur VIII kalendas augusti (fol. 45v-48r).

Satis convenit cum Passione ed. *Anal. Boll.*, tom. I, p. 122 sqq.

Inc. prol. *Laudabillima Christi martyrum certamina jucundissimum pro certo videtur atque utillimum promere circumquaque orbi terrae, quatinus eorum felici victoria fides credentium augeatur et in filiis suis mater Ecclesia laetetur...*

Inc. Passio. *Tempore quo iniquissimo errore gentilium simulacra dàemonum colebantur, exiit edictum a principibus ut omnes veri Dei cultores immundarum escarum idolatra degustarent... Tunc itaque inter ceteros comprehensus est vir quidam terribilis aspectu, qui lavacro regenerationis honoreque Christi Christoforus vocabatur.*

19° Passio sancti Cucuphatis, celebranda VII kalendas augusti (fol. 48r-50r).

Ed., stilo paululum immutato, ap. Surium, ad d. 25 Julii (p. 298). Ad calcem,

praeter mentionem translati corporis Parisios ad Sancti Dionysii, nulla addita est commemoratio personarum.

20° Relatio septem Dormientium (fol. 50r-53r).

Ed. *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 252-59.

21° Passio sancti Pantaleonis (fol. 53r-55v).*

Stilo diverso et omissis prodigiis quae mortem martyris subsecuta sunt.

22° Passio sanctorum Nazarii et Celsi, quorum natale celebratur v kal. augusti (fol. 55v-60r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 179v-84v.

23° Vita sancti Samsonis (fol. 60r-70r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Jul., tom. VI, p. 573-91.

24° Revelatio quae ostensa est sancto papae Stephano et memoria de consecratione altaris sanctorum Petri et Pauli... (fol. 70r-70v).

Ed. ap. Surium ad d. 9 Octobris (p. 130).

25° Passio sancti Felicis papae urbis Romae, IIII kalendas augusti colenda (fol. 70v-71r).*

26° [Passio] sanctorum Simplicii, Faustini et Beatricis, quorum natale colitur IIII kalendas augusti (fol. 71r-71v).*

27° Vita sancti Lupi [Trecensis episcopi], cujus transitus colitur IIII idus augusti (fol. 71v-72v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Jul., tom. VII, p. 69-70. In cod. stilus est aliquantulum perpolitus.

28° Passio sanctorum Abdon et Sennis, III kal. augusti completa (fol. 72v-74r).*

Major illa Passio, quae complectitur martyrium sancti Polychronii et sanctae Olympiadis.

29° Vita sancti Germani episcopi [Autisiodorensis]; ejusdem transitus colitur II kalendas augusti (fol. 74r-83v).*

Om. lib. I n. 18.

30° Argumentum de celebratione festivitatis quae vocatur sancti Petri ad vincula (fol. 83v).

Inc. *Hujus diei observantiam a ritibus gentilium mutuavit ecclesia fidelium....*

Des. *Sed haec in sua loca abeant : qui autem de urbe pacis haec legerint, in senatu caeli consulant.*

31° Passio sanctorum Macchabaeorum, quorum natalicia celebrantur kalendas augusti (fol. 83ᵛ-86ᵛ).

Ex Flavio Josepho, ut in codd. 5296 et 5296 B (supra, tom. I, pp. 575, 588).

32° Passio sancti Eusebii Vercellensis episcopi, kalendis augusti completa (fol. 86ᵛ-91ᵛ).*

Multae occurrunt lectiones variantes, et in fine deest clausula *Praecepit enim idem beatissimus Eusebius...*

33° Passio sanctarum virginum Spei, Fidei atque Caritatis, kalendis augusti celebranda (fol. 91ᵛ-93ʳ).

Ed. *Legenda Aurea* (Colon. 1483), fol. 443-44.

34° Passio sancti Felicis [Gerundae], kalendis augusti completa (fol. 93ʳ-94ᵛ).

Bene convenit cum cod. Brux. 98-100 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 34, 61°).

35° Passio sancti Stephani papae (fol. 94ᵛ-97ʳ).*

36° Revelatio sancti Stephani protomartyris et sanctorum Gamalielis, Nicodemi et Abibon, III nonas augusti celebranda (fol. 97ʳ-98ᵛ).*

37° Vita sancti Cassiani episcopi et confessoris, cujus transitus colitur nonas augusti (fol. 99ʳ-100ʳ).

Ed. ex hoc cod. *Act. SS.*, ad d. 5 Aug., tom. II, p. 64-65.

38° Vita sancti Memmii episcopi, cujus transitus celebratur nonas augusti (fol. 100ʳ-101ʳ).

Ed. ibid., p. 11-12, multis lectionibus variantibus. In fine addita sunt ed. ibid., p. 7, num. 19-21, de inventione corporis S. Memmii.

39° Passio beati Sixti papae et sanctorum Felicissimi et Agapiti diaconorum, VIII idus augusti (fol. 101ʳ-102ʳ).*

40° Passio sancti Donati, cujus natalis celebratur VII idus augusti (fol. 102ʳ-102ᵛ).

Compendium Passionis ed. ap. Mombritium, tom. I, fol. 234ʳ-35ᵛ.

41° Passio sancti Cyriaci sociorumque ejus (fol. 102ᵛ-104ᵛ).*

Scilicet Passio sancti Marcelli.

42° Passio sancti Laurentii archidiaconi, IIII idus augusti celebranda (fol. 104v-106v).*

In fin. add. ex Gregorio Turonensi *In gloria martyrum*, capp. 41, 45. Hic excisa sunt folia nonnulla : nam in fine folii 106v legitur haec rubrica : *Incipit prologus Deodati in vitam sancti Taurini episcopi*, fol. vero 107r-v descriptum est fragmentum passionis sanctorum Hippolyti et sociorum ejus.

43° Vita sanctae Radegundis, cujus transitus colitur idus augusti (fol. 107v-111r).*

Subjuncta sunt (fol. 111r-115v) Vita auctore Baudonivia, ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Aug., tom. III, p. 74-83, et (fol. 115v-116r) ex Gregorii Turonensis *Hist. Franc.* lib. VI, cap. 29.

44° Vita [sancti] Deicoli abbatis, cujus transitus colitur XV kalendas septembris (fol. 122v-128r).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 103-16.

45° Vita sancti Arnulphi, cujus transitus colitur XVII kalendas septembris (fol. 128r-131r).*

46° Passio sancti Mammetis (fol. 131r-133r).

Ed. apud Mombritium, tom. II, fol. 69r-70v.

47° Passio sancti Agapiti (fol. 133r-134r).*

48° Vita sanctae Helenae, cujus transitus colitur XV kalendas septembris (fol. 134r-146r).

Auctore Almanno, ed. *Act. SS.*, ad d. 18 Aug., tom. III, p. 580-99. Add. ed. ibid., p. 601-3, num. 10-17, et p. 617, numm. 75, 76; ac tandem *Epitaphium sanctae Helenae*, quod inc. *En Constantini genetrix et clara repertrix Ligni quod pretium mundi libravit et unde...*

49° Vita sancti Philiberti abbatis, cujus transitus colitur XIII kalendas septembris (fol. 146r-149v).

Ed. ibid., ad d. 20 Aug., tom. IV, p. 75-80.

50° Passio sancti Timothei, XI kalendas septembris completa (fol. 149v-150r).*

Lectionibus variantibus ut in cod. Brux. 98-100 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 40, 84°).

51° Passio sancti Symphoriani (fol. 150r-151v).

Acta illa fusiora de quibus *Act SS.*, ad d. 22 Aug., tom. IV, p, 493-94, num. 14-15. Insuper animadvertendum est in cod. deesse quae in Passione num. 10 uncinis sunt inclusa, itemque num. 12 verba *non longe a basilica... virtute donat*. Add. ex Gregorio Turonensi *In gloria martyrum*, cap. 52.

52° Passio sancti Bartholomaei, IX [kalendas] septembris completa (fol. 151v-153v).*

53° Passio sanctorum martyrum qui nuncupantur Massa candida, IX kalendas septembris celebratur (fol. 153v-154v).

Ed. ope hujus cod. *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 643-50.

54° Vita sancti Audoeni, cujus transitus colitur IX kalendas septembris (fol. 154v-160r).

Auctore Fridegodo, ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Aug., tom. IV, p. 810-19.

55° Passio sanctorum Eusebii, Vincentii, Peregrini et Potentiani, VIII kalendas septembris complenda (fol. 160v-162r).

Passio interpolata, de qua *Act. SS.*, ad d. 25 Aug., tom. V, p. 112, num. 9.

56° Passio sancti Genesii Arelatensis, VIII kalendas septembris completa (fol. 162r-162v).*

Ut plurimum omm. quae in ed. uncinis inclusa sunt.

57° Passio sancti Genesii [mimi], VIII kalendas septembris completa (fol. 162v-163v).

Ed. ap. Mombritium, tom. I, fol. 333r-v.

58° Vita sancti Augustini episcopi, cujus transitus celebratur V kalendas septembris (fol. 163v-172r).*

59° Passio sancti Juliani, cujus natalis colitur V kalendas septembris (fol. 172r-179v).

Scilicet *a*) Praefatio Gregorii Turonensis, ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Aug., tom. VI, p. 176, cui annexa est prima phrasis num. 2 (*Sic-desideravit*), et add.: *De cujus gestis et miraculis pauca juvat historico explicare stilo. Sed dum copiosum egregii certaminis opus sermo succinctus aggreditur, pauca, ut dixi, perstringenti deprecor veniam condonari, quod me minus vel idoneum vel peritum ad haec narranda cognosco, nec imbutum grammaticis artibus nec litteris liberalibus eruditum. Sed quid facio, quod impellit me amor patroni ut nequeam silere? Aggrediar ergo ut possum, quia apud Deum non reor de sanctorum agonibus requiri amplius quam vicisse, nec cucurrisse plurimum, sed cursum consummasse propositum. Ipse enim licet perseverantium pugnas et victorias ad suam recognoscat pertinere laudem, similes tamen sive brevi sive longo praelio vincentibus parat coronas. Quare nihil differt quibus monimentis fortia triumphatorum facta pandantur vel venerabilium rerum ordo memoriae mande-*

tur, dummodo constet ut, sicut praedicandum caelestis athletae conflictum sub divini remuneratoris obtutu perpetuis litteris superna dipingit historia, ita posteritati imitationis causa ad sequendam christianae religionis fidem sermo fidelis eundem conflictum percurrat. b) Passio ed. ibid., p. 174-75. *c)* Inde resumptum est opusculum Gregorii a medio num. 3 (*Caput quoque ejus Ferreolus...*) usque ad fin. (p. 177-87).

60° Vita sanctae Sabinae virginis et martyris [Romae] (fol. 179v-180r).*

61° Vita [sancti] Agili abbatis, cujus transitus colitur III kalendas septembris (fol. 180r-184r).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 316-26.

62° Passio sanctorum Felicis et Adaucti, III kalendas septembris (fol. 184r).*

63° Vita sancti Turiavi archiepiscopi (fol. 184r-185r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Jul., tom. III, p. 617-18.

64° Vita sancti Alexii (fol. 185r-186v).*

65° Passio sancti Ionii (fol. 186v-188r).

Passio illa longior, de qua *Act. SS.*, ad d. 5 Aug., tom. II, p. 14, num. 6.

66° Narratio Gregorii Turonensis de sancta Radegunde regina (fol. 188r).

Scilicet lib. *In gloria confessorum* cap. 105.

DXLVI. Codex signatus num. 11759.

Olim, « Ex dono clarissimi viri Antonii Wionis Herovallii publicarum rationum auditoris », San-Germ., prius 809, recentius 502.

Foliorum 297, maj. (0m,375×0,267), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1° [De sancto Silvestro] (fol. 1r).

Finis illius additamenti quod saepe reperitur in Vita sancti Silvestri, in quo agitur de condita urbe Constantinopoli.

2° Passio sanctae Columbae virginis et martyris, quod est pridie kalendarum januarii (fol. 1r-2v).

Proprius accedit ad Passionem ed. ex cod. Brux. 1820-27, *Cat. Brux.*, tom. I, p. 302-6, aliquanto tamen brevior.

3° Vita sanctae Euphrosynae virginis (fol. 2v).*

Initium Vitae. Sequitur, praeter alia, (fol. 4v) *Hymnus sancti Hilarii episcopi et confessoris*, qui inc. *Lucis largitor splendide.*

4° Passio sancti Felicis presbyteri Nolani, quod est XIIII° die kalendas januarii (fol. 4v).*

Initium passionis S. Felicis presbyteri Romani.

5° Sermo sancti Hieronymi presbyteri ad Paulam et Eustochium de assumptione beatissimae et gloriosae semper virginis Mariae (fol. 5v-12r).

Ed. P. L., tom. XXX, p. 122-42.

6° Vita sancti Arnulphi episcopi et confessoris (fol. 23r-26r).*

Add. ex libro Pauli Warnefridi ed. *Act. SS.*, ad d. 18 Jul., tom. IV, p. 446-47.

7° Passio sancti Agapiti martyris, quae est XV° kalendas septembris (fol. 26v-27v).*

8° Vita sancti Bernardi Claraevallis abbatis (fol. 27v-43r).

Auctore Alano, ed. P. L., tom. CLXXXV, p. 469-524.

9° Passio [sancti] Timothei martyris, quae est XI° kalendas [septembris] (fol. 43r).

Bene convenit cum Passione ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Aug., tom. IV, p. 534-35. Om. num. 4.

10° Passio sancti Symphoriani martyris, quae est XI° kalendas septembris (fol. 43r-44r).

De qua ibid., p. 493-94, num. 14-15.

11° Passio beati Bartholomaei apostoli, IX° kalendas septembris (fol. 44r-46r).*

12° Vita sancti Audoeni, cognomento Dadonis, episcopi et confessoris, quae est IX° kalendas septembris (fol. 46r-48r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Aug., tom. IV, p. 805-9.

13° Passio sanctorum martyrum Eusebii, Vincentii, Peregrini et Pontiani, quae celebratur VIII° kalendas septembris (fol. 48r-49r).

Ed. ibid., ad d. 25 Aug., tom. V, p. 115-16.

14° Passio sanctorum martyrum Timothei et Apollinaris, quae est IX° kalendas septembris (fol. 49r-50r).

Ut in cod. Brux. 98-100 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 40, 84a).

15° Passio sancti Genesii martyris, quae celebratur VIII° kalendas septembris (fol. 50r).

Ex Adone ad d. 25 Aug. (P. L. tom. CXXIII, p. 335).

16° Vita sancti Caesarii Arelatensis episcopi et confessoris, quae est VI° kalendas septembris (fol. 50r-59r).

Auctoribus Cypriano, Firmino et Viventio, ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Aug., tom. VI, p. 64-83.

17° Vita sancti Augustini episcopi et confessoris et doctoris, quae est V° kalendas septembris (fol. 59r-60v et 282r-287v).*

18° Vita sancti Aegidii abbatis, quae est kalendis septembris (fol. 61v-63v).*

19° Passio sancti Aigulphi abbatis et martyris, quae est III° nonas septembris (fol. 63v-67r).

Auctore Adrevaldo, ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Sept., tom. I, p. 747-55.

20° Miracula ejusdem sancti Aigulphi (fol. 67r-69r).

Ed. ex hoc cod. ibid., p. 758-63.

21° Passio sancti Marcelli martyris [Cabilonensis], quae est II° nonas septembris (fol. 69r-70v).

Ed. ibid., ad d. 4 Sept., tom. II, p. 199-200.

22° Passio sancti Memorii sociorumque ejus, quae celebratur XIII° idus septembris (fol. 70v-71r).

Excerpta ex Vita S. Lupi ep. Trecensis, ed. ibid., ad d. 29 Jul., tom. VII, p. 72-82; scilicet hujus Vitae numm. 31 et 37-44.

23° Vita sancti Evurtii episcopi et confessoris, quae celebratur VII° idus septembris (fol. 71r-73v).*

24° Liber de conceptione et nativitate beatissimae virginis Mariae (fol. 73v-75r).

Narratio valde contracta ex Pseudo-Matthaei Evangelio, ed. apud Tischendorf, *Evang. Apocr.*, p. 52-83.

25° Passio [sancti] Adriani sociorumque ejus (fol. 76v-80r).*

26° Passio sanctorum martyrum Gorgonii et Dorothei, quae celebratur VI° idus septembris (fol. 87v-89r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 9 Sept., tom. III, p. 340-42.

27° Passio beatorum martyrum Proti et Hyacinthi et Eugeniae virginis et martyris (fol. 89v-93v).*

28° Narratio de exaltatione sanctae crucis (fol. 93v-94r).*

29° Passio beati Cornelii papae et martyris, quae celebratur XVIII° kalendas octobris (fol. 94r-94v).*

30° Item aliis verbis passio beati Cornelii papae (fol. 94v).

Ed. supra in cod. 5353, tom. II, p. 306 (*Tempore Valeriani...*).

31° Passio beati Cypriani martyris, quae est XVIII° kalendas octobris (fol. 94v-95r).*

Acta proconsularia.

32° Miraculum beatae Mariae (fol. 97r).

33° Passio beatae Euphemiae virginis et martyris, quae celebratur XVI° kalendas octobris (fol. 97r-99v).*

34° Vita et passio sancti Lamberti, quae celebratur XV° kalendas octobris (fol. 99v-103r).

Auctore Stephano, ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Sept., tom. V, p. 581-88.

35° Vita sancti Sequani abbatis, quae celebratur [XIII] kalendas octobris (fol. 103r-105r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Sept., tom. VI, p. 36-41.

36° Passio [sancti] Matthaei apostoli et evangelistae, quae est XI° kalendas octobris (fol. 105r-107v).*

37° Passio sanctorum Mauritii sociorumque ejus, quae celebratur X° kalendas octobris (fol. 107v-109v).*

Om. epistola Eucharii et inter numm. 9 et 10 insertum est exordium num. 11 (usque ad *esse dignoscitur*).

38° Conversio et certamina beatae Theclae virginis, quae est... kalendas octobris (fol. 109v-111v).*

39° Passio sanctorum Andochii, Thyrsi et Felicis martyrum, quae celebratur VIII° kalendas octobris (fol. 111v-112v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Sept., tom. VI, p. 675-77. Num. 11 legitur lectio varians indicata ibid., p. 677, ann. *bb*.

40° Passio sanctorum martyrum Florentini et Hilarii, quae est v° kalendas octobris (fol. 112ᵛ-114ʳ).

Ed. ibid., ad d. 27 Sept., tom. VII, p. 420-22.

41° Passio sanctorum Cosmae et Damiani, quae celebratur v° kalendas octobris (fol. 114ʳ-115ᵛ).

Passio quarta, ed. ibid., p. 444-47. Om. prima phrasis *(Licet-festinare)*.

42° Miraculum legendum ad mensam in sollemnitate [sancti] Michaelis archangeli (fol. 115ᵛ-116ᵛ).*

Scilicet apparitio S. Michaelis in monte Gargano.

43° Vita sancti Hieronymi presbyteri et confessoris, quae celebratur II° kalendas octobris (fol. 118ʳ-120ᵛ).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 201-14. Om. prologus et Vita desinit ut indicatur ibid., p. 213, not. *c*.

44° Vita sancti Remigii Remensis archiepiscopi et confessoris, quae celebratur kalendis octobris (fol. 120ᵛ-132ᵛ).*

Auctore Hincmaro.

45° Passio sancti Piatonis martyris, quae celebratur kalendis octobris (fol. 132ᵛ-134ʳ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Oct., tom. I, p. 57-58. Add. ed. ibid., in annot., pp. 59, 60.

46° Vita sancti Sereni confessoris (fol. 134ʳ-136ᵛ).

Ed. ibid. p. 327-333. Omm. ultimi numm. 35-39, quorum loco concluditur Vita hujusmodi epilogo : *Interim obsecro te, quicumque es, materiam nostrae exiguitatis, ut magis studeas beati viri imitari virtutum exempla, quam considerare barbarismi ac soloecismi verba incomposita. Quicumque sim, parvus ingenio, indoctus eloquio, accipiens tantae sarcina[m] molis, viris quoque peritissimis formidandam. Unde scias pro certo me non temere hoc praesumpsisse, sed diu restitisse ac spre-*
visse. Ad hoc etiam maxime provocatus accessi, ne diutius occultarentur* praeclara miracula beati viri. Quod si aliquis priorem gestam, quam quidam dicunt furatam esse, quidam igne crematam, recuperare quiverit, istam per eam studeat emendare, sciens nos istic posuisse magis audita quam visa. Quapropter si quid criminis inde qualicumque modo acquisivimus, sancti meritis Sereni mereamur expiari. Legentibus vero et imitantibus interventu hujus sancti caelestis regni januam aperiat Dominus Jesus Christus. [illegible] praepositus est prologus, qui inc. Secesse est igitur ut ad [illegible] ti Sereni vitam amminiculum

* cod. abscessi.

nostri imploremus Conditoris, qui se fideliter petentibus tribuit sapientiam affluenter.

47° Vita et passio sancti Leodegarii episcopi et martyris, quae celebratur VI° nonas octobris (fol. 136ᵛ-140ᵛ).*

Ed. ibid., ad d. 6 Jul., tom. II, p. 333-37.

19° Passio sancti Procopii martyris (fol. 114v-115r).

Ed. ibid., ad d. 8 Jul., p. 556. Pro *Desii* (num. 2 fin.) legitur in cod. *dies erat*.

20° Passio septem Dormientium (fol. 115r-122v).

Ed. *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 252-59.

21° Vita sancti Alexis confessoris (fol. 122v-125v).*

22° Passio sancti Leodegarii martyris (fol. 125v-129v).*

Om. prologus, et Vita desinit in verbis *ostendit in populo* (num. 17 med.). Sequuntur miracula post mortem sancti patrata, ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Oct., tom. I, p. 442, num. 70-73.

23° Vita sancti Wingualoei confessoris (fol. 129v-132v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Mart., tom. I, p. 254-55, num. 1-14; inde sequuntur ea quae edita sunt *Anal. Boll.*, tom. VII, p. 234-36 (*Consuetudo autem erat — sed suam consuetudinem*, extr. cap. 22), quibus haec subnectuntur : *usque ad vastationem supradicti monasterii peregerunt; nam Franci supervenientes vastaverunt Britanniam et beatus Ethbinus Hiberniae partes petens, in silva, quae Nectensis dicitur, tugurium fecit et in honore sancti Silvani martyris ecclesiam fabricavit, in qua assidue ut bonus servus Domino suo militavit. Beatus vero Wingualoeus supradictam insulam petens, discipulos in Dei servitio quam plures adunavit; cum quibus angelicam vitam actitare studuit, ubi etiam dulcem aquam suis orationibus manare fecit, ibique usque ad obitum degens, plurimarum virtutum egit insignia. Sed cum jam tempus evocationis suae e corpore adpropinquasset, eadem nocte, antequam subsequenti die sanctissima ejus anima tolleretur, revelatum est ei a Domino. Denique continuis confirmans praeceptis gregem sibi commissum, non cessavit aut praedicare aut orare, donec inter duorum monachorum brachia divinis sacrae missae officiis more suo completis, psallens novissimum inter angelicos, quos ipse videbat, choros, emisit spiritum. Quinto ita nonas martii sanctus obiit in pace Wingualoeus. Cujus sacrae iterum depositionis dies quarto kalendas maii ab antiquioribus sanctis patribus sancita est, ubi celebrior festivitas inter paschalia gaudia agitur, ad laudem et gloriam nominis Domini, qui in trinitate perfecta vivit et dominatur Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.*

DLXXII. Codex signatus num. 12605.

Olim « ex monasterio Beccensi », deinde San-Germ., prius 730, recentius 497. Foliorum 168, med. (0m,325×0,25), columnis binis, exaratus saec. XII. Avulsum est folium 50.

1° Vita sancti Amandi episcopi (fol. 1r-4v).*

2° Vita sancti Ansberti archiepiscopi Rotomagensis (fol. 4v-12r).

Auctore Aigrado, ed. *Act. SS.*, ad d. 9 Febr., tom. II, p. 347-56.

3° Vita sanctae Austrobertae virginis (fol. 12r-17r).

Ed. ibid., ad d. 10 Febr., p. 419-23. Sed non solum in Vita, ex Surio edita, immutatus est stilus, sed et praecipue in epistola dedicatoria excerpta ex codicibus mss. Hujus formam primigeniam ex codice Parisiensi videsis infra in Append.

4° Passio sancti Valentini presbyteri (fol. 17r-18v).*

5° Actus beati Mathiae apostoli (fol. 18v-22r).

Sermo Autperti, ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Febr., tom. III, p. 437-41.

6° Passio sanctae Honorinae virginis et martyris (fol. 22r-25r).

Quae scilicet edita est sub inscriptione *Acta sanctae Dorotheae et sociorum ejus*, ibid., ad d. 6 Febr., tom. I, p. 773-76.

7° Vita sancti Ambrosii episcopi Mediolanensis (fol. 25r-32r).*

8° Inventio sanctae crucis (fol. 32r-34r).*

9° Passio sancti Gordiani martyris (fol. 34v-35v).*

10° Passio sanctorum martyrum Nerei et Achillei (fol. 35v-40r).*

11° Passio sancti Pancratii martyris, quae celebratur IIII^to^ idus maii (fol. 40r-41r).*

12° Passio sancti Pontii martyris (fol. 41r-45r).*

13° Passio beatorum Nazarii, Gervasii et Protasii atque Celsi (fol. 45r-48r).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 50-54. Amplior tamen : non pauca enim illi inserta sunt ex Passione ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 302-7.

14° Tractatus sancti Ambrosii episcopi de inventione

sanctorum Gervasii et Protasii ad sororem suam Marcellam (fol. 48r-49v).

Ed. P. L. tom. XVI, p. 1019-26. Sed, avulso folio 50, desinit mutilus in verbis *Nisi qui in Patrem et Filium et Spiritum sanctum cre....* (p. 1025, n. 21).

15° [Vita sancti Basilii] (fol. 51r-59v).*

Initio mutila. Desiderantur prologus et ea quae narrata sunt num. 15-17.

16° Passio sanctorum Cyrici et Julittae matris ejus, quae est sexto decimo kalendas julii (fol. 59v-62v).*

In fine add. tredecim *Versus in memoria Hunchaldi, qui hanc passionem emendavit.*

17° Vita sancti Remigii Remensis archiepiscopi (fol. 62v-73v).*

Auctore Hincmaro. Omm. prol. et num. 119 cum reliquis.

18° Vita sancti Marcialis Lemovicae civitatis episcopi (fol. 73v-85r).*

19° Passio sancti Arnulfi episcopi et martyris (fol. 85r-91r).

Ed. supra ex cod. 5271, tom. I, p. 415-28.

20° Gesta beatae Mariae Magdalenae (fol. 91r-98r).

Ut supra (p. 130, 38°) in cod. 12602. Sed hic sermo Odonis descriptus est totus, et insuper annexa sunt miracula ed. apud Faillon, p. 737-42, inde a verbis *Apud Arvernensem...*, omissis tamen § *In castro Nuceriis...* et tribus continuo sequentibus.

21° Vita sancti Germani Autisiodorensis episcopi (fol. 98r-110v).*

In fine additum est compendium miraculorum quae leguntur *Act. SS.*, tom. VII Jul., p. 275-77, num. 96-104.

22° Passio sancti Bartholomaei apostoli (fol. 110v-113r).*

23° Vita sancti Audoeni archiepiscopi Rotomagensis (fol. 113r-119v).

Auctore Fridegodo, ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Aug., tom. IV, p. 810-19.

24° Vita sancti Hildeverti episcopi et confessoris (fol. 119v-121v).

Unde excerptae sunt lectiones antiquae, quarum partes aliquas edidit Hen-

schenius noster ad d. 27 Maii, tom. VI, p. 712-13, num. 1-7. Hanc Vitam integram legesis infra in Append.

25° Relatio qualiter inventum sit caput sancti Joannis praecursoris Domini (fol. 121v-125r).

Scilicet *a*) Compendium prologi ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Jun., tom. IV, p. 757, num. 254; *b*) Translatio Emesam *(Duo monachi...)*, ed. ibid., p. 716-18; *c*) Narratio Marcelli *(Apparuit ter beatissimus...)*, ed. ibid., p. 724-28.

26° Item alia relatio de revelatione seu translatione capitis ejusdem praecursoris Christi in occidentali parte Aquitaniae (fol. 125r-126v).

Scilicet, sed diverso stilo, narratio fabulosa Angeriacensium, ed. ibid., p. 758-59.

27° Passio sanctorum martyrum Felicis et Adaucti (fol. 126v-127r).*

Paulo amplior quam edita. Inc. *Cum furor Diocletiani et Maximiani sanctos Dei diversis poenis interficeret....*

28° Vita beati Agili abbatis (fol. 127r-132v).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 316-26.

29° Vita sancti Aegidii abbatis (fol. 132v-136r).*

30° Vita sancti Evurtii episcopi et confessoris (fol. 136r-140r).*

31° Libellus beati Hieronymi presbyteri de nativitate sanctae Mariae (fol. 140r-143r).

Scilicet *a*) Prologi instar duplex epistola Hieronymi, altera ed. supra, tom. I, p. 92, altera ed. apud Tischendorf, p. 53 in nota; *b*) Evangelium de nativitate Mariae, ed. ibid., p. 113-121, omisso capite 1.

32° Publica paenitentia Theophili, qui Christum negavit et interventu beatae Mariae veniam promeruit (fol. 143r-147r).*

33° Passio sancti ac praeclarissimi Adriani martyris sociorumque ejus (fol. 148v-154v).*

34° Passio sanctae Eugeniae virginis et sanctorum Proti et Hyacinthi eunuchorum (fol. 154v-159r).*

35° Vita sancti Maurilii Andegavensis civitatis episcopi (fol. 159r-166r).*

Om. index capitulorum.

36° Relatio de sancta cruce (fol. 166r-167v).*

37° Passio sancti Cornelii papae urbis Romae (fol. 167ᵛ-168ʳ).*

38ʳ Passio sancti Cypriani episcopi (fol. 168ʳ-168ᵛ).*

Auctore anonymo.

Appendix ad cod. 12605.

EPISTOLA DEDICATORIA ET PRAEFATIO IN VITAM Sᵃᵉ AUSTROBERTAE (Cfr. supra, p. 134, 3°).

Incipit prologus in vitam sanctae Austrobertae virginis.

Si ruinis mundus et, velut arbor incisa securibus una in parte casura, penitus inclinatus, ab hominibus retrahi et quibuslibet argumentis potuisset subponi, quo facilius mens humana, longaevitate temporum certa, fabricandi quippiam aut scribendi sumpsisset fiduciam, ita ut ipsa artifices artificium suum facultatem utendi aetas longaeva protraheret, opusque fructum atque perfectum fruendi causa humana procreatio durans in aevo constaret, licet jam a sonitu tantae concussionis in universo mundo dudum cunctae generaliter cessaverint artium disciplinae, surgeret tamen modo hominum nova progenies et velut e radice germinans rediviva praecipue philosophiae jucunditas pullularet. Ego igitur, a te, o venerabilis mater Christique discipula Julia, quamquam inertia soporeque depressus, tandem excitatus tuo [desiderio]* ipso, et tactus dolore cordis intrinsecus, dum tanta ignorantia et imperitia me cernerem deprehensum, ut ad perficiendum opus quòd injungebas penitus forem inefficax, quid aliud agerem, quam ut peregrinatione suscepta orientalium partium regiones lustrare festinans, terras penetrare, montium juga conscendere, maria transfretare aggrederer, ibique unum e pluribus, quos illae regiones habere solebant, Tullium videlicet aut Demosthenem, perquirens, disciplinis suis me traderem ejusque ad tempus omni me servitio subjugarem, quatinus aliquantisper imbutus, vitamque illi committerem verbis, quasi Josephus aut Caesariensis Eusebius, vel etiam, ut dicere nefas est, noster quondam Hieronymus residerem, et non solum ea tibi quae a te jussa sunt eleganti sermone digesta breviter luculenterque ediderim, verum etiam praesentibus temporibus quicquid e mundo accidens casu sive de industria evenisset, ad cognitionem humani generis stilo illustrassem? Nunc igitur, cum aliter mundo evenire non posse manifestum est nisi ut velociter cum his omnibus quae in eo sunt dissolvatur et pereat, ita ut nec his paene sufficiat qui eo praesenti tempore utuntur, quanto magis* futuris, dum non erunt, aliquid sit intentionis relinquendum, quid aliud unumquemque oportet magis, ut intra quan-

* *vox deleta.*

* *leg.* minus?

tulumcumque cubiculum residens, vitam suam potius a vitiis corrigere studeat, quam laudem ab hominibus quaerens, aliorum virtutes tantum verbis nitatur non operibus explanare? Nec hoc ideo dicimus, quasi non videatur bonum aut sanctum vitas atque virtutes sanctorum commemorari : quia quando de ipsis loquimur, tunc corda nostra salubrius compunguntur, et si imitari mens nostra non valet quod recolit, saltem ex auditu aut lectu desiderio inflammatur atque accenditur; sed quia ad nostram excusationem multa jam opponere temptavimus, ut, si possibile fuisset tuis imperiis contraire, ab hoc negotio volueramus declinare : quia valde videtur difficile eructare hominem quod in cibo non sumpserit, aut aliquid docere nisi prius didicerit. Nam cum ego minime sim talenti ditus officio aut usus aliquo ingenio, quomodo, si annisus fuero, potero umquam evadere sine periculo? Etenim si aggredi temptavero, vereor ne mihi contigat quod cuidam contigisse audivi. Nam rogatus a quibusdam, viri reverentissimi Philiberti, monasterii Gemeticensis quondam abbatis, vitam atque conversationem diligentius exarare, ilico scribere conatus est. Cum autem ad manus cujusdam legendi gratia pervenisset, despexit et arrisit et longe aliter textum et ordinem multo melius dissimiliter immutavit. Ego tamen utrumque bene fecisse existimo. Nam ille qui prior mente devota juxta vires petentibus fratribus satisfecit, nisi hoc fecisset, ejus animum, qui post fecit, ad faciendum nullatenus provocasset. Et utinam huic similiter eveniret opusculo. Nam optabam in modico simplicitei tantum significare, ac si divinitus, quod praecipis. Provocatus itaque, commotus tremensque verba Domini, dum Deum requiescere et inhabitare perspexerit, debet tunc magnopere totis nisibus laborare ne occultentur opera Christi, sed magis lucerna jam semel accensa, non sub modio sed super candelabrum posita, lucens omnibus qui in domo sunt, non solum praesenti tantum tempore Christi fidelibus exstinguatur aut abscondatur, verum ad posteritatis augmentum a quovis oratoris facundia frustrato vel ludentis philosophiae peritia alieno, rustico videlicet impolitoque sermone, ut indeficiens luceat jugiterque resplendeat optabam, exempli causa quantulocumque pagano litteris commendetur, ut sicut illi qui, paulo ante corporeis oculis intuentes, per semetipsos magnalia viderunt, ita hi qui legendo revocant ante oculos cordis praeterita, glorificent Deum Patrem qui est in caelis.

Item praefatio.

Cum igitur vitae vel gesta sanctorum narrando recoluntur, quid aliud quam laus vel gloria Dei praedicatur atque per hoc mentes audientium ad amorem caelestis patriae inflammantur? Qua de re poscentes auxilium omnipotenti Deo redemptori nostro, qui linguas infantium facit disertas et plectrum linguae asinae contra naturam olim vertit in eloquiis, ut et oris nostri januam aperiat apertamque adimpleat, quatinus cum fiducia dicere possim, sustentare eum qui lassus est verbo. Unde cum magna humilitate obsecro eos qui lecturi sunt, ut fidem

dictis adhibeant, neque me quicquam nisi a testibus fidelibus compertum scripsisse arbitrentur, quibus etiam interfuisse manifestum est, potiusque rem quam verba perpendant; quia regnum Dei non est in eloquentia, sed in fide constat atque virtute. Etenim non ab oratoribus sed a piscatoribus saeculo venisse salutem credendum est. **Explicit prologus.**

Vita S. Hildeverti episcopi Meldensis (Cfr. supra, p. 135, 24°).

Incipit vita sancti Hildeverti episcopi et confessoris.

1. **Lectio I^a^.** Beatus igitur Hildevertus, divinae dispositionis nutu Meldensium quondam episcopus, parentibus secundum mundanae excellentiae dignitatem haud infimis nec sacrae religionis ignaris noscitur procreatus. Pater itaque ejus dictus est Aldebertus atque supradictarum partium finibus creditur oriundus, nobilis quidem genere, sed nobilior fide; siquidem in elemosynis largus fuit ceterisque bonorum operum exhibitionibus, prout laicalis habitus permiserat, Deo devotus. Hic denique non causa exercendae voluptatis illicitae, sed gignendae prolis amore uxorem duxit, Evam nomine, moribus et genere sibi congruam, dilectam Deo et amabilem viro.

2. **Lectio secunda.** Qui cum sua se existimatione frustratum cerneret longo tempore, preces Domino cum uxore sua fertur fudisse, quatinus illis divina pietas in gignenda prole dignaretur adesse. Exauditis autem a Domino amborum precibus, nata est eis elegans soboles evolutis novem mensibus. Quod factum cernentes, beatus videlicet Aldebertus ejusque venerabilis conjux, ingentes Deo gratias egerunt, credentes tale tantumque beneficium divina propitiatione sibi fore collatum. Adscitique sunt ab eis quidam contribules prae gaudio optatae nativitatis masculae sobolis, ut et ipsis congratularentur, et nuper natus puer quo nomine censeri deberet sacri baptismatis regeneratione inter se praeviderent. Unde et ipsum puerulum Deo dilectum Hildevertum nomine vocantes abierunt. Nam cum paulatim coepisset crescere, videntes admirabantur elegantem formam ejusque pulchritudinem egregiam.

3. **Lectio III.** Ut autem de pluribus pauca edisseram, unius lustri transacto curriculo, traditur beato Faroni Meldensium episcopo, sacris divinarum scripturarum litteris imbuendus. Hunc denique vir sanctus cum gaudio suscipiens, infra breve temporis spatium novo ac veteri eum imbuit Testamento. Ipse autem puer, divina fultus clementia, licet aetate puer esset, moribus tamen grandaevus erat. Nam si quis sodalium suorum ei conviciaretur sive, quod pejus est, eum verberibus afficeret, gaudio magno repletus, propter nomen Domini patienter sufferebat. Videns quoque beatus Faro simplicitatem ejus necnon et patientiam, omnes ecclesiasticos gradus per ordinem ei committens, ad ultimum ordinatus est presbyter. Ab illo ergo die subtus ad carnem vestimento non est indutus alio nisi caprarum pilis contexto. Sed antea, dum adhuc in scholaribus moraretur disciplinis, mater

ejus migravit a saeculo. Pater enim illius, defunctae matris plus aequo condolens neci, ab ullo noluit consolari.

4. Demum vero ad beatum Faronem perveniens, omnem vim doloris ei patefecerat quem ex amissae contraxit absentia. Beatus itaque Faro multis verbis consolatus est eum, et ipse, velut bona terra semen, consolationis verbum suscipiens, laetus domum rediit, pro conjugis amissione Deo gratias agens. Iterum autem jam dictus episcopus vocavit ad se beatum Hildevertum et dixit ei : *Numquid non nosti, frater, quod Dominus Christus, cum dives esset, pauper pro nobis fieri dignatus est, pauperem pro se hostiam volens dari, ut sua nos paupertate ditaret hic fide et illic regni caelestis hereditate, quam promisit diligentibus se? Audi me et memor esto verbi dominici, quo dicitur* : « *Qui amat patrem aut matrem aut uxorem et cetera plus quam me, non est me dignus* », *sive* : « *Qui non renuntiat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus* », *et* : « *Vade, vendens omnia quae habes, da pauperibus et habebis thesaurum in caelo.* » Et paulo post beatus Hildevertus missarum sollemnia jam dicto patri * episcopi jussu celebravit. Quibus rite completis, valefaciens ei beatus antistes dimisit eum, deprecans ut ingrederetur monasterium jugi Deo famulaturus obsequio, juxta illud, quod scriptum est : *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.* Cumque omnia vendidisset, sicut ex verbis superioribus didicerat, affectu eximiae caritatis pauperibus erogavit, non ut propria largiens, sed ut aliena dispensans. Quibus ita gestis, ingressus est monasterium, et sic vitae peragens cursum, migravit ad Dominum, cum quo laureatus gaudet in saecula saeculorum.

* *sic.*

5. Igitur post obitum beati Faronis Hildevertus, vir Dei gratia plenus, episcopalem cathedram est adeptus. Factus est denique episcopus Dei judicio, clericorum et bonorum virorum paene omnium qui affuerant consensu et consilio. Quod autem mente credidit, et verbis docuit et opere complevit. Fuit itaque in elemosynis largus, in vigiliis sedulus, in oratione devotus, in caritate perfectus, in humanitate profusus, in doctrina praecipuus, in sermone praeclarus, in convers[at]ione sanctissimus. Sinceritatem mentis vultus sui serenitate monstrabat et pietatem clementissimi cordis ostendebat in lenitate sermonis. Quicquid ad salutem pertinere potuisset aeternam, non minus implebat operum studio quam sermonis praedicatione docebat.

6. Interea invidebat antiquus ille serpens et insatiabilis lupus felicibus ejus actibus, et quem bene stare viderat, maledicere aut per se aut per alios festinabat. Siquidem haud longe ab urbe Meldensi habebatur basilica in honore sanctae crucis constructa, in qua beati Faronis ejusdem urbis episcopi corpus quondam tumulatum fuerat; in cujus videlicet atrio mos Meldensium erat tam divitum quam et pauperum funera sepelire, et de suis facultatibus eidem ecclesiae conferebant prout facultas unicuique suppetebat. Sed quoniam ab ipso mundi primordio non defuerunt qui bonorum hominum actibus eorumque bonis a Domino

remunerationibus auctoritate ejus, quem paulo ante insatiabilem lupum praesignavimus, inviderent, fraudulenter quidam iniqui viri, cupiditatis et invidiae telis mente percussi, beati Hildeverti praesentiam adierunt, obnixe postulantes quatinus in atrio praedictae basilicae aliam eis liceret aedificare, frustra putantes aliena sese propriis usibus impune posse vindicare. Unde et contigit templum avaritiae studio aedificatum dedicationis diem nocte praecedente funditus corruisse, et, ut putamus, divina animadversione.

7. Quod factum cernens beatus Hildevertus, timore perterritus atque paenitentia ductus, quod nefandorum adquievisset suggestionibus, omnia quae habebat vendidit, pretioque eorum orphanis et viduis ceterisque pauperibus erogato, demum Romam pergens, Bonefacii papae praesentiam adiit, et in veritate confessus omnem rei seriem, quemadmodum gesta esset, paternitati ejus indicavit. A quo pie susceptus et, ut decebat, caritative tractatus, post satisfactionem postque missarum sollemnia plerumque ab eodem Hildeverto apud apostolicam sedem celebrata, lucerna Domini super candelabrum ponitur. Beatus videlicet Hildevertus a supradicto papa Bonefacio mittitur ad praedicandum, ut pecuniam sibi a Domino peregrinante creditam sic mutuo indigentibus largiretur, quatinus revertens Dominus augmentis multiplicatam reciperet, implens in eo illud evangelicum : *Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam.* Egressus itaque circuibat urbes et oppida atque villas, nomen Domini generaliter annuntians : hoc siquidem faciebat Hierosolymam usque progrediens, Romamque revertens. Introiens autem per singulas domos dicebat : *Pax huic domui, pax ingredientibus et egredientibus ;* sicque verbum incipiens, ad finem usque complebat. Septimo igitur egressionis suae anno Romam regressus, cuncta quae gesserat papae refert.

8. Inde vero Galliarum regionem cum auctoritate papae redire incipiens, pervenit ad locum cui nomen La[ti]niacus *, ibique monachus quidam, Furseus nomine, in monasterio degebat sanctitate praecipuus. Cui astitit praecedente nocte angelus Domini per visum dicens : *Hildevertus episcopus mane venturus est ad te ; cui a Domino peccata noscas esse dimissa ; et cum venerit, cave ut suscipias eum cum honore.* Mane autem facto, dum pervenisset beatus Hildevertus, projecit se sancti Fursei pedibus. Is cum vidisset quod fecerat vir sanctus, ruit in faciem suam totoque corpore solo haerebat. Exsurgentes autem ambo, amplexati sunt se invicem atque deosculati. Tunc beatus Hildevertus : *Dominus*, inquit, *custodiat te ab omni malo, custodiat animam tuam Dominus.* Cui beatus Furseus : *Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum ex hoc nunc et usque in saeculum.* Qui iterum : *Oportet te cum honore a nobis suscipi hodie, quia et hoc didicimus angelica voce.* Inde vero Meldensium urbem repetens, pervenit in vicum septimo fere ab urbe miliario ; ubi ad meridianam plagam in honore almae Dei genitricis basilicam jam ante fundaverat, quam et ipse episcopatus sui tempore dedicavit et missarum sollemnia celebravit in ea. Cumque de manibus guantos extraxisset, apposuit eos radio solis et sustenti sunt ab eo trium horarum spatiis.

* *vulgo* Lagny.

9. Dum haec agerentur, accessit quidam homo et projecit se ad pedes beati Hildeverti, deprecans eum ut filio suo absque baptismo defuncto manum imponere dignaretur, et invocato Christi nomine super cadaver exanime restitueret eum vitae pristinae. Qui confestim maesti precibus annuens, domum, in qua mortuus jacebat, introivit, et prostratus in terram, preces ad Dominum fudit his verbis : *Domine Deus omnipotens, qui fecisti caelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt, quique primum hominum Adam de limo terrae formasti, et in faciem ejus spiraculum vitae inspirasti, te supplex exoro, ut hunc puerum resuscites a morte, quo et baptismi gratiam consequi possit et tibi Domino semper famulari, qui vivis et dominaris, regis et custodis, et judicas vivos et mortuos per infinita saecula saeculorum.* Cumque respondissent qui aderant *Amen*, resurrexit puer et vociferatus est. Quem beatus Hildevertus baptismatis unda lavans, vocavit eum Aldebertum ex nomine patris sui. Post aliquantum vero temporis beatus Hildevertus migravit ad Dominum sexto die kalendarum juniarum, sepultusque est infra basilicam, quam septimo ferme ab urbe miliario ipse construxerat, et sui filioli funus, quem de morte resuscitaverat, post septem annos moriturum, sepeliri juxta se mandaverat.

10. Transacto igitur non multo... (*Act. SS.*, tom. VI Maii, p. 713, num. 7).

DLXXIII. Codex signatus num. 12606.

Olim coenobii Floriacensis, deinde San-Germ., prius 627, recentius 499.
Foliorum 182, med. (0^m,30×22), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° Miracula sancti Stephani (fol. 1^r-1^v).

Fragmentum Miraculorum ed. ap. Surium, ad d. 3 Aug. (p. 33) ; scilicet lib. I, num. 5 (a *sollicitudo ingereretur*) — 15.

2° Vita sancti Silvestri (fol. 1^v-8^v).*

Mutila desinit in verbis *elevavit eos et secum eduxit* (fol. 292^v, col. 1 extr.).

3° [Passio sancti Luciani episcopi Bellovacensis] (fol. 9^r-10^r).

Auctore Oddone, ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Jan., tom. I, p. 461-66. Initio mutila inc. *exhiberet. Unde assiduis* (num. 10 med.).

4° Vita, actus atque obitus beati Remigii Remorum archipontificis (fol. 10^r-13^r).*

Auctore Hincmaro. Omm. numm. 66-105, 108, 112 sqq.

5° Vita sancti Juliani episcopi [Cenomanensis] et confessoris (fol. 13r-15r).

Hujus prior pars (fol. 13r-13v, col. 2 med.) desumpta est ex principio notitiae de S. Juliano quae legitur in *Gestis episcoporum Cenomanensium* (ap. Mabillon, *Vet. Anal.*, ed. alt., p. 239), non paucis quidem lectionibus variantibus; posterior vero ex Vita ed. ap. Persignan, *Recherches sur l'apostolat de saint Julien, premier évêque du Mans* (Le Mans, 1886, in-8°), p. 246-64, scilicet a verbis *Predictus* (cod. *Sepedictus*) *ergo sanctus episcopus...* (p. 250 a. m.), paucis admodum in codice praetermissis et nonnullis lectionibus variantibus.

6° [Vita sancti Ambrosii] (fol. 17r-19v).*

Initio mutila.

7° Passio sancti Georgii martyris Christi (fol. 19v-20r).

Inc. *Virtutum meritis insignis beatus Georgius ingenuitatem carnis summis actibus adeo decoravit, ut martyrii gloria non expers stigmata passionum Christi in suo corpore perferret. Igitur in provincia Cappadociae dignitatem tribunitiae potestatis gerens sub Daciano imperatore militaret...*

8° Passio sancti Marci evangelistae (fol. 20r-20v).*

9° Translatio sancti Marci evangelistae (fol. 20v-22r).

Proxime accedit ad narrationem de qua *Cat. Brux.*, tom. I, p. 524, 22°.

10° Vita egregii confessoris Christi Richarii (fol. 22r-23r).

Auctore Alcuino, ed. *Act. SS.*, ad d. 26 April., tom. III, p. 442-47. Omm. prol. et numm. 15-17.

11° Vita sancti Philippi apostoli (fol. 23v-24r).*

12° Passio sancti Jacobi fratris Domini (fol. 24r-24v).*

13° Vita sancti Amatoris episcopi [Autisiodorensis] et confessoris (fol. 24v-27r).

Auctore Stephano Africano, ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Maii, tom. I, p. 52-60.

14° Vita sancti Athanasii episcopi Alexandriae urbis (fol. 27r-32v).

Excerpta praecipue, ut videtur, ex Theodoreti *Hist. eccl.*

Inc. *Sub crudelissima rabie persecutionis acerbissimae, quae imperatoris Maximini jussione per totam Asiam et totius orientis tractus in omnes Dei aulas debacchata est immanissime, Alexandrinorum praecipue oppugnata est ecclesia, nec tamen expugnata, infestantibus illam non solummodo gentibus, sed et schismaticis et judaeis...*

15° Inventio sanctae crucis (fol. 32v-33v).*

Omm. quae numm. 3 et 4 uncinis inclusa sunt.

16° Passio sancti Quiriaci, qui cognominatus est Judas (fol. 33v-34v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Maii, tom. I, p. 449-50. Praefixus est prologus ed. ibid. p. 445.

17° Vita sancti Romani [abbatis] (fol. 34v-39v).

Auctore Gisleberto, ed. ap. Joannem a Bosco, *Bibl. Floriac.*, part. II, p. 67-110

18° Passio sanctorum martyrum Donatiani et Rogatiani (fol. 39v-40r).*

19° Vita sancti Germani Parisiorum episcopi (fol. 40r-41r).*

Scilicet numm. 1-9, 40-44.

20° Rhythmus Einhardi viri eruditissimi de passione Christi martyrum Marcellini et Petri (fol. 41r-42r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Jun., tom. I, p. 174-76.

21° Passio sanctorum martyrum Petri et Marcellini (fol. 42r-43r).*

22° Vita sancti Lifardi abbatis (fol. 43r-44r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Jun., tom. I, p. 300-2.

23° Vita beati Medardi episcopi et confessoris (fol. 44r-46r).

Ed. ap. Joannem a Bosco, *Bibl. Floriac.*, part. II, p. 113-35.

24° Passio sanctorum Nazarii et Celsi (fol. 46r-48v).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 179v-84v.

25° Vita et miracula sancti patris nostri Basilii archiepiscopi Cappadociae (fol. 48v-52v).*

26° Passio sancti Viti martyris et Modesti (fol. 52v-54r).*

Omm. maxima pars num. 1 (*erat ibi... dabuntur tibi*) et num. 18.

Sequitur (fol. 54r) *Epistola Anastasii* [*ad Landulfum*] *in* [*scriptura de*] *translatione protomartyris Stephani* [*quam e graeco in latinum vertit*], ed. P. L., tom. XLI, p. 818.

27° Vita sancti Aviti [abbatis Miciacensis] confessoris (fol. 54r-55r).

De qua *Act. SS.*, ad d. 17 Jun., tom. III, p. 353, ann. *a*. Inc. ut in cod. Reg. Sueciae.

28° Passio sanctorum Gervasii et Protasii (fol. 55r-56r).*

29° Tractatus beati Ambrosii de sanctis martyribus Gervasio et Protasio (fol. 56r-56v).

Ed. P. L., tom. XVI, p. 1019-26.

30° Passio sanctorum apostolorum Petri et Pauli (fol. 61r-63r).*

Auctore Pseudo-Marcello, paucis in fine additis.

31° Actus [eorundem] (fol. 63r-64r).*

Auctore Pseudo-Abdia. Om. ultima pars capitis 18 *(implicitis remigiis alarum...)*.

32° Vita sancti Martialis apostoli* (fol. 66r-67v, 111r-v, 68r-v).*

Foliis excisis, quaedam desiderantur.

* *vox* apostoli *suppleta manu rec. in rasura.*

33° [Vita S. Germani Autosiodorensis] (fol. 70r-71v).*

Foliis bene multis avulsis, supersunt pauca fragmenta.

34° [Passio sancti Stephani papae] (fol. 72r-73r).*

Initio mutila; desiderantur numm. 1-4.

35° Translatio jam dicti martyris Stephani de Hierosolyma in Byzantium (fol. 73r-73v).*

Praemissa est (fol. 73r) *Epistola Anastasii* ad Landulfum, jam descripta superius fol. 54r.

36° Revelatio corporis sancti Stephani protomartyris (fol. 73v-74v).*

37° De sancto Oswaldo (fol. 74v-77r).

Ex Beda, *Hist. eccl.*, lib. III, cap. 1-14 (P. L., tom. XCV, p. 115-141).

38° Passio sancti Donati episcopi (fol. 79r-79v).

Ed. ap. Mombritium, tom. I, fol. 234r-35v.

39° Passio septem Dormientium (fol. 79v-81v).

Ed. *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 252-59.

40° Passio sanctorum Sixti, Laurentii, Hippolyti sociorumque eorum (fol. 81v-83v).*

41° Vita [sancti] Eusebii presbyteri Romae (fol. 83v).

Ed. ap. Mombritium, tom. I, fol. 258. Fine mutila.

42° [Passio sancti Agapiti] (fol. 84r-84v).*

Initio mutila.

43° Vita sancti Philiberti abbatis (fol. 84v-86r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Aug., tom. IV, p. 75-80.

44° [Passio sancti Privati martyris] (fol. 86r-86v).

Ed. ibid., ad d. 21 Aug., p. 439-40.

45° Passio sancti ac reverentissimi Symphoriani martyris (fol. 86v-87r).

Acta illa prolixiora de quibus ibid., p. 493-94, num. 14-15.

46° Passio sancti Bartholomaei apostoli (fol. 87r-88r).*

47° Vita sancti Rigomeri et sanctae Tenestinae virginis (fol. 88r-88v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Aug., tom. IV, p. 786-88.

48° Vita sancti Augustini episcopi (fol. 88v-93r).*

49° Passio sancti Juliani martyris [in Arvernia] (fol. 93r-93v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Aug., tom. VI, p. 174-75 (Passio secunda). Sequitur (fol. 93v), sub titulo *De inventione capitis ejus*, excerptum ex Gregorii Turonensis libro miraculorum sancti Juliani, num. 3 (a verbis *caput quoque...*) -5, ed. ibid., p. 177.

50° Miraculum beatae Mariae de Theophilo (fol. 95r-96v).*

51° Vita sancti Maurilii episcopi et confessoris (fol 96v-99v).*

52° Exaltatio sanctae crucis (fol. 99v-100r).*

53° Passio sanctae Justinae virginis et sancti Cypriani, quae est IIII kalendas septembris (fol. 100r-104v).

Ed. ap. Martene, *Thes. Nov. Anecd.*, tom. III, p. 1621-50.

54° Passio sancti Cypriani episcopi (fol. 104v-105r).*

Acta proconsularia.

55° Passio sanctorum martyrum Luciae et Geminiani, quae est XVI kalendas octobris (fol. 105r-106v).*

56° Passio sancti Lamberti episcopi (fol. 106v-108r).

Auctore Godescalco, ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Sept., tom. V, p. 574-80. Om. prol.

57° Passio sanctorum Mauritii atque sociorum ejus (fol. 108r-109r).*

Omm. epistola Eucherii et prol.

58° Passio sancti Matthaei apostoli (fol. 109r-110v).*

59° Passio sancti martyris Floriani actusque beati confessoris Dei Florentii (fol. 110r-110v, 112r-112v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Maii, tom. I, p. 462-63 (pars prior) et ad d. 22 Sept., tom. VI, p. 429-30, num. 1-11 (pars posterior). Praefixus est prologus ed. ibid., p. 428-29.

60° Vita beati Cypriani Carthaginensis episcopi et martyris gloriosi (fol. 112v-114r).

Auctore Pontio, ed. ibid., ad d. 14 Sept., tom. IV, p. 325-31. Desinit in verbis *et hi erant quotidiani actus* (num. 30 med.).

61° Passio sanctorum Cosmae et Damiani, Antimi, Leontii et Euprepii (fol. 114r-115r).

Acta fabulosa, ed. ibid., ad d. 27 Sept., tom, VII, p. 444-47. Om. prima phrasis et plurimae occurrunt lectiones variantes.

62° De sancto Michaele archangelo (fol. 115r-115v).*

63° [Vita sancti Hieronymi] (fol. 117v-118v).*

Auctore anonymo. Praefixum est (fol. 117r-v), sub titulo *Hoc lege in antea in vita sancti Hieronymi*, finis Vitae ed. P. L., tom. XXII, p. 201-14, scilicet a verbis *Quadam namque die* (p. 210, lin. 4).

64° Historia translationis sancti Remigii (fol. 118v-119r).*

Vitae auctore Hincmaro numm. 120, 121, 133, 134.

65° Passio sancti Leodegarii episcopi (fol. 119r-121r).*

Om. prologus.

66° Translatio sancti Pauli episcopi et confessoris (fol. 121r-121v).

Excerpta ex Miraculis S. Benedicti auctore Aimoino, scilicet ex lib. III, capp. 11, 12 (*Act. SS.*, ad d. 21 Mart., tom. III, p. 330-31).

67° Passio sanctae Fidis virginis et martyris (fol. 122r-122v).*

Om. num. 1.

68° Translatio sanctae Fidis ab urbe Agennio (fol. 122v-124r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Oct., tom. III, p. 294-99. Omm. prol. et num. 26.

69° Passio sancti Calisti episcopi (fol. 124r-124v).*

70° Vita sancti Lucae evangelistae (fol. 126v-127r).

Sermo Pauli diaconi, ed. P. L., tom. XCV, p. 1530-35.

71° Passio [sanctorum] Crispini et Crispiniani (fol. 127r-128r).*

72° De sanctis Simone et Juda (fol. 128r-129v).*

73° Passio sancti Quintini martyris (fol. 129v-131r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Oct., tom. XIII, p. 794-800. Omm. prol. et cap. 3.

74° Passio sancti Eustachii, uxoris et filiorum ejus (fol. 134v-136v).*

Non pauca omissa sunt.

75° Passio sancti Benigni martyris (fol. 136v-137r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 155-59.

76° Passio sancti Caesarii martyris (fol. 137r-137v).

Ed. ibid., p. 106-17.

77° Passio IIII Coronatorum, Symphoriani, Claudii, Nicostrati, Castorii et Simpliciani (fol. 137v-139r).*

78° Passio sancti Theodori martyris (fol. 139r-139v).*

79° Vita sancti Verani episcopi [Cavellicensis] (fol. 139v-141v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Oct., tom. VIII, p. 467-70.

80° Vita vel martyrium sancti Abbonis abbatis (fol. 141r-146r).

Ed. ap. Joannem a Bosco, *Bibl. Floriac.*, part. I, p. 299-308 et p. 316-48.

81° Vita sancti Eucherii episcopi Lugdunensis, ammirandae fidei vitae et doctrinae viri (fol. 146r-147r).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 248-52.

82° Passio beati Mauri martyris (fol. 147r-151v).

Passio metrica, auctore Tortario Floriacensi, cujus finem vulgavit Joannes a Bosco, *Bibl. Floriac.*, p. 349-55 (scilicet a fol. 150v, col. 2, lin. 13).

Inc. prol. *Intueor totis veteres insudasse medullis*
Gesta patrum scriptis notificare suis,
Nec solum quae gesserunt, sed quae retulerunt,
Lubrica verba, jocos, seria dicta, lego.

Des. *Prodidit hic animam, sic caelis intulit illam;*
Accidit ex voto quod facimus merito,
Debita naturae grato pro munere, Christe,
Hostia grata tibi donet ovans fieri.

Inc. Passio. *Miles, Christe, tuus gessit praelia Maurus,*
Cui tu praeclarum concedis ab hoste triumphum.

Gloria, Christe, tuis pugnare viriliter armis,
Gloria bellorum vexilla tulisse tuorum.

Sequitur (fol. 151v-152r) *Hymnus in ejus honore*, auctore Rodulfo, ut testatur Joannes a Bosco (tom. cit., p. 355), qui hunc codicem prae manibus habebat.

83° Passio sancti Mauri martyris (fol. 152r-152v).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. II, p. 297-99. In cod. haec add. *Transactis autem multorum annorum curriculis, Dei praeordinante gratia illud venerabile corpus martyris per pelagus maris ad fines Britanniae pervenit. Dumque excidium Britanniae Normannica incursio minitaretur, quidam pontifex ejusdem gentis, Hedre vocabulo, futuros praecavens casus, conversationis sanctae obtentu patriam deseruit, corpusque beati martyris secum asportavit. Venerabili itaque abbate Richardo Floriacensium rem publicam strenue regente, isdem pontifex in Floriaco coenobio monachum professus, condigne corpus jam dicti martyris in basilica beati recondidit monachorum legislatoris Benedicti, gratia Dei et Domini Jesu Christi, cui est honor*, etc.

84° Passio sanctae Caeciliae virginis, simul cum Tiburtio, Valeriano et Maximiano (fol. 152v-155v).*

85° Passio sancti Clementis episcopi et martyris (fol. 155v-156v).*

Miracula desunt.

86° Passio sancti Saturnini martyris (fol. 156v-157r).

Ed. ap. Surium, ad d. 29 Nov. (p. 650).

87° Liber de miraculis sancti Andreae apostoli (fol. 158r-161v).*

88° Vita sancti Eligii episcopi (fol. 161v-163r).

Vitae auctore Audoeno (ed. P. L., tom. LXXXVII, p. 479 sqq.), lib. I, cap. 1-12.

89° Illatio beati patris Benedicti (fol. 163v-164v).

Auctore Diederico, ed. ap. Joannem a Bosco, *Bibl. Floriac.*, part. II, p. 219-29. Om. altera pars cap. 10 (*Per annum vero...*) et add. ed. *Cat. Brux.*, tom. II, p. 258-60 (num. 1). — Sequitur (fol. 164v-167v) *Sermo in festivitate sancti patris Benedicti editus ab Aymone monacho*, ed. ap. Joannem a Bosco, part. II, p. 258-98.

90° Vita sancti Nicholai gloriosissimi antistitis Myrreae urbis (fol. 167v-171v).*

Omm. numm. 14 et 16 et add. clausula ed. ap. Carminium, p. 126, num. 15 in nota.

91° Miracula sanctae Mariae (fol. 171v-174r).

Numero viginti.

92° Passio sanctae Luciae (fol. 174r-174v).*

93° Vita sancti Maximini abbatis [Miciacensis] (fol. 174v-177v).

Ed. ope hujus cod. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 581-91.

94° Passio sancti Thomae apostoli (fol. 177v-180v).

Liber de miraculis sancti Thomae, ed. apud Max. Bonnet, p. 96-132.

In paginula signata 181 descripta sunt in parte recta nonnulla desumpta ex lib. II de miraculis S. Juliani auctore Gregorio Turonensi, scilicet finis cap. 2 et cap. 3 (P. L., tom. LXXI, p. 803-4), in adversa autem *Epistola Dionysii ad Gaudentium*, ed. *Act. SS.*, tom. IV Jun., p. 721-22, sed desinit mutila.

95° [Miracula sancti Stephani] (fol. 182r-182v).

Ed. ap. Surium, ad d. 3 Aug. (p. 34); scilicet lib. I numm. 1-5, sed non eodem ordine.

DLXXIV. Codex signatus num. 12607.

Olim Corbeiensis (fol. 224v), deinde San-Germ., prius 796, recentius 460, novissime 505.

Foliorum 224, med. (0m,32×0,215), lineis plenis, exaratus extr. saec. XII.

1° Vita sancti Eligii Noviomensis episcopi (fol. 1r-88v).

Auctore S. Audoeno, ed. P. L., tom. LXXXVII, p. 479-594.

2° De manifestatione perae beati Eligii Noviomensis episcopi et miraculis in ipsa manifestatione ostensis (fol. 89r-97r).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. IX (1890), p. 425-36.

3° Vita sancti Nicholai archiepiscopi (fol. 97r-117r).*

Desinit post num. 13 per clausulam ed. ap. Carminium, p. 126, num. 15 in nota.

4° Passio sanctorum martyrum Fusciani, Victorici et Gentiani (fol. 117r-123v).

Ed. ap. Salmon, *Actes inédits des saints martyrs Fuscien*, etc., p. 15-35.

5° Passio sancti Thomae archiepiscopi (fol. 123v-134v).

Auctore Joanne Sarisberiensi, ed. P. L., tom. CXC, p. 195-208. Omm. ed. p. 204, col. 2 lin. ult. *(Viderit qui voluerit...)* usque ad finem paragraphi;

item p. 205, col. 1 extr. *(Et quidem ut creditur...)* usque ad finem paragraphi. Add. miracula ed. ibid., p. 232-34 (*Addit. II*).

6° Vita beatae Balthildis Francorum reginae (fol. 134v-145v).*

7° Translatio ejusdem gloriosissimae Balthildis Francorum reginae, quae facta est [tempore] Ludovici serenissimi imperatoris sexto kalendas aprilis (fol. 145v-149r).

Ed. ope hujus cod. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. IV, part. I, p. 450-53.

8° Vita sanctae Bertilae virginis, Kalensis coenobii abbatissae (fol. 149r-155v).

Ed. ibid., saec. III, part. I, p. 21-26.

9° Vita sanctissimi Geraldi confessoris, monachi hujus loci et Sanctae Mariae Silvae Majoris abbatis (fol. 155v-173v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 5 April., tom. I, p. 414-23.

10° De sancto Ratberto Corbeiensi abbate (fol. 173v-176r).

Ed. ex hoc cod. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. IV, part. II, p. 567-69.

11° Translatio sanctissimi Gentiani martyris (fol. 176r-180v).

Ed. ibid., p. 486-89.

12° Translatio gloriosissimi Nicholai Myrreae metropoleos archiepiscopi (fol. 180v-190v).

Ed. ap. Carminium, p. 131-39.

13° Translatio [sancti] Praecordii confessoris (fol. 190v-196r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Febr., tom. I, p. 197-98.

14° Inventio sanctorum martyrum Fusciani, Victorici et Gentiani, quae celebratur v° kalendas julii (fol. 196r-197v).

Ed. ap. Salmon, lib. cit. (supra, 4°), p. 36-39.

15° Vita sanctissimi Hugonis Cluniacensis abbatis (fol. 197v-224v).

Auctore Gilone, ed. ex hoc cod. ap. L'Huillier, *Vie de S. Hugues*, p. 574-618.

DLXXV. Codex signatus num. 12608.

Olim « Corbeiensis monasterii », deinde San-Germ., prius 483, recentius 508.
Foliorum 74, med. (0m,325×0,23), columnis binis, exaratus saec. XII.
Totum codicem complet

Vita sancti Gregorii papae I per Johannem diaconum.*

Singulis libris praefixus est index capitulorum.

DLXXVI. Codex signatus num. 12609.

Olim Claudii Jolii, deinde, « ex dono DD. de Bragellone » (fol. 1r), San-Germ., prius 868, recentius 510.

Foliorum nunc 75 (multis scilicet avulsis), med. (0m,32×0,21), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° Vita beati Mauri abbatis (fol. 1-12v).

Vitae metricae, auctore Fulcoio, ed. supra ex cod. 3778 (tom. I, p. 240-64), fragmenta, foliis passim excisis..

2° [Documenta de sancto Mauro] (fol. 13r-75v).

Ut supra in cod. 3 (tom. I, p. 1 sqq.), nisi quod summaria capitum non simul collecta toti Vitae, sed singula singulis capitibus praefixa leguntur. Nonnulla rursus hinc inde desiderantur, foliis excisis.

DLXXVII. Codex signatus num. 12610.

Olim San-Germ., prius 480, recentius 1049. 2.

Foliorum 124, min. (0m,26×0,21), lineis plenis, exaratus saec. XI (praeter fol. 123 et 124, exarata saec. XIII).

1° Vita sancti ac beatissimi patroni nostri Germani, Parisiacae urbis antistitis, a venerabili Fortunato episcopo (fol. 1r-39v).*

2° Translatio corporis sancti Germani episcopi et confessoris (fol. 40r-72r).*

3° [Libri] miraculorum sancti Germani episcopi Parisiacae urbis (fol. 72v-107r).

Auctore Aimoino, ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Maii, tom. VI, p. 796-805. — Sequitur (fol. 107r-113v) officium S. Germani, notis musicis signatum, et (fol. 114r-122v) *Sermo* paraeneticus *de sancto confessore Christi Germano*, fine mutilus.

4° [Miraculum S. Germani] (fol. 123v-124v).

Ed. *Act. SS.*, tom. cit., p. 806, numm. 22 et 23.

DLXXVIII. Codex signatus num. 12611.

Olim « Liber [coenobii Sancti Petri] de Cultura prope Cenomanensem [urbem] » (fol. 169v), deinde San-Germ., prius 470, recentius 498.

Foliorum 217, med. (0m,335×0,23), columnis binis, exaratus extr. saec. XII.

1° Vita beatae Mariae Aegyptiacae, quae peccatrix appellatur (fol. 1r-11r).*

2° Passio sanctae Theodosiae virginis, quae celebratur IIIo nonas aprilis (fol. 11r-17r).*

In fine desiderantur ultima pars num. 16 et numm. 17, 18.

3° Vita sancti Ambrosii Mediolanensis episcopi (fol. 17r-26v).*

4° Passio sancti Georgii martyris Christi (fol. 26v-31r).

Ut in cod. 5322 (supra, tom. II, p. 206, 7°).

5° Passio sancti Marci evangelistae (fol. 31r-32v).*

6° Passio sancti Vitalis martyris et sanctorum Gervasii et Protasii (fol. 32v-34v).*

7° Passio sancti Torpetis martyris, quae celebratur tertio kalendas maias (fol. 34v-38r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Maii, tom. IV, p. 7-10.

8° Vita sancti Basilii Caesariensis episcopi et confessoris (fol. 38r-50v).*

9° Passio sancti Potiti martyris, quae celebratur XI kalendas februarii (fol. 50v-54r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Jan., tom. I, p. 754-57.

* *cod.* qui.

10° Passio sanctae Macrae virginis, quae* est VIII idus januarii (fol. 54r-56r).

Ed. ibid., ad d. 6 Jan., p. 325-26. Subjunctum est compendium translationis ed. ibid., p. 326.

11° Passio sancti Jacobi apostoli et fratris Domini, quae est kalendas maii (fol. 56r-56v).*

Lectionibus variantibus ut in cod. Brux. 380-82 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 203, 4°).

12° Assumptio sancti Philippi apostoli (fol. 56v-57v).*

Lectionibus variantibus ut ibid., 5°.

13° Inventio sanctae crucis apud Hierosolymam (fol. 57v-60r).*

14° Passio sanctorum Alexandri, Eventii et Theoduli martyrum (fol. 62r-66v).*

15° Passio sancti Gordiani martyris (fol. 66v-68r).*

16° Translatio sancti Nicholai confessoris Christi (fol. 68v-72v).

Ed. ap. Carminium, p. 131-39; sed foliis excisis desiderantur quaedam, a fine num. 5 ad num. 10 init.

17° [Miraculum sancti Nicolai Andegavi] (fol. 72v-74v).

Auctore Johele (Cfr. *Hist. litt. de la Fr.*, tom. VIII, p. 445), adhuc ineditum. Idem legitur et in cod. 13772 (fol. 142r-145v), unde supplere licuit lacunam quae exciso folio post fol. 72 in codice hoc 12611 paulo post initium narrationem mutilam faciebat. Vide infra Append.

8° Passio sancti Judae, qui cognominatur Quiriacus, per quem crux Christi inventa est, quae celebratur kalendas maii (fol. 74v-78r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Maii, tom. I, p. 449-50. Praefixus est prologus ed. ibid., p. 445.

19° Passio sancti Calepodii martyris (fol. 78r-79r).

Ex Adone, ad d. 10 Maii (P. L., tom. CXXIII, p. 263).

20° Passio sancti Antimi presbyteri, quae celebratur VI idus maii (fol. 79r-82v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Maii, tom II, p. 616-19. Omm. num. 14 praeter primam phrasim et num. 15 praeter ultimam; et praefixus est hic prologus:

O frater egregie, coenobii pater, compulisti me ut Antimi martyris caduca calcantis mundi, sicut eruditissimi tradiderunt, more prisco texere[m] stilo. Quod tu prae omnibus facere voluisses, nisi regula et

fratrum fuisses occupatus utilitatibus. Durum quippe videtur ut infirmus valentem curet et indoctus doceat philosophum. Tamen vestrae jussioni obtemperans, quae diu tecta fuerunt, divina annuente gratia, scriptis reserare conabor, obedientia videlicet et imperio dominationis vestrae fultus. Nam antiquiores nostri doctores sanctorum descripsere virtutes, quorum non valemus fimbriam tangere, nec ad hoc tendere vestigia ut doctorum gressibus coaequari possimus. Illi enim eloquentiae mendaces virides campos pinxerunt floribus, nobis quasi arida tellus arbusta vix gignere novit; illi artes liberales usu habebant, nos simpliciter a vitiis Christo praestante cavemus et fidem integram Patris et Filii et Spiritus sancti tenemus, Deum verum confitentes trinum et unum, per quam confessionem sancti vitam perceperunt aeternam.

21° Passio sancti Pancratii martyris (fol. 82ᵛ-83ᵛ).*

22° Passio [sanctorum] Nerei et Achillei martyrum (fol. 83ᵛ-90ᵛ).*

23° Passio sanctorum Parthenii et Caloceri (fol. 90ᵛ-92ᵛ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Maii, tom. IV, p. 302-4.

24° Passio sancti Desiderii Lingonensis episcopi (fol. 92ᵛ-94ᵛ).

Auctore Warnahario, ed. ibid., ad d. 23 Maii, tom. V, p. 244-46.

25° Passio sancti Urbani papae (fol. 95ᵛ-99ᵛ).

Ut in cod. 5312 (supra, tom. II, p. 84, 33°). Desinit in haec verba : *Sedit autem sanctus Urbanus annis VIII, mensibus XI, diebus XII; decollatus est autem pro nomine Domini VII kalendas junii. Cui successit in episcopatu Pontius vir venerandus. Nomina autem sanctorum qui cum eo passi sunt, Mamilianus, Johannes, Dionysiusque presbyteri, Martialis, Eunuchus et Lucianus diaconi. Ad quorum venerabiles sepulturas patrantur miracula usque in praesentem diem ad honorem...*

26° Passio sanctorum Cantii, Cantiani et Cantianillae martyrum (fol. 99ᵛ-101ʳ).

Ut in cod. Namurc. 53 (*Anal. Boll.*, tom. I, p. 511, 32°).

27° Passio sanctorum Marcellini et Petri, sanctorum Arthemii, Candidae et Paulinae (fol. 101ʳ-103ᵛ).*

28° Passio sanctae Blandinae (fol. 103ᵛ-108ʳ).

Ex Eusebio, interprete Rufino, lib. v, prooemium, capp. 1, 2, et pars cap. 3, usque ad verba *conjectura capiendum est* (p. 264, lin. 5).

29° Vita beati Lifardi abbatis (fol. 111ʳ-114ᵛ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Jun., tom. I, p. 300-2.

30° Passio sancti Quirini episcopi et martyris Sisciae (fol. 114r).

Hymnus Prudentii, ed. ibid., ad d. 4 Jun., p. 383-84.

31° Passio sancti Bonifacii, quae est nonis junii (fol. 114v-117v).*

32° Vita beati Medardi episcopi (fol. 117v-122v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Jun., tom. II, p. 82-86. Folio inter 118 et 119 exciso desiderantur numm. 7-9 et maxima pars num. 10. In fine vero add. prolixa paraenesis.

33° Passio sanctorum Primi et Feliciani (fol. 122v-123r).

Ex Adone, ad d. 9 Junii (P. L., tom. CXXIII, p. 282).

34° Passio sancti Barnabae apostoli (fol. 123r-123v).

Compendium Vitae ed. *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 354-57.

Inc. *Redemptor et Salvator noster Jesus Christus antequam de interitu satanae triumphans victor et exsultans...*

35° Passio sanctorum Rufini et Valerii (fol. 123r-125r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Jun., tom. II, p. 796-97.

36° Passio sancti Viti, Modesti et Crescentiae (fol. 125r-130r).*

37° Passio sanctorum Cyrici et Julittae martyrum (fol. 130r-134r).*

Omm. subjuncta post clausulam, scilicet *Quoniam vero sancti Quirici et Julittae...*

38° Passio sanctorum martyrum Gervasii et Protasii, quae est XIII kalendas julii (fol. 134r-137r).

Bene convenit cum cod. Brux. 7482 (*Cat. Brux.*, tom. II, p. 35, 35°).

39° Inventio eorundem martyrum (fol. 137r-138v).*

40° Passio sanctorum Gallicani, Johannis et Pauli martyrum (fol. 138v-141v).*

41° Inventio corporum sanctorum martyrum Fusciani, Victorici atque Gentiani, quae celebratur V kalendas junii (fol. 141v-142v).

Ed. apud Salmon, *Actes inédits des saints martyrs Fuscien*, etc., p. 36-39.

42° Passio beatissimi Petri apostolorum principis (fol. 143r-145r).*

Ex Vita auctore Pseudo-Abdia; scilicet initium num. 17, prior pars num. 18, et num. 19.

43° Martyrium beati Petri apostoli, a Lino episcopo conscriptum (fol. 145r-151v)*

44° Martyrium gloriosissimi apostoli Pauli, a Lino episcopo conscriptum (fol. 151v-156).*

45° Vita beati Martialis episcopi et confessoris, cujus transitus celebratur II kalendas julii (fol. 159r-172r).*

Foliis excisis, quaedam desiderantur.

46° Passio sanctorum Processi et Martiniani martyrum (fol. 172r-173v).*

47° Passio sancti Thomae apostoli (fol. 173v-170v).

Ed. ap. Max. Bonnet, p. 133-60.

48° Translatio corporis beatissimi Martini episcopi et confessoris (fol. 176v-177r).

Ex Gregorio Turonensi *De virtutibus sancti Martini*, lib. I, cap. 6.

49° Passio sanctae Felicitatis et VIItem fratrum filiorum ejus (fol. 177r-178r).*

50° Passio sanctarum virginum Rufinae et Secundae (fol. 178r-179r).

Ex Adone, ad d. 10 Julii (P. L., tom. CXXIII, p. 300).

51° Passio sanctae Margaretae virginis (fol. 179r-184v).*

52° Vita sancti Vulmari confessoris atque abbatis (fol. 184v-192r).

Quam ob auctoris inscitiam, qui Vulmarum, Autbertum Cameracensem et Ceadwalam regem Saxonum coaevos facit, acriori censura notavit Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. III, part. I, p. 233.

Inc. *Aeternitatis auctor et universitatis conditor, postquam per intemeratum Virginis uterum in hanc mortalitatem devenit, misericorditer elegit quosdam suae conscios voluntatis, per quos salvaret omnes gentes, quibus contulit potestatem ut omnes sanarent infirmitates, videlicet sanctos apostolos, quos subsecuti sunt sancti doctores, mundum cum flore dispicientes. Hi circumquaque diffusi, ut fideles prudentesque servi ubique sparserunt semina verbi. De quorum numero temporibus Dagoberti, Francorum regis incliti, necnon et filiorum Clodovei atque Sigeberti a beato Amando baptizati, huic exteriori Galliae parti veneranter refulsit Vulmarus, Domini confessor et abbas, qui non longe a litore maris, in pago Boloniensi, in villa quae dicitur Silniacus natus, patre Vulberto, matre*

vero nomine Duda, secundum hujus saeculi dignitatem nobili prosapia, sed, quod est nobilius, ex christiani nominis professione inclita atque gloriosa...

53° Passio sancti Focae episcopi et martyris (fol. 192r-197r).*

Om. prologus et quaedam desiderantur, folio avulso inter fol. 194 ac 195.

54° Passio sancti Arnulfi episcopi et martyris (fol. 197r-198v).

Desumpta ex Passione ed. supra, tom. I, p. 415-28, ex cod. 5271.

55° Lectiones legendae in festivitate sancti Arsenii (fol. 198r-199v).

Ex Vitis Patrum (P. L., tom. LXXIII, p. 762-64, num. 37-40).

56° Item de sancto Arsenio (fol. 199v).

Ibid., p. 794, num. 163.

57° Vita sanctae Praxedis virginis (fol. 199v-200v).*

58° Vita sanctissimae Mariae Magdalenae (fol. 200v-204r).

Ex sermone Odonis, ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jul., tom. V, p. 218-22; scilicet num. 170-182 usque ad *reversi sunt ad semetipsos*.

59° Qualiter sancta Maria Magdalena Massiliam venit (fol. 204r-205r).*

Scilicet Vita brevior, sine prologo et additamentis.

60° Advectio corporis ejus (fol. 205r-207v).

Ut in cod. Namurc. 53 (*Anal. Boll.*, tom. I, p. 516, 69°, et tom. II, p. 321).

61° Passio sancti Apollinaris episcopi (fol. 207v-212v).*

62° Passio sanctae Christinae virginis (fol. 212v-217v).*

Paulo amplior, eadem tamen referens.

Appendix ad cod. 12611.

MIRACULUM S. NICOLAI ANDEGAVI (Cfr. supra, p. 154, 17°).

1. Venerabili patri coenobii sancti Nicholai gloriosi confessoris Christi, domno videlicet abbati Natali, sibique commissae sanctissimae congregationi, frater Johelus, beati Petri apostolorum principis, qui dicitur ad Culturam, Cenomannis habitu monachus, vita peccator, quod solum potest, humilis obsequii fidelem de-

votionem. Quid causae fuerit quia ad me scripta vestra de mirabilibus beati et gloriosi Nicholai transmisistis quasi gratia corrigendi ea, postpositis venerabilibus totius scientiae columnis, quarum firmissima solid[it]ate subnixa gloriatur dignius urbs Andegava quam (1) gloriabatur Atheniensis illa antiqua Aristotelis prudentia aut Academia Socratis peritia seu Aegyptia Memphis Platonis astutia, versanti mihi usque modo [non] patuit, praesertim cum non lateat sanctitatem vestram quanta bellorum strage nostrates agitentur inter se, adeo ut tot tantisque malis immixtus nullatenus divino et spirituali otio ad votum possum intendere. Sed quia scriptum est : *Caritas omnia vincit*, non potui vobis negare quod injunxistis, illud vobis humiliter innuens, quod quaedam, licet regulariter composita, magis vero nuda et minus colorata, nullo modo passus sum penitus de medio auferri, et quasi novum opus superaddere veteri, quin potius, quia vobis non ingratum fore arbitratus sum, quasdam digressiones, quae minus conferebant operi, ita temperavi ut et summatim eas tangerem et ex toto illis non supersederem. Bene et sobrie vigilare et custodire vigilias noctis super gregem vestrum, ut in vero natali boni pastoris angelorum chori magna cum luce decantent et referant gloriam Deo in excelsis et domno Natali pacem in terra merito bonae voluntatis.

2. Hodierni diei festivitas a nostris majoribus instituta, fratres carissimi, translationis nomen accepit, ob venerationem videlicet reliquiarum sacri corporis gloriosi patroni nostri beati Nicholai, quas olim allatas Andegavorum comes reverendus Goffridus in hoc loco reposuit. Hujus igitur ecclesiae fundamentum ita exorsum est. Andegavorum Fulco comes famosissimus, post rebelles hostium suorum multotiens bello exstinctas barbaries, post rei militaris sua fortia gesta, in quibus contra Deum graviter offenderat, tandem in se reversus paenitentiaque ductus, Jerusalem petiit. Quo dum tenderet, iter suum celerius explicaturus mare ingreditur. Diebus igitur aliquot prosperis feliciter usus flabris, veloci jam illuc propinquabat navigio, cum repente caelum coepit nubium caligine tetra obvolvi, lux obtenebrari, tantus ventorum necnon imbrium fragor audiri, ut omnes qui in illa nave aderant mortis timore territi paene deficerent. Navis undique quassata fluctibus prope ima petebat pelagi. Re tali tam subita tamque insolita praefatus comes vehementer afflictus, quid dici vel fieri posset in tanto mortis horrore penitus ignorabat. Hoc tamen illis solummodo supererat spei suae confugium, divinae pietatis implorare subsidium. Cumque diutissime hac ingruente tempestate quaterentur, votisque peractis Domini misericordiam precarentur, dictum est a quibusdam qui simul in navi aderant, in illis esse regionibus quandam civitatem, Myrream nomine, in qua erat ecclesia beati et Deo digni almi pontificis Nicholai, in qua etiam ipse a Domino antistes electus fuerat, cujus sanctissimis precibus et meritis etiam post peractum vitae hujus

(1) Quae sequuntur usque ad initium num. 3, non leguntur in cod. 12611, sed in solo 13772.

cursum nonnulli in marinis periculis experti fuerant praesentis interitus effugium. Quod cum audisset reverendus comes, sanctum Domini confessorem Nicholaum flagitare coepit ut suis sanctis precibus ei obtineret a Domino tranquillum et salutarem portum : *Sancte*, inquiens, *Nicholae, pie et pastor bone, quem in talibus necessitudinibus pium subventorem audivimus, pro nobis exora Dominum. Qui si mihi tua intercessione optatum portum concesserit, mox ut ad domum propriam urbemque fuero regressus, monasterium tibi construam, in quo Deo tibique servientes mittam.* Haec ubi peroravit, ilico fida redit tranquillitas, nubium ventorumque necnon imbrium discussa caligine. Obtento igitur prospero, ut ipse optabat, cursu, ad sanctam Domini Jerusalem, quo tendebat, felici pervenit navigio. Peractis igitur devotis prout potuit orationibus per sancta loca in quibus Dominus Jesus Christus secundum carnem cum hominibus est conversatus, ad urbem Andegavam regressus, hic in honore sancti Nicholai monasterium fundavit atque in ipso, ut praefati sumus, de sanctis supradictis reliquiis portionem quandam venerabiliter posuit, praeficiens loco abbatem nomine Baldricum, qui postmodum vitam eligens solitariam, inde secessit in eremum. Non multo post praefatus comes, ad destinatum finem propinquans atque sua omnino delere peccamina volens, Jerusalem iterum petiit. Qui cum inde rediret, in ipso sanctae peregrinationis officio adhuc positus defunctus est, atque ad sanctum sepulcrum, Belliloci, in monasterium*, quod ipse proprio sumptu construxerat, tumulatus est.

* *sic.*

3. Quo defuncto, successit in comitatu Goffridus filius ejus pro eo. Qui nihilo minus quam pater suus nostrum, ut res postea probavit, dilexit monasterium, cum et ipsum in vita sua de suis reditibus augmentavit, et ad extremum perveniens diem, post veram cordis et oris confessionem de principe noster monachus factus, in hoc loco (1) quiescit humatus. Qui cum magnis militiae floreret actibus, Hainricus Alemanniae imperator, ob praeclaram strenuitatis ejus famam et servitia multa ab eo sibi honeste impensa, inter alia munera dedit ei aliquando portionem unam de praefati beati et gloriosi Nicholai reliquiis. Quas comes cum gaudio maximo et honore complectens, venerabili cuidam istius loci abbati, nomine Arraldo, de eis partem dedit. At ille cum processione et veneratione non modica ab ipsa comitis aula ad hoc usque delatas coenobium, condigne in hoc loco reposuit ad laudem et gloriam nominis Christi necnon ad venerationem sancti confessoris Nicholai. Ex tunc hujus diei institutio a nostris praedecessoribus, ut praefati sumus, translationis nomen accepit, quo, sicut supra diximus, sancti Nicholai hic sunt reliquiae reconditae. In quo divina ita convaluit gratia, ut mira suorum signa operum, quae ubique ad excellentiam nominis sui per eum Dominus operatur, testentur eum vivere etiam post sepulcrum. De cujus generosa secundum saeculi dignitatem genealogia hic modo tacentes, ad ea quae per ipsum nostris temporibus gesta sunt accingamur narranda, quae grata sunt

(1) Hic jam pergit cod. 12611.

legentibus et perspicua et ipsa rei novitate dulcius acceptabilia. Hujus itaque sancti pontificis fidem miris declaratam operibus, ex his quae narrare cupimus potestis perpendere.

4. Contigit igitur in una sollemnitatum, quam supra diximus, ad excubias sancti viri nonnullos decubare infirmos et debiles, inter quos puer unus erat, Brientius nomine, qui ab ipsa fere materna alvo contractus, a renibus videlicet infra membrorum omnium officio destitutus, a quodam Britanniae pago, qui Sanctus Briuntius dicitur, ortus, ad Andegavensem usque devectus fuerat urbem. Qui in hac urbe pauperem diutius agens vitam, psalmos et hymnos et cetera quae poterat, utpote inops et contractus, assidua prout poterat meditatione discebat. Quem miles quidam de Sanctonia, Franco nominatus, in hujusmodi studio videns perseverare, in domo sua eum aliquantum temporis hospitatus est, aliqua ei ad victus proprii sufficientiam praebens necessaria. Sed idem Franco non multo post, quadam necessitate urgente, compulsus Sanctoniam usque procedere, rogavit abbatem Sancti Nicholai ut praefato contracto in pauperum hospitio stipem juberet praeberi. Qui abbas pro [re]verentia militis, multo amplius instinctu superni amoris, ei libentissime jussit victum summministari. Hic vero factus juvenis, ceteris qui inibi degebant pauperibus hilari serviens prout poterat animo, in ecclesia strenuus pervigil, psalmos et hymnos capaci retinens memoria, in Dei servitio assidue pernoctabat. Cumque ille istis polleret moribus, jamque tempus esset ut ei patientiae suae fructus remunerare deberet omnipotens Deus, more solito ad sancti pontificis vigilias excubans, totam noctem in psalmis et hymnis ducebat pervigilem, devota mente Dominum nostrum Jesum Christum sanctumque famulum ejus Nicholaum postulans tam corporis quam animae salutem. In hac petitione dum tota nocte persisteret, accidit ut, dum duodecima lectio, ut moris est, monachis legeretur, supradictus ante sanctum Domini crucifixum obdormiret Brientius. Repente igitur fit per totum monasterium quidam mirabilis et, ut ita dicam, caelestis fremitus. Inter haec de supernis vox intonat dicens ad Brientium : *Surge*. Mox iterum sermonem eundem repetens ait : *Surge*. Qui adhuc sopore pressus, sperans tamen se a circumstantibus, ut ipse nobis postea narravit, evocari, respondit : *Quis es tu ?* At vox iterum , tertio eum vocans nomine, dixit : *Surge, Brienti* ; *Nicholaus ego sum*. Ad hanc vocem ille ilico expergefactus surrexit, clamans et dicens : *Sancte Nicholae, adjuva me*. Quod audientes qui circumquaque assistebant viri, clamore insolito attoniti, conveniunt, videntes illum in pedes consistere, qui numquam pedum nisi tantummodo imaginem habuerat. Quibus ipse dixit : *Auxiliamini mihi, ut pergam ad altare domini mei Nicholai, qui me erexit ; nescio enim ambulare*. Nec mirum si ille pergendi erat nescius, qui jam amplius quam quindecim aetatis annos habens, numquam super pedes steterat, quippe quos non habuerat. Tunc viri illi, admiratione cum gaudio repleti, per medium chorum psallentium monachorum eum ad altare deducunt. Tunc stupor nimius omnes monachos arripuit, qui haec cernebant. Resonabat coetus psallentium mixta cum lacrimis laetitia : dignum nempe erat,

ut sanctus Dei Nicholaus sua antiqua nostris temporibus renovaret miracula; unde ille cantantium chorus reboabat : *Ex ejus tumba marmorea sacrum resudat oleum, quo liniti sanantur caeci, surdis auditus redditur et debilis quisque sospes regreditur.* Cui ante altare posito omnes certatim caligas detrahunt. Tum vero stupendum et aetate nostra inauditum vidimus 5 mirabile quoddam. Nam nervorum quibus antea constrictus fuerat vinculis dissolutis, sanguinem erupisse conspeximus, qui ad terram usque per ejus suras defluens, cunctis quod factum erat in eo sanitatis signum propalabat. Inde nova res. Scilicet coepit se primum praemortuis membris vivax infundere tepor, caro turgescere, surae atque bases succrescere, distorta atque gibbosa vestigia in 10 pedum modum demutari, pubescentibus ilico arteriis et unguibus. Nemo eorum qui ibi aderant haec prospicientium a fletu se cohibere poterat; nomen Domini benedicitur, qui tanta ac talia per servos suos magnifice operatur ad laudem et gloriam nominis sui. Abbas quoque et monachi de proprii patroni gratulantur beneficiis. Congaudet plebs nimium, quae videbat hoc miraculum. 15 Mane igitur facto, gens Andegava, audito quod acciderat, accurrit laeta ad videndum. Cumque multa adesset populorum frequentia, qui ad hoc spectaculum convenerant, unus ex monachis ad altare pergit, ubi adhuc juvenis decubabat, eique taliter infit : *Brienti, si vera sunt ea quae astipularis, te videlicet per beati Nicholai merita sanitatem a Domino percepisse, sta super* 20 *pedes tuos rectus, quatinus hic populus, qui ad hoc convenit, videat non fantastico, sed divino factum esse in spiritu.* Tunc ille de terra consurgens, ad altare perrexit, deferens secum scabellos et alveolos, cum quibus antea reptans gradiebatur, easque super altare deposuit. Monachi hoc videntes, laudes Domino ejusque famulo Nicholao tam corde, quam voce depromunt. Plebs vero, 25 pro ammiratione nimia lacrimis perfusa, verum Dei esse servum Nicholaum proclamat. O virum per omnia laudabilem... (*Sequitur prolixa paraenesis*).

DLXXIX. Codex signatus num. 12612.

Olim « ex libris Corbeiensis monasterii », deinde San-Germ., prius 469, recentius 503.

Foliorum 250, med. (0m,338×0,24), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° [Vita sancti Gaugerici] (fol. 1r-1v).

Finis Vitae ed. *Anal. Boll.*, tom. VII, p. 388-98. Inc. *idus Augusti* (p. 396, lin. 5).

2° Passio sanctorum Isaac et Maximiani, quae est XII kalendas septembris (fol. 1v-7r).

Ed. ex hoc cod. P. L., tom. VIII, p. 767-74.

3° Passio sancti Mammes monachi, quae est XVI kalendas septembris (fol. 7r-11r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 69r-70v.

4° Passio sanctorum ac beatissimorum martyrum Timothei et Apollinaris, quae est X kalendas septembris (fol. 11r-13r).*

Lectionibus variantibus ut in cod. Brux. 98-100 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 40, 84°).

5° Passio trium fratrum Claudii, Asterii et Leonis, quae est X kalendas septembris (fol. 13r-15r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Aug., tom. IV, p. 571-72.

6° Passio sanctorum martyrum Justi et Pastoris, qui passi sunt in Compluta civitate VIII kalendas septembris (fol. 15r-16r).

Ed. ibid., ad d. 6 Aug., tom. II, p. 154.

7° Passio sancti ac beatissimi peculiaris patroni nostri Juliani martyris, quae est V kalendas septembris (fol. 16r-18r).*

8° Vita domni Victoris episcopi [Cenomanensis] et confessoris, quae est kalendis septembris (fol. 18r-21v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Aug., tom. V, p. 145-47.

9° Vita beati Justi episcopi et confessoris Lugdunensis, quae est IIII nonas septembris (fol. 21v-23v).

Ed. ibid., ad d. 2 Sept., tom. I, p. 373-74. Pro num. 2 descripti sunt in cod. numm. 4 et 5 Vitae prolixioris (ibid., p. 375).

10° Passio sancti Marcelli martyris [Cabilonensis], quae est pridie nonas septembris (fol. 23v-25v).

Ed. ibid., ad d. 4 Sept., tom. II, p. 199-200. Num. 1 paucis verbis contractus est.

11° Passio sanctae Theclae martyris, quae est VIII kalendas octobris (fol. 25v-31v).*

12° Passio sancti Hamirammi, quae est IX kalendas octobris (fol. 31v-35v).

Auctore Aribone, ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Sept., tom. VI, p. 474-84. Desinit in verbis *praeoccupare faciem Domini dum videretur* (num. 19) et folio exciso desiderantur numm. 3, 4 et ex parte 2, 5.

13° Vita sancti Sollemnis episcopi et confessoris, quae est VIII kalendas octobris (fol. 35v-38v).

Ed. ibid., ad d. 25 Sept., tom. VII, p. 68-70.

14° Vita beati Fronti, quae est kalendis octobris (fol. 38v-44r).

Ed. ap. Fr. Bosquet, *Eccl. Gallic. Hist.*, part. II, p. 5-13.

16° Passio sanctae Reparatae virginis, quae est VIII idus octobris (fol. 44r-45v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Oct., tom. IV, p. 39-40.

17° Passio sancti Domnini, quae est octavo idus octobris (fol. 45v-47v).

Ed. ibid., ad d. 9 Oct., p. 991-92.

18° Conversio vel paenitentia sanctae Pelagiae, quae est II° idus novembris (fol. 47v-53r).

Auctore Joanne diacono, ed. ibid., ad d. 8 Oct., p. 264-66.

19° Passio [sancti] Philippi episcopi in Atranopoli Thraciae, quae est XI° kalendas novembris (fol. 53r-62r).

Ed. ibid., ad d. 22 Oct., tom. IX, p. 545-52.

20° Translatio capitis sancti Johannis Baptistae, quae est kalendis octobris (fol. 62v-70v).

Scilicet *a)* Epistola Dionysii ad Gaudentium, ed *Act. SS.*, tom. IV Jun., p. 721-22; *b)* Historia Emesanorum *(Duo quidam monachi...)*, ed. ibid., p. 716-18; *c)* Narratio Marcelli *(Apparuit ter beatissimus...)*, ed. ibid., p. 724-28. In fine (cfr. ibid., p. 728) notanda sequens variatio : *Celebrata est autem depositio sancti Johannis praecursoris Domini atque Baptistae in eadem basilica, vicesimo octavo die mensis octobris, id est v kalendas novembris, per indictionem septimam.*

21° Passio sancti Benigni presbyteri, quae est kalendis novembris (fol. 70v-72v).

Ed. ope hujus cod. *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 155.

22° Passio sancti Romani monachi, quae est XIIII kalendas decembris (fol. 72v-77r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 244r-246r. Desinit in verbis *et sepelierunt illud* (fol. 246r, col. 2, lin. 5).

23° Passio sancti ac beatissimi Mauri martyris, quae est XI kalendas decembris (fol. 77v-79v).

Ed. ex cod. Brux. 9289, *Cat. Brux.*, tom. II, p. 397-99.

29° Passio sancti benedicti martyris Marculi, quae est octavo kalendas decembris (fol. 79ᵛ-84ᵛ).

Ed. ope hujus cod. P. L., tom. V, p. 760-66.

30° Vita sancti Maximini presbyteri [abbatis Miciacensis], quae est XIII kalendas januarias (fol. 84ᵛ-88ᵛ).

Brevior quam Vita ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 581-91, eadem tamen referens eademque serie.

Inc. *Tempore illo, cum pars Austriae imperialis aulae probabiliter haberent judices constitutos, Maximinus Virdunensis oppido oriundus fuit, parentibus ingenuis, militiae conferens dignitatem. Igitur cum Francorum exercitus ab illius partibus dirigerent regionis et Chlodoveus rex, summae Christi religionis cultor, cujus agmina multitudo processerat, cum ad locum ipsius civitatis advenisset, contigit ut ejus pontifex migraret ad Dominum.*

31° Passio sanctae Mariae, quae est kalendis novembris (fol. 88ᵛ-93ᵛ).

Ed. ope hujus cod. *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 201-6.

32° Vita beati Carilephi presbyteri, quae est kalendis julii (fol. 93ᵛ-105ᵛ).

Ed. ap. Surium, ad d. 1 Julii (p. 19), stilo paululum immutato.

33° Vita beatissimi Theoderici abbatis, discipuli sancti Remigii Remensis archiepiscopi, quae celebratur kalendis julii (fol. 105ᵛ-115ᵛ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Jul., tom. I, p. 64-70.

34° Vita sancti ac beatissimi Goaris confessoris, quae est secundo nonas julii (fol. 115ᵛ-122ʳ).

Ed. ibid., ad. d. 6 Jul., tom. II, p. 433-37, multis lectionibus variantibus.

35° Passio sancti Procopii martyris, quae est VIII idus julii (fol. 122ʳ-122ᵛ).

Ed. ibid., ad d. 8 Jul., p. 536.

36° Passio sancti Cyrilli episcopi, quae est IIII^to idus julii (fol. 122ᵛ-123ᵛ).

Ed. ibid., ad d. 9 Jul., p. 587.

37° Vita sancti Arnulfi episcopi et confessoris, quae est XII kalendas augusti (fol. 123ᵛ-131ᵛ).*

Om. num. 7.

38° Passio sancti Victoris [Massiliensis] martyris cum sociis suis, quae est XII kalendas augusti (fol. 131v-136r).*

39° Passio beatae Praxedis, quae est XII kalendas augusti, scriptum Pastoris presbyteri ad Timotheum presbyterum (fol. 136r-137v).*

40° Vita sancti Lupi episcopi, quae est IIII° kalendas augusti (fol. 137v-140r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Jul., tom. VII, p. 69-70.

41° Lectiones in festivitate sancti Germani episcopi [Autisiodorensis] et confessoris (fol. 140r-146r).*

Excerptae e Vita.

42° Liber de vita et virtutibus sancti Germani epicopi [Autisiodorensis] et confessoris (fol. 146r-171r).*

Deest clausula *Sedit autem isdem domnus...*, et epitaphium.

43° Vita vel actus beatae Crothildis reginae (fol. 172r-178v).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 98-103.

44° Passio sanctae Martinae virginis (fol. 179r-179v).

Ex Adone, ad d. 1 Jan. (P. L., tom. CXXIII, p. 207).

45° Passio sanctae Columbae virginis (fol. 180r-182r).*

46° Vita sanctae Marinae (fol. 182r-184r).*

47° Passio beati Luciani [Bellovacensis] martyris et sociorum ejus (fol. 184r-188r).*

Desinit in verbis *postulaverit obtinebit* (num. 25, lin. 8).

48° Inventio et translatio beatissimi Firmini episcopi et martyris (188r-191v).

Ed. ap. Salmon, *Histoire de Saint Firmin*, p. 423-28. In codice reperitur lectio varians ed. p. 423, not. 3.

49° Vita beati Felicis in Pincis (fol. 191v-193r).

Ex Adone, ad d. 14 Jan. (P. L., tom. CXXIII, p. 214).

50° Passio sanctorum geminorum Speusippi, Eleusippi, Meleusippi (fol. 193r-197r).*

51° Passio sancti Babylae episcopi (fol. 197r-201r).*

52° Passio sancti Polycarpi presbyteri et martyris (fol. 202r-205r).

Ex Eusebio, interprete Ruffino, lib. IV, cap. 14, nonnullis omissis.

53° Passio sancti Ignatii episcopi et martyris (fol. 205r-205v).

Ed. ex Adone, *Act. SS.*, ad d. 1 Febr., tom. I, p. 28.

54° Vitae beatae Brigidae virginis (fol. 205v-215r).*

55° Passio sancti Blasii episcopi et martyris (fol. 215r-222v).

Passio quarta, ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Febr., tom. I, p. 349-53. Versus subinde omissi sunt.

56° Passio sancti Fileae episcopi et martyris (fol. 222v-224r).

Ex Eusebio, interprete Rufino, lib. VIII, cap. 9, 10, usque ad verba *capite plecti jubet*.

57° Passio sanctae Julianae martyris in civitate Nicomediae (fol. 224r-230r).*

Inc. *Tempore illo quidam senator, Eleusius nomine...*

58° Passio sanctorum quadraginta martyrum (fol. 230r-233r).*

59° Vita sancti Vulfranni pontificis Senonicae urbis (fol. 233r-240v).

Auctore Jona, ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. III, part. I, p. 357-65.

60° Vita sancti Augustini episcopi et confessoris (fol. 240v-250v).

Ut in cod. 5360 (tom. II, p. 338, 17°). In fine mutila, foliis avulsis.

DLXXX. Codex signatus num. 12613.

Olim San-Germ., prius 403, recentius 511.

Foliorum 221 (praeter duo insiticia in capite), med. (0m,28×0,19), columnis binis, exaratus saec. XIII.

Liber Gestorum Barlaam et Josaphat servorum Dei,

graeco sermone editus a Johanne Damasceno, viro sancto et erudito (fol. 1r-63v).*

DLXXXI. Codex signatus num. 12614.

Olim « Sancti Mauri Fossatensis » (fol. 3r), deinde San-Germ., prius 1029, recentius 1051.

Foliorum 128 (quorum duo priora insiticia in capite codicis), med. (0m,285× 0,19), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

Vita et miracula venerabilis Benedicti abbatis, conditoris monasterii quod appellatur Arci, provinciae Campaniae (fol. 3r-29v).*

Suppressi sunt dialogi quibus in ed. interrupta est narratio.

2° [Documenta de S. Mauro] (fol. 29v-72v).

Ut in cod. 3 (supra, tom. I, p. 1-2). Sed foliis hic illic avulsis vel dilaceratis, non pauca passim desiderantur.

3° [Sermo de translationibus corporis sancti Mauri] (fol. 73r-81r).

Ed. supra ex cod. 3778 (tom. I, p. 264-70).

4° Item miracula de beato Mauro abbate et levita (fol. 81r-89v).

Miracula duo, quorum alterum contigit anno 1100, alterum anno 1137, ed. ap. Jac. du Breul, *Supplem. Antiq. urbis Paris.* (Paris 1614), p. 130-36. Sed secundo miraculo praefixus est brevis prologus, qui apud Brolium non legitur, his verbis conceptus :

Precibus et petitionibus vestris, amantissime frater Guido, diutius compulsatus, etsi aperire non possum, negare non audeo. Est enim quod injungitis supra nostrae parvitatis infantiam, neque vestris quaestionibus facile potest quislibet respondere. Sed qui aperuit os asinae et linguas infantium facit disertas, potens est Deus os mutum aperire et per servum suum, licet indignum, tamquam per organum quod ei beneplacitum est et quod fortasse proderit, quod oculi nostri perspexerunt ad posterorum memoriam revocare. Dubitatis enim et dubitando quaeritis quod nec cuiquam quaerere nec licitum est dubitare, utrum vera sint quae de beato Mauro ubique tam sollemniter praedicantur. Sed quid non potest ille benedictus Dei famulus Maurus, sanctissimi Benedicti discipulus, ad cujus imperium super aquas ambulavit Placidumque puerum

de medio gurgitis sicco vestigio reportavit? Igitur quae praesentes vidimus et audivimus, prout Dominus dederit explicemus.

5° Vita sancti Baboleni confessoris atque abbatis [Fossatensis] (fol. 89v-106r).

Ed. ex parte ap. Andr. Du Chesne, *Hist. Franc. Script.*, tom. I, p. 658-64, integra vero ap. Petr. Fr. Chifflet, *Bedae et Fredegarii concordia*. Cfr. *Act. SS.*, ad d. 26 Jun., tom. V, p. 179, num. 3.

6° Miracula quae per eum Deus operari dignatus est ad laudem et gloriam nominis sui (fol. 106v-112v).

Ed. ex hoc codice *Act. SS.*, tom. cit., p. 181-84.

7° Vita domni Burchardi venerabilis comitis (fol. 113r-128r).

Auctore Odone Fossatensi, ed. *Rec. des Hist. de Fr.*, tom. X, p. 349-60 (cfr. supra, tom. I, p. 239, 8°). Deficiente folio in capite, deest initium prologi.

DLXXXII. Codex signatus num. 12615.

Olim « Corbeiensis monasterii » (1), deinde San-Germ., prius 471, recentius 490.

Foliorum 152 (praeter tria insiticia, duo in capite, tertium in calce), med. (0m,345×0,24), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

1° Passio gloriosissimorum apostolorum Petri et Pauli, quae est III kalendas julii (fol. 1r-10r).*

Auctore Pseudo-Marcello.

2° Martyrium beati Petri apostoli, a Lino episcopo conscriptum (fol. 10r-17v).*

3° Martyrium beati Pauli apostoli, a Lino episcopo conscriptum (fol. 17v-24v).*

4° Passio sancti Andreae apostoli, quae est II kalendas decembris (fol. 37v-41v).*

5° Passio sancti Jacobi fratris Johannis evangelistae, quae est VIII kalendas augusti (fol. 41v-45v).*

(1) Fol 152r legitur haec nota : *Hic liber fuit scriptus a Johanne dicto Daboval clerico anno Domini m. ccc° xvi° in die conceptionis beatae Mariae virginis mense decembris. Et fecit me fieri Thomas de Pisci prior istius ecclesiae.*

6° Assumptio sancti Johannis evangelistae, quae est VI kalendas januarii (fol. 45ᵛ-53ʳ).*

7° Passio sancti Thomae apostoli, quae recolitur VII kalendas januarii (fol. 53ʳ-68ᵛ).*

Ed. ap. Max. Bonnet, p. 96-132.

8° Passio sancti Jacobi fratris Domini, quae celebratur kalendas maii (fol. 68ᵛ-69ᵛ).*

Inc. *Tempore illo suscepit....*

9° Assumptio sancti Philippi apostoli, quae est kalendas maii (fol. 69ᵛ-70ᵛ).

Initium et clausula ut in cod. Brux. 380-82 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 202, 3°).

10° Passio sancti Bartholomaei apostoli, quae est VIII kalendas septembris (fol. 70ᵛ-76ʳ).*

11° Passio sancti Matthaei apostoli et evangelistae, quae est XI kalendas octobris (fol. 76ᵛ-84ʳ).*

12° Passio sanctorum apostolorum Simonis et Judae, quae est V kalendas novembris (fol. 84ʳ-91ᵛ).*

13° Passio sancti Marci evangelistae, quae est VII kalendas maii (fol. 94ʳ-96ᵛ).*

14° De beato Luca evangelista (fol. 96ᵛ-98ᵛ).

Compendium sermonis Pauli Diaconi (P. L., tom. XCV, p. 1050-55).

15° Sermo sancti Barnabae apostoli (fol. 98ᵛ-99ᵛ).

Compendium Passionis ed. *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 354-57.

Inc. *Beatus Barnabas, qui et Joseph, Cyprius genere, eo fere tempore quo sancta Ecclesia gratiam Spiritus sancti suscepit...*

16° Vita sanctissimi Gregorii Romanae urbis apostolici (fol. 99ᵛ-114ʳ).*

Fragmenta desumpta ex Vita auctore Joanne, scilicet ex lib. I, numm. 1-14, 20-28, ex lib. II, numm. 15-29, 36-38.

17° Vita sancti Augustini episcopi et confessoris (fol. 114ʳ-125ᵛ).

Ut in cod. 5360 (tom. II, p. 338, 17°).

18° Vita sancti Ambrosii, cujus transitus est pridie nonas aprilis (fol. 125ᵛ-139ᵛ).*

Om. prologus.

19° Vita gloriosi confessoris Christi Hieronymi (fol. 139v-146v).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 201-14. Desinit ut indicatur ibid., p. 213, not. c.

20° Item aliud scriptum de vita ejusdem (fol. 146v-152r).*

Auctore anonymo.

DLXXXIII. Codex signatus num. 12616.

Olim « ex libris Corbeiensis monasterii », deinde San-Germ., prius 474, recentius 504.

Foliorum 166, med. (0m,35×0,255), lineis plenis, exaratus (eadem manu qua cod. 12615) saec. XIV.

1° Praeclara gesta sancti Silvestri papae et confessoris (fol. 1r-25v).*

In fine subjuncta est mentio translationis corporis sancti pontificis in monasterium Nonantulense opera Anselmi abbatis anno octavo Aistulphi regis Longobardorum.

2° Vita sancti ac beatissimi Remigii Remorum archiepiscopi et confessoris (fol. 25v-41v).*

Auctore Hincmaro. Omm. prologus et alia nonnulla passim. Desinit in num. 120.

3° Vita sancti Hilarii episcopi et confessoris (fol. 41v-46r).*

Scilicet lib. I. Om. prologus. Num. 7 inserta est epistola Hilarii ad Abram filiam.

4° Vita sancti Fursei confessoris (fol. 46r-52v).*

5° Gesta sancti Fursei (fol. 52v-56r).

Scilicet miracula ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 41-44.

6° Vita sancti Felicis [presbyteri Nolani] confessoris (fol. 56r-57r).

Ex Adone, ad d. 14 Jan. (P. L., tom. CXXIII, p. 214).

7° Vita sancti Felicis presbyteri [Romani] et confessoris (fol. 57r-58r).*

8° Vita sancti Sulpicii episcopi et confessoris (fol. 58r-66v).*

9° Vita sancti Juliani confessoris (fol. 66v-69r).

Enumeratio eorum qui Juliani nomine donati insignes fuere recte aut male gestis. Incipit a sancto Juliano Cenomanensi episcopo, desinit vero in Juliano apostata. Similia invenies in *Leg. Aurea.*

10° Vita sancti Vedasti (fol. 69r-75r).*

Om. prologus.

11° Vita sancti ac beatissimi Amandi episcopi et confessoris (fol. 75r-80r).*

Om. prologus.

12° Vita sancti Albini Andegavensis episcopi et confessoris (fol. 80r-83r).*

Om. prologus.

13° Vita sancti Benedicti abbatis (fol. 83r-87r).

Desumpta ex vita auctore Gregorio M.

14° Vita sanctissimi Richarii sacerdotis egregii atque gloriosi confessoris (fol. 87v-95r).

Auctore Alcuino, ed. *Act. SS.*, ad d. 26 April., tom. III, p. 442-47. In codice leguntur interpolationes ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 197-200.

5° Vita sancti Germani Parisiensis episcopi (fol. 95r-105r).*

16° Vita sancti Medardi Ver[o]mand[u]ensis episcopi (fol. 105r-107v).*

17° Vita sancti Paulini confessoris (fol. 107v-108v).

Ex libro dialogorum S. Gregorii Magni, lib. III, cap. 1 (P. L., tom. LXXVII, p. 216-20).

18° Vita sancti Leonis papae (fol. 108v-109r).

Relatio trium memorabilium quae sancto Leoni Magno contigisse feruntur, scilicet restitutae a B. V. Maria manus, quam ob exortam carnis tentationem sibi amputaverat, occursus Attilae regi, epistolae ad Fabianum ab ipso sancto Petro emendatae.

19° Translatio beatissimi Benedicti abbatis (fol. 109v-113v).*

20° Gesta ejusdem cum miraculis (fol. 113v-127v).

Auctore Adrevaldo, ed. ap. Joannem a Bosco, *Bibl. Floriac.*, part. I, p. 13-47. Inc. *Regni Italici...* Desinit vero in verbis *laetus remeatur ad propria*, p. 57, lin. 13. Cfr. *Act. SS.*, tom. III Mart., p. 305.

21° Vita sancti Wandregisili abbatis (fol. 127v-136v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jul., tom. V, p. 272-81. Omm. prologus et num. 28.

22° Vita sancti Philiberti abbatis (fol. 136v-142v).

Ed. ibid., ad d. 20 Aug., tom. IV, p. 75-80. Om. prologus.

23° Vita sancti Audoeni Rotomagensis ecclesiae archiepiscopi (fol. 142v-152v).

Auctore Fridegodo, ed. ibid., ad d. 24 Aug., p. 810-19. Om. prologus.

24° Vita sancti Aegidii abbatis (fol. 152v-157r).*

25° Qualiter memoria beati archangeli Michaelis primitus mundo sit ostensa (fol. 157r-159r).*

26° Vita beati Leonardi eximii confessoris (fol. 159r-162r).*

27° Vita sancti Bavonis confessoris (fol. 162v-166v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Oct., tom. I, p. 230-35. Omm. numm. 1-3, et Vita mutila desinit in verbis *migravit. Igitur sanctissimus atque* (num. 27 in.).

DLXXXIV. Codex signatus num. 12617.

Olim San.-Germ., prius 478, recentius 506.

Foliorum 99, med. (0m,32×0,23), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

1° Vita sancti ac beatissimi Germani Parisiensis episcopi (fol. 1r-27r).*

2° Translatio corporis sancti Germani episcopi Parisiensis (fol. 27r-50v).*

Pauca verba desiderantur in fine.

3° [Libri] miraculorum sancti Germani episcopi Parisiacae urbis (fol. 52r-74r).

Auctore Aimoino, ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Maii, tom. VI, p. 797-804. Omm. praefatio generalis, prologus libri I et libri II num. 14. — Sequuntur (fol. 74v-86v) tres sermones paraenetici, in festivitatibus S. Germani legendi.

4° Passio beati Vincentii archidiaconi et martyris (fol. 86v-97r).*

DLXXXV. Codex signatus num. 12618.

Olim San.-Germ., prius 270, recentius 509. 2.

Foliorum 50 (praeter duo insiticia in capite et duo ad calcem), med. (0m,29× 0,20), columnis binis, exaratus saec. XIV, pictisque litteris ac titulis deauratis ornatus.

1° Vita sancti ac egregii confessoris Christi Mauri levitae et monachi, sanctissimi viri Benedicti praeclari discipuli (fol. 1r-15r).*

Praemissis epistola Odonis et indice capitulorum, omnino ut in cod. 3 (tom. I, p. 1, 1°-4°).

2° Libellus seriem miraculorum... (fol. 15r-25v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 15 Jan., tom. I, p. 1052-62. Praemissa est praefatio altera (*Historiam eversionis...*), ed. ibid., p. 1052, et tituli capitulorum 19.

3° Miracula [alia duo] de beato Mauro abbate et levita (fol. 28v-31v).

Ed. ap. Jac. du Breul, *Supplem. Antiq. urbis Paris.*, p. 130-36.

4° Vita sancti ac incliti confessoris Baboleni et abbatis piissimi (fol. 31v-48r).

De ea fabulosa consarcinatione cfr. *Act. SS.*, ad d. 26 Jun., tom. V, p. 179, num 3.

5° Miracula quae per [sanctum Babolenum] Dominus operari dignatus est ad laudem et gloriam nominis sui (fol. 38r-40r).

Ed. *Act. SS.*, tom. cit., p. 181-184.

6° Vita domni Burchardi venerabilis comitis... (fol. 40r-50v).

Ut in cod. 3778 (tom. I, p. 239, 8°).

DLXXXVI. Codex signatus num. 12942.

Olim San-Germ., recentius 593.

Foliorum 146, med. (0m,312×0,205), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° Vita sancti Leonardi confessoris, quae colitur VIII idus novembris (fol. 107r-110r).*

2° Miracula in translatione ejusdem (fol. 110r-112v).

Miracula novem, ed. *a*) ap. Arbellot, *Vie de S. Léonard*, p. 289-90 (§ 1); *b*) ap. Surium, ad d. 6 Nov. (p. 167), cap. 9; *c*) ibid., cap. 10 (stilo in utraque narratione diverso); *d*) ap. Arbellot, p. 290-91 (§ 2); *e*) ibid., p. 291-92 (§ 3); *f*) stilo mutato, ap. Surium, loc. cit., cap. 13; *g*) ap. Arbellot, p. 292-93 (§ 4); *h*) ibid., p. 293 (§ 5); *i*) ibid., p. 293-94 (§ 6).

3° Vita sancti Pauli Aurelianensis, quae colitur IIII idus martii (fol. 113v-129v).

Ed. ex hoc codice R. P. Dom. Fr. Plaine, *Anal. Boll.*, tom. I, p. 209-58.

DLXXXVII. Codex signatus num. 12958.

Olim San-Germ., prius 448, recentius 777.

Foliorum 76, ex variis laciniis compactus, min. (0m,26×0,20), partim lineis plenis (fol. 1-73), partim columnis binis, exaratus saeculo X.

Vita metrica sancti Cassiani (fol. 73r-76v).

Ed. ex hoc codice ap. G. Harster, *Novem vitae sanctorum metricae*, p. 64-85. Initio mutila.

DLXXXVIII. Codex signatus num. 13026.

Olim coenobii Corbeiensis, dein San-Germ., prius 540, recentius 1188.

Foliorum 182 (praeter tria insiticia), min. (0m,265×0,18), partim lineis plenis (fol. 1-40 et fol. 122-182), partim columnis binis (fol. 41-121), exaratus saec. IX.

Carmen de sancto Felice (fol. 101v-121v).

Auctore Paulino, ed. cum hujus codicis variantibus lectionibus P. L., tom. LXI, pp. 462-483, 490-502 (omm. in cod. versus 350-378), 608-615, 638-648. Ultimum hoc carmen desinit mutilum in versum 111, *Nunc opus adjutore Deo solusque timendus*.

DLXXXIX. Codex signatus num. 13089.

Olim San-Germ., recentius 591.

Foliorum omnino 178, compactus ex multorum codicum laciniis, diversae formae et aetatis, inter quae haec reperiuntur hagiographica.

I. Folium patens $0^m,37 \times 0^m,27$, columnis binis, descriptum saec. XII.

1° [Miracula sancti Melanii episcopi Redonensis] (fol. 32^{r-v}).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. IX (1890), p. 438-44.

II. Folium patens $0^m,33 \times 0^m,21$, descriptum saec. XII.

2° De sancto Thoma Cantuariensi epitaphium (1) (fol. 120^v).

Ed. ex cod. Carnot. 204, *Anal. Boll.*, tom. VIII, p. 184.

III. Folia quatuor, med. ($0^m,33 \times 0^m$, 21), columnis binis, exarata saec. XI.

3° [Vita sancti Maturini] (fol. 122^r-125^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 250-55. Acephala inc. *profecturus vobiscum, volo ut sponsionem mihi...* (num. 8 extr.).

4° Kalendis septembris, vita sancti Lupi episcopi [Senonensis] et confessoris (fol. 125^{r-v}).

Ed. ibid., ad d. 1 Sept., p. 255-64. Mutila desinit in verbis *Cumque praedia propria in Aurelianorum* (num. 5 med.).

DXC. Codex signatus num. 13090.

Olim *Résidu Saint-Germain* 980.

Compactus ex multis codicum laciniis, diversae formae et aetatis, foliorum omnino 185, quorum nonnulla duplicia.

I. (fol. 62-69^a) Olim « Ex monasterio S. Theoderici juxta Remos » (fol. 62^r). — Min. ($0^m,222 \times 0,18$), lineis plenis, exaratus extr. saec. XI.

1° Sermo de sancto Theoderico (fol. 62^r-69^{av}).

Sermo encomiasticus, in quo compendiose narratur historia S. Theoderici, eadem serie rerum quae legitur in Vita ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Jul., tom. I, p. 65-70.

II. (fol. 94-109) Olim San-Germ., recentius 1404. 2. — Min. ($0^m,215 \times 0,15$), lineis plenis, exaratus saec. XII.

(1) Hic titulus descriptus est manu saec. XVI et eadem add. *ex ms. cod. S. Remigii Rem.*

2° [Vita sanctae Mariae Magdalenae] (fol. 95ᵛ-97ʳ).*

Cum prologo *Licet plerisque...*, sed sine additamentis. Omm. etiam tres ultimae sententiae, a verbis *Femina enim nulla...* — Praemissus est sermo Odonis, ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jul., tom. V, p. 218-22, sed. in cod. acephalus, deficientibus prioribus foliis.

3° [Translatio corporis sanctae Mariae Magdalenae ad Viziliacense monasterium] (fol. 97ᵛ-102ʳ).

Ed. ap. Faillon, *Monuments*, etc., tom. II, p. 745-52. Initio, pro *anno... plus minus septingentesimo quadragesimo nono*, legitur *anno... septingentesimo nono*. In fine (fol. 101ᵛ a. m.-102ʳ extr.) addita sunt quaedam generaliter dicta de prodigiis quae fiunt in loco ubi corpus sanctum requiescit.

4° [Miracula sanctae Mariae Magdalenae] (fol. 102ʳ-105ᵛ).

Ed. ibid., p. 737 med. -42. Omm. quae leguntur ibid., p. 738 extr. (*In castro Nuceriis...*) usque ad p. 739, lin. 20 a fin. (*...vadimonium accipere liceret*), et praeterea ultima sententia p. 742 (*Die tertia nihilominus...*). — Sequuntur *a*) (fol. 105ᵛ-106ʳ) versus editi supra ex cod. 5296 B (tom. I, p. 587), sed alio ordine dispositi, et paucis additis :

Init. [*M*]*etrica verbatim solida sua facta suatim*
[*S*]*eria...*

In fine. *Nobilitas animi quos nectit in ordine cosmi*
Magdalenes Maria Christi quem sternit alumna.

b) (fol. 106ʳ-109ᵛ) officium S. Mariae Magdalenae.

III. (fol. 111-126) Olim « Beccensis coenobii » (fol. 114ʳ). — Med. (0ᵐ,29×0,21), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

5° [Passio sancti Mauritii et sociorum] (fol. 111ʳ-112ᵛ).*

Secundum lectionem Surianam. Acephala inc. *longius latitantes. Nos omnes christianos esse cognosce...* (*Act. SS.*, num. 10 ; cfr. adnot. *l* extr.).

6° Vita beatissimi Romani archiepiscopi Rothomagensis et egregii confessoris Christi (fol. 112ᵛ-124ᵛ).

Auctore Fulberto, ed. a Nicolao Rigaltio Rotomagi anno 1609. Cfr. *Act. SS.*, ad d. 23 Oct., tom. X, p. 75, num. 6. Habes in cod. epistolam praefatoriam.

7° Passio sanctarum Felicitatis et Perpetuae (fol. 124ᵛ-125ᵛ).*

Mutila desinit in verbis *cum essent de nobili* (num. 5 a. m.).

IV. (fol. 127-145) Med. (0ᵐ,30×0,225), columnis binis, exaratus saec. XII.

8° Vita sancti Hugonis abbatis [Cluniacensis] (fol. 127ʳ-145ᵛ).

Auctore Gilone, ed. ap. L'Huillier, *Vie de S. Hugues* (Paris 1888), p. 574-618.

Mutila desinit in verbis *Vos qui turris David, columna, murum ponebatis pro domo* (p. 617 med.).

V. (fol. 146-160) Olim « ex Crispianensi monasterio » (fol. 146r) Sancti Arnulphi. — Min. (0m,215×0,12), lineis plenis, exaratus saec. XII.

9° Vita domni Hugonis abbatis Cluniacensis coenobii (fol. 147r-157r).

Auctore Raynaldo, ed. *Act. SS.*, ad d. 29 April., tom. III, p. 648-53.

10° Item metrice eadem composita (fol. 157r-160r).

Auctore eodem, ed. ibid., p. 654-55.

VI. (fol. 168-185) Med. (0m,30×0,225), columnis binis, exaratus saec. XIII.

11° [Vita sancti Maioli abbatis Cluniacensis] (fol. 178r-185v et fol. 168r-170v).

Auctore Nalgodo, ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Maii, tom. II, p. 658-68. Acephala inc. *perdidisse. Laetus igitur donum...* (num. 7 med.).

12° Vita beati Hugonis abbatis [Cluniacensis] (fol. 170v-177r).

Auctore Raynaldo, ed. ibid., ad d. 29 April., tom. III, p. 648-53. — Sequitur (fol. 177r-v). *Sermo beati patris Hugonis de sancto Marcello martyre Cabillonensi.*

DXCI. Codex signatus num. 13091.

Olim *Résidu Saint-Germain* 981.

Foliorum omnino 166, ex multis codicum laciniis compactus, diversae formae et aetatis.

I. (fol. 8-15) Olim « ex monasterio S. Theod[erici] prope Remos » (fol. 8r). — Min. (0m,23×0,15), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1° Relatio miraculorum sancti Sebastiani martyris (fol. 8r-15v).

Ed. ex parte ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. IV, part. I, p. 401 sqq., capp. 38, 39, 41, 42. Sed quae in codice post haec leguntur (fol. 14r, *Longum valde...*) videntur inedita. Vid. infra Append.

II. (fol. 16-23 et 41-66bis) Olim « ex libris Corbeiensis monasterii » (fol. 16r) (1). — Med. (0m,30×0,20), columnis, binis, exaratus saec. XII.

(1) Item fol. 66bisv, « Liber Sancti Petri Corbeiensis. »

2° Vita sancti Adalardi confessoris, Corbeiensis abbatis (fol. 16r-23v et 47r-51v).

Auctore Gerardo, ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Jan., tom. I, p. 111-17 et p. 110-11 (num. 83-88).

3° Miracula ejusdem venerandi patris (fol. 51v-56v).

Ed. ibid., p. 118-21.

4° [Alia] miracula sancti Adalardi (fol. 58r-62r).

Ed. ibid., p. 121-23.

5° Translatio sancti Gentiani martyris [ad Corbeiense monasterium] facta tempore abbatis Fulconis (fol. 62v-64v).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, tom. IV, part. II, p. 487-89.

6° Translatio sancti Praecordii facta mira dispensatione Dei (fol. 64v-66bis r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Feb., tom. I, p. 196-98, stilo subinde diverso.

III. (fol. 24-27) Min. (0m,185×0,15), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

8° [Vita sancti Richarii abbatis Centulensis] (fol. 24r-27v).

Auctore Alcuino, ed. *Act. SS.*, ad d. 26 April., tom. III, p. 442-47. Mutila initio ac fine et aliquantum adulterata.

IV. (fol. 36-40) Olim « ex Majori monasterio » (fol. 36r). — Min. (0m,18×0,13), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

9° Passio sancti Petri apostoli (fol. 38v-39r).

Compendium narrationis Pseudo-Marcelli.

10° Passio sancti Andreae apostoli (fol. 39v-40r).

Compendium epistolae presbyterorum et diaconorum Achaiae.

11° Passio sancti Jacobi [Minoris] apostoli (fol. 40r-v).

Compendium.

Appendix ad cod. 13091.

MIRACULA S. SEBASTIANI (Cfr. supra, p. 178, 1°).

1. **Item aliud miraculum.** — Longum valde ac cuiquam spermologo difficillimum est viritim ac personaliter ea prosequi quae per ejus venerabilia merita vis divina exercere dignabatur in universalium passionum morborumque gene-

ribus quae humanae condicioni aut originaliter naturali passibilitate accidunt aut fortuito proveniunt. Cum enim ex diversa orbis latitudine fama virtutum ejus exorta innumerabilis hominum concurreret multitudo, ex omnibus tamen Galliarum Germaniaeque finibus, transmarinis quoque provinciis, tanta populorum immensitas confluebat ut omnem loci ipsius situm, qui ampla satis latitudine dilatatur, locustarum instar praeoccuparet. Inter quos tanta erat numerositas caecorum, claudorum, aridorum, leprosorumque et energuminorum, lunaticorum quoque omnigenarumque debilitatum incommoditatibus praepedita frequentia, ut numeri summam videretur excedere. In his omnibus tam frequens erat nutu divinitatis per beatissimum martyrem sanitatum exhibitio quanto et eorum qui medela indigebant numerosior erat concursio. Sanabantur denique non tantum viritim aut personaliter, verum etiam deni vigenique et, ut ita dicam, gregatim : adeo ut in die vigiliarum sancti ac venerabilis confessoris Christi Benedicti abbatis septuaginta et duo promiscui sexus et aetatis, promiscuae quoque debilitatis, ipso virtutifero martyre suffragante, redderentur incolumes. Lumen caeci, quod numquam experti fuerant, percipiebant, claudi gressum, quem non noverant, consequebantur. Erat in his, qui devotionis obtentu ad ejus experienda confluebant beneficia, timor immodicus, cultui reverentiae mixtus. Plerique enim crimina sua palam profitebantur, plurimi quoque igne invisibili visibiliter urebantur. Sed quibus erat mens sanior, circumspectius satagebant non ante templi aditum introire quam et mentes intro confessionis ac paenitentiae, corpora quoque aquis diluerent. Erat denique in diversis speciebus, quae votivis donariis ad confessionem hujus praecellentissimi martyris ex diversis provinciis et regionibus pia fidelium offerebantur devotione, tam ingens copia ut ponderis numerique summam paene viderentur excedere, adeo ut octoginta quinque modiorum diversorum numismatum argenti cumulus excresceret, praeter monilia virorum ac mulierum, missoria quoque diversi ponderis aliaque vasa auri quoque nongentarum librarum summa fieret.

2. Aliud miraculum.— Anno incarnati Verbi DCCCXLI. Hoc quoque dignum duximus relatu. Karolo imperatore civitatem Lingonum properante maximo cum archiepiscoporum Francigenarum ac Theutonicorum comitatu, obviam occurrerunt Sancti Medardi monachi, subnixis precibus imperatorem deprecantes ut corpora sanctorum martyrum, confessorum ac virginum in crypta requiescentia, scilicet Sebastiani, Tiburtii, mille martyris*, Petri, Marcellini, Mariani, Pelagii, Mauri, Proti, Iacincti, Abdonis et Sennis, Marci et Marcelliani, Marii, Marthae, Audifax et Abbacuc, Floriani cum VII^tem^ fratribus suis, Gregorii, Sereni, Onesimi, Medardi, Gildardi, Romani, Remigii, Leocadiae et Medrismae et aliorum plurimorum sanctorum veneratione digna, ad excelsiora, ad monasterium quo[d] piae memoriae Ludovicus imperator suus pater jam ex parte aedificaverat, deveheret monasterii loca. Quorum precibus pius rex inclinatus, invitans archiepiscopos et episcopos quo se ad locum dedicandum cryptae praepararent. Quo peracto, inprimis detulerunt Ebbo Remorum archiepiscopus et Rothardus Suessionensium

* *sic.*

episcopus, Robertus Treverorum archiepiscopus, Henricus Viridunensium episcopus corpora sanctorum Medardi et Gildardi. Postea rex Karolus et Auldricus ecclesiae Senonicae metropolitanus, Jonas Aurelianensis episcopus, Rengarius Noviomensis episcopus sanctorum Sebastiani et Gregorii corpora detulere. Quibus advenientibus, praedictorum corpora sanctorum Medardi et Gildardi cunctis videntibus cesserunt partibus et in societate ceperunt propria, ubi divina cotidie exhibentur mysteria ad laudem Domini nostri Jesu Christi. Quo viso rex miraculo, laudans Deum in sanctis suis, dixit : *Gloriose rex sanctorum, tu plasmator saeculorum, te decent praeconia odarum magnifica, qui sanctos sic mirificas atque virtutibus donas; te verbis glorifico et in te firmiter credo. Quis non timebit tuam inedicibilem majestatem ? Caelum turbine versas, universaque gubernans, viventes corpore servans, requiescentes in te tuo munere ditatos in promptu assidue miraculis demonstras.* Et sicut praediximus, beatorum corpora propriis humeris serenissimus rex cum omni veneratione transtulit. Insuper et villas quae nuncupantur Carisiacus, Tomiacus, Archas, in pago Tellao, cum omnibus appendiciis, et Bernacam, rebus ejusdem ecclesiae per edictum addidit sub anathemate et astipulamine LX^ta duorum episcoporum. His ita peractis, Remensem urbem petiit.

3. Est et illud miraculum memoriae commendandum quod Christi sancta pietas perpetravit in Gallia pro sanctorum Gregorii et Sebastiani meritis. In valle Suessonico Clotharius rex Domino construxit monasterium omni opere ditissimum; sed non erat fructifera tellus illa, sentibus et serpentibus plena. Ibi scirporum maxima abundantia pro frumento et trimense cardi erant. Audite vos miraculum sancti patris eximium. In adventu sanctissimi Sebastiani martyris atque papae Gregorii fugam ceperunt colubri, efficitur fructifera vallis illa Suessonica, efficitur vivifica et arborum copia. Unde adhuc promiscua gens refert cantica et cordis in tripudio laudes sonant cum organo.

Vos, fratres, cuncti sic semper mente fideli
Et vocis jubilo regi bene psallite Christo,
In quo jam sancti praeclaro lumine compti
Vivunt et magno dominantur numine mundo,
Quodque volunt faciunt, miseros pietate resolvunt
Vinctos inliciti pravo de pondere facti.

DXCII. Codex signatus num. 13092.

Olim *Résidu Saint-Germain* 983.

Foliorum omnino 170, ex multorum codicum laciniis compactus diversae formae et aetatis.

I. (fol. 88-105) Olim « ex monasterio S. Albini Andegav. » (fol. 88r). — Min. (0m,235×0,18), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° [Vita sancti Girardi monachi sancti Albini] (fol. 88r-99r).

Ed. ope hujus codicis ap. P. Machegay et Aem. Mabille, *Chronique des églises d'Anjou* (Paris 1869), p. 93-126.

2° [Ejusdem miracula] (fol. 99v-105v).

Mox edenda in *Act. SS.*, ad d. 5 Novembris.

II. (fol. 110-113) Olim « ex monasterio S. Ebrulfi in Normannia » (fol. 110r). — Min. (0m,24×0,165), lineis plenis, exaratus saec. XII.

3° Vita sancti Botulphi abbatis (fol. 110r-113v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Jun., tom. III, p. 402-3.

III. (fol. 114-128) Olim « Beccensis coenobii » (fol. 114r). — Med. (0m,29×0,205), lineis plenis, exaratus saec. XII.

4° Vita sancti Walarici confessoris Christi atque abbatis, quod est kalendis aprilis (fol. 114r-123r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 April., tom. I, p. 16-23. Om. prologus.

5° Translatio corporis sancti Walarici abbatis et confessoris, II idus decembris (fol. 123v-128v).

Ed. ibid., p. 23-27.

6° Vita et actus sancti Silvestri (fol. 128v).*

Scilicet exordium prologi.

IV. (fol. 153-158) Min. (fere 0m,17×0,15), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

7° [Vita sancti Richarii abbatis Centulensis] (fol. 153r-158v).

Auctore scilicet illo quem Mabillonius, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 188, num. 2 extr., *interpolatorem Corbeiensem* appellat, cujus quaedam additamenta in adnotationibus ad subjunctam Vitam S. Richarii ab Alcuino conscriptam passim indicat. Initio et fine in codice mutila est.

DXCIII. Codex signatus num. 13188.

Olim San-Germ., prius 267, recentius 1483.

Foliorum 145, min. (0m,177×0,14), lineis plenis, exaratus diversis manibus saec. XIII.

[Vita S. Antonii] (fol. 110r-115r).*

Fragmenta quaedam ex hac vita excerpta. Sequuntur (fol. 115r-139v) alia fragmenta ex libris de Vitis Patrum qui inscripti sunt *Verba seniorum*.

DXCIV. Codex signatus num. 13220.

Olim Francisci de Harlay archiepiscopi Rotomagensis, deinde coenobi sancti Martialis Lemovicensis, postea San-Germ., *Harlay* 369.

Foliorum 211, min. (fere 0m,175×0,44), lineis plenis, exaratus diversis manibus saec. X (vel compactus ex codicibus saec. X).

1° [Vita sancti Ursini episcopi Bituricensis] (fol. 13r-19r).

Ed. ex hoc codice ap. Faillon, *Monuments*, etc., tom. II, p. 423-28.

2° Translatio beati martyris Savini, quae celebratur VII idus januarias (fol. 20v-37v).

Auctore Aimoino, ed. P. L., tom. CXXVI, p. 1051-56. Sequitur in cod. (fol. 37v-43v) *Sermo in sollemnitate ejusdem martyris fratribus recitandus*, et (fol. 43v) *Hymnus in honore sancti Savini* (inc. *Hymnum Patri personemus, hymnum Patris Filio....*)

3° XVI kalendas octobris, passio sanctorum martyrum Luciae matronae et Geminiani (fol. 44r-51v).*

4° Vita almi praesulis Christi Genulphi, quae celebratur XVI kalendas februari (fol. 60v-75r).

Quam jam partim offendimus supra in codicibus 5333 (tom. II, p. 251, 24e) et 12193 (supra, p. 117). Scilicet habemus hic *a*) Vitae ed. tom. II, p. 253, omisso prologo, num. 2-9 (adverte in nostro codice, sicut in codice 12193, nomen matris S. Genulphi dici *Accliam*, et virum de quo Vitae indicatae num. 6, *Aglibertum*); *b*) Partem ineditam, quam videsis infra in Append.

5° [Miracula sancti Genulphi post mortem] (fol. 76r-81v).

Valde barbaro stilo conscripta et, ut videtur, adhuc inedita. Vid. infra, Append.

6° Passio sancti Clementis episcopi, qui passus est Romae VIII kalendas decembris (fol. 82v-87r).*

Mutila abrumpitur paulo ante medium.

7° [Passio sancti Xysti II papae] (fol. 89r-90v).

Compendium Passionis editae.

8° [Passio sancti Laurentii diaconi] (fol. 91r-94r).*

Mutila desinit in verbis *Ego quidem gratias* [*ago*]... (Mombrit., fol. 50v, col. 2 extr.).

9° Vita sancti Augustini episcopi Hipponensis, a beato Possidio edita Calamensi episcopo, quod est v kalendas septembris (fol. 96v-134v).*

Appendix ad cod. 13220.

FINIS VITAE S. GENULPHI (Cfr. supra, p. 183, 4°).

1. Cum vero conversi omnes ad Dominum fuissent et baptizati, praedicavit illis ut destruerent templa daemoniorum, dicens eis psalmistae David vaticinium : *Quoniam omnes dii gentium daemonia, Dominus autem caelos fecit.* Tunc universi populi, dissipantes universa simulacra daemoniorum, redigerunt* usque ad pulverem. Tunc sanctus Genulphus, benedicens omnem populum, dixit eis : *Sanctificastis manus vestras Domino, destruentes opera diabolica. Nunc igitur praeparate corda et corpora vestra ut aedificetis Domino Deo, qui fecit caelum et terram et in quem creditis per me servum suum, domum in qua nomen ejus semper benedicatur et adoretur majestas ejus tremenda et veneranda atque amanda, necnon sancti Stephani protomartyris Christi, qui Filium Dei videre meruit ad dexteram Patris stantem, sive omnium martyrum, ut in ipsa conveniatis nocte ac die, deprecantes misericordiam pii Conditoris, qui vos redemit suo pretioso sanguine. Domumque aedificate in honorem sancti Johannis Baptistae, ut sicut ille aqua lavit auctorem Dominum, sic ibi laventur peccata populorum et baptizetur omnis utriusque sexus, virorum ac mulierum. Similiter aedificate domum in honore beatae Dei genitricis Mariae, quae est mediatrix inter nos et Deum, ut ipsa semper pro vobis deprecetur Domini clementiam, ut eripiat animas vestras de poenas* inferni. Similiter aedificate ecclesiam in honore beati Petri principis apostolorum, ut pius Dominus absolvere vos dignetur per intercessionem ejus a cunctis peccatis et iniquitatibus vestris, quia Dominus, qui solus habet potestatem hominibus dimittendi peccata, dixit illi : Quaecumque ligaveris super terram, erit ligatum in caelis ; et quaecumque solveris super terram, erit solutum in caelis.*

2. His ita patratis, fecit convocari sanctus Genulphus omnem populum qui inventus est in totum* comitatum Geturcensis*, a majore usque ad minorem, et praecepit illis ut omnes essent parati ad dedicationem ecclesiarum Dei in diem

* sic.
* sic.
* sic.

tertium cum luminariis omnique ingenti apparatu, qualiter usque ad diem octavum permansissent in Dei laudibus, in orationibus et vigiliis, die autem octavo, a praesule missa celebrata benedictioneque peracta, rediret unusquisque ad propria. Qui populus jussa complens, convenerunt omnes ad dedicationem ecclesiarum Dei, quas beatus Genulphus construi jusserat, cum ingenti apparatu.

3. Igitur dedicavit almificus vir Genulphus primam ecclesiam in honore Domini seu sancti Stephani protomartyris et omnium sanctorum Dei sive omnium martyrum, ut ibi conveniret omnis populus Geturnicensis ter bis in annum, hoc est die missa sancti Stephani, capite jejunii, cena Domini, inventione protomartyris ipsius Stephani corporis, dedicationis ipsius ecclesiae, sive ad synodum in quo omnis ecclesia convenit; si quis vero aut si qua superfluum veniret, a Domino redderetur merces, qui dixit : *Ego cum rediero reddam tibi*. Die namque secundo consecravit ecclesiam in honore summi opificis et omnium sanctorum Dei necnon sancti Johannis Baptistae, ut ibi baptizaretur omnis populus. Die autem tertio consecravit ecclesiam in honore beatae Dei genitricis Mariae et omnium sanctarum virginum atque omnium sanctorum Dei, ut ipsa pro vivis intercedat et pro defunctis obtineat veniam, quae genuit nobis lucem et vitam. Die vero quarto consecravit ecclesiam in honorem regi regum seu sancti Petri et omnium apostolorum Dei atque omnium sanctorum Dei, ut per intercessionem sancti Petri atque omnium apostolorum sive omnium sanctorum accepissent a Domino et sancto Petro, necnon omnium sanctorum, remissionem peccatorum et absolutionem quicumque devote in ea Domini clementiam exorarent.

4. Monuit etiam omni populo qui ad dedicationem ecclesiarum Dei convenerat ut per totum pagum Geturnicensium ecclesias Dei construerent, ut sicut antea servi erant culturae daemoniorum, sic post sacramenti ablutione baptismatis necnon confirmatione Spiritus sancti stetissent in confessione sanctae Trinitatis et soli Deo servissent, illumque semper timerent et adorarent, pacemque inter se haberent, discordantes ad concordiam pacis revocassent, symbolum et orationem dominicam firmiter tenerent, filiosque suos docerent ut castitatem amassent, sobrietatem dilexissent, invidiam velut venenum respuissent, amorem Dei ac proximi diligerent, nullum hominem odio haberent, cum luminariis vero ad ecclesias in honorem Dei et omnium sanctorum ejus consecratas convenissent, ut post mortem animae eorum egredientes de corporibus eorum, lux caelestis gratiae animas eorum inluminasset et ire in tenebris non permisisset, sicut Dominus dicit : *Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt*. Rapinas vero vetavit facere, sicut dicit Dominus : *Vae qui praedaris ; nonne et ipse praedaberis ? Nonne tu ipse, qui rapinam facis pauperi sive viduae aut monasteriis aut ecclesiis Dei, nescis quia tibi illud eveniat quod dicit judex justus in evangelio : Ligatis manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores, ubi sit fletus ei et stridor dentium*. Divitibus hujus saeculi praecepit, qui semper in crapula et ebrietate sunt intenti, ut semper illud memores sint quod ait Dominus in evangelio : *Vae vobis qui potentes estis ad*

bibendum vinum et viri fortes ad miscendam ebrietatem. Si enim vultis habere vitam aeternam, date elemosynam ex substantiis vestris quas Dominus vobis tribuit, hoc est pauperibus, monasteriis, ecclesiis Dei, et ecce omnia munda sunt vobis, et habebitis thesaurum magnum in caelo, quod erit vita aeterna, ubi semper cum Domino regnabitis in saecula saeculorum. Si vero neglegentes exstiteritis, quod vobis moneo, eritis post mortem lugentes sine fine, sed ille luctus atque illa paenitentia sine fructu erit, quomodo fuit illi diviti qui micas panis Lazaro negavit : unde Lazarus, qui petiit micam, est in caelo, dives, qui negavit crustulam, est in inferno. Illos vero qui eccesias Dei vel omnium sanctorum ejus ex suis propriis ditassent vel aedificassent, mercedem eis retribuere in die mortis a Domino atque ab angelis perduci in tabernaculis laetitiae, ubi semper sine fine gaudebunt cum Domino, dicente psalmista : *Vox laetitiae et exultationis in tabernaculis justorum.* Corpus namque et sanguinem Domini docuit sic custodire cum reverentia et timore et amore, dicente ipso Domino : *Si ego Dominus, ubi est honor meus ? Et si ego Deus, ubi est timor meus ? Quod si ego pater, ubi est amor meus ? Itaque, fratres, quicumque accipit corpus et sanguinem Domini, praevideat ut cum reverentia et timore et amore percipiat, quia si hoc fecerit, vitam accipiet et evadat mortem. Ipse est enim panis vivus et verus qui de caelo descendit, sicut ipse Dominus ait : Ego sum panis vivus qui de caelo descendi : si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum, et caro quam ego dabo, caro est pro mundi vita. Ebrietatem vero atque discordiam sive pollutiones corde et corpore, qui acceditis ad altare Domini ut percipiatis corpus et sanguinem Domini, velut venenum fugite, et mundate corda et corpora vestra, et dimittite si quid contra aliquem habetis : quia, si hoc feceritis, misericordiam Domini percipietis.* Pacem namque et caritatem ammonuit eos habere inter se, dicens illud : *Quia ubi est caritas, ibi est et Deus, et ubi est discordia, ibi est et diabolus. Sed videte, fratres, ut semper sit caritas et dilectio et amor in cordibus vestris, qui vos ducat ad vitam aeternam.*

Miracula S. Genulphi (Cfr. supra, p. 183, 5°).

1. Enarremus aliquid de virtutibus sancti hujus praesulis, quas illi Dominus contulit agere post finem hujus vitae migranti ab hoc saeculo, ut cum illo mereamur adscisci in sanctorum collegio.

Fuit quidam homo, nec multum dives nec admodum [pauper], habens filium, nomine Acardum. Qui perveniens atque transigens lustram unam, deputavit eum cuidam presbytero, ut eum sacris instrueret apicibus, qualiter, in adolescentia factus sive in juventute seu in senectute, nisi mors ei devenisset, Domino psalmodiae cantilenae omni tempore, horis atque momentis persolvisset ; quod et factum est. Quod post voti hujus actioni atque voluntatem hominis istius a Domino imple-

tam, venit illi in mente ut pro suo scelus necnon parentorum suorum sub jugo lenissimo Domini ac patris nostri B. eum traderet ad serviendum sub specie habitu monachili in monasterio almi praesuli G. Nobis quoque nequaquam silendum est quid puer iste tunc egerit. Qui, cum pater et mater sive parentes ejus mancipassent eum in Domini servitio, fugit mente et corpore a consortio fratrum, abiensque in territorio Pictavensi, ibi commoratus aliquantisper diebus apud castrum qui vocatur Carnonus. Quadam vero die aestivali tempore accidit, illo in tempore quo pueri vel adolescentes ad refrigeranda corpora sua pergunt in flumine, ut ipse puer simul cum aliis coaevis suis descenderet in Vincenna flumine ad refrigerandum corpus suum. Qui dum lavaretur, arripuit eum unda fluminis traxitque ad praecipitia funda quantum jactus est lapidis. Ad cujus perveniens praecipitia, semper cor ejus erat fiduciam habens in Domino atque in praesuli suo G. Nam dicebat cordetenus, non labils motum : *Sancte Gennulfe, adjuva me, cujus auxilio nutritus sum ac servus traditus sum. Quod si Dominus me extraxerit tuis precibus de isto abysso qui me vallavit, rediam ad locum sepulcri tui et numquam discedam ab eo loco quo sancta membra tua tumulata requiescunt, nisi sub jussione rectori loci ipsius et fratribus.* Qui statim Dominus per invocationem famuli sui G., devenit ipse puer in quodam loco in ipsa aqua in monte, ut altior esset super aquam, cum* antea in immo subtus aqua fuisset. Quem videntes nautae, qui antea requirebant eum in profundo laci, subito venerunt usque ad locum in quo stabat puer illaesus, misericordia Domini succurrente illi atque precibus almi G. ante Dominum praefulgentibus, jusseruntque eum in navem ascendere, redientes cum illo ad litus, omnique populo qui ibi aderat hoc miraculum inspicientem. Quae videntes omnes populi qui ad illud spectaculum ibi convenerant, glorificaverunt Deum, qui talia per sanctum suum G. operari dignatus est ad gloriam nominis sui et ad laudem praesuli suo. Laudemus ergo Dominum, qui talia contulit famulo suo G. qualia contulit beato P. apostolo suo descendens in corde maris. Clamavit ad Dominum de profundo pelagi praedicator gentium, qui factus est secundus in numero apostolorum; puer iste submersus fuit in aquis vehementibus, exoravit meritis praesulis G., et Dominus eripuit eum de laqueo mortis.

* *cod.* aquam.

2. Aliud quoque memoremus verbum admirationis, quem Dominus, qui est largitor omnium bonorum, operari dignatus est ad laudem nominis sui et gloriam praesuli suo. Fuit itaque in illis diebus quidam rusticus, nomine M., pauper rebus saecularibus, sed dives [fide], fiduciam habens in episcopo, sicut ipse Dominus dicit : *Si habueris fidem sicut granum sinapis*, et cetera. Adveniente igitur translationem corporis diem patris nostri domni G., quae celebratur .xii. kalendas novembris, in qua omnis populus Biturigensium atque Turonorum, seu multi ex aliis partibus, consuevit devenire, coepit cogitare ipse M. infra arcana cordis sui et dicere : *Heu mihi, infelix, quid faciam? quid agam? Anxio, gemeo, nesciens quid deferam ad domni mei G. sepulcrum.* Factumque est ut, dum iret per via ad festivitatem patris nostri G. cum

turbis populorum cupientium properare ad tumulum almi praesulis G., coepit iterum maestus esse ipse M. quasi taedio amentiae affectus, et dicere coram omnibus praeeuntibus viam : *O beate et digne laude, admirabilis domne G., si tibi placuisset, potuisses mihi aliquid benedictionis munuscula adferre, quae tibi ante sepulcrum tuum detulissem.* Dum haec itaque diceret, videt in arbore, qui erat juxta viam, duas turtures. Quas intuens, dixit : *O amantissime et domne meus domne G., si tibi placet, potes mihi dare istas duas turtures, quas tibi deferam ad locum sepulcri tui.* Ad cujus vocem mox adimpletum est vaticinium David prophetae : *Exaudivit Dominus deprecationem pauperis, Dominus orationem ejus suscepit.* Quippe statim ipse duae aves ante pedes ipsius M. elapsae sunt de ipso summo arbore. Quae tam mansuefactae sunt ut tam ipse quam omnis populus qui eas videbat, cunctus vulgus qui pergebat ad festivitatem praesulis, eas ante se deducerent, usquequo pervenissent ad patronis nostri G. sepulcrum. Qui ibi ipse Martinus adveniens cum ipsas aviculas, apprehendens eas, inposuit super altare quod est ad caput ipsius praesulis, dicens : *O carissime pater sancte G., laudes refero Domino Deo caeli ac terrae, qui pro tui nominis honore has aves contulit mihi, ut eas ante sepulcrum tuum deferrem, ad laudem et gloriam nominis sui.* Vere igitur conlaudandus et metuendus adorandusque est nimis Pater et Filius et Spiritus sanctus, qui talia agere dignatus est per famulum suum G., ut non solum per illum dignetur operari insignia miracula, sed etiam preces pauperum placent illi, ut exaudiat deprecationem eorum per interventum praesuli suo G.

3. O admirabilis Deus, cujus sapientia tanta excrevit in fidelem famulum tuum G., ut gens qui numquam noverat ejus propaginem neque actus ejus, audiens monita ejus, ex tua inspiratione per eum edocata, meruit tibi famulari credendo Patrem ingenitum, Filiumque ejus unigenitum, Spiritum sanctum ab utroque procedentem, et post ejus discessum ab eo loco veneratur populus Caturnicensium per nomen patris domni G. majestatem Patris et Filii atque Spiritus sancti cum angelis et omnibus sanctis nunc et semper seu per infinita saecula saeculorum, amen. Postquam vero almus pontifex aedificavit illis ecclesias, necnon episcopum eis ordinans, presbyteros, diacones, subdiaconos, acolytis, exorcistis, ostiariis, lectoribus, omnemque ecclesiasticum [ordinem] eis docens, et instruens qualiter sobrie ac juste viverent, commendavit eos Domino, ammonens eos super omnia ut castitatem mente et corpore servarent, et pacem inter se haberent et caritatem, quia ubi caritas, ibi Deus.

4. Qua ammonitione peracta, reliquit pagum Caturnicensium Domino jubente, descenditque in territorium Biturigensium, in loco qui vocatur modo, Domino annuente, Cella patris nostri G. In quem cum missi fuissent, descendit angelus Dei de caelo inter illos, confirmans illud sermonem quem Dominus locutus est ad apostolos suos : *Ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Qui deambulans in fornace coram eis in modum Filii Dei, quem Nabugodonosor rex vidit ambulantem ante tribus pueris laudantes et

benedicentes Dominum. Angelus namque iste descendens de caelo, simili modo confortabat istos viros, dicens : *Estote fortes, o viri sancti*, et cetera. Non dissimiles ergo sunt isti sancti viri pueris istis Gennulphus et Genitus, cum quibus angelus locutus est in camino ignis. O custos hominum et amator atque redemptor humani generis, qui neminem vis perire neque sperantibus in te relinquis quousque introducas eos ad convivium sanctorum tuorum, tu ipse salvasti fideles tuos in mediorum globorum flammas, qui in principio et nunc et semper regnas atque in saecula saeculorum. Amen.

5. Gratia Spiritus sancti cooperante resuscitabat umbra apostolorum mortuos : similiter viri isti sancti Genulphus et Genitus, in nomine sanctae credentes Trinitatis, dicebant his qui adhuc non credebant neque baptismi sacramentum receperant, ita : *Si vultis Patri et Filio et Spiritui sancto credere unitatem, ite et imponite manus vestras dexteras super manus dexteras mortuorum hominum quos vultis reduci ad vitae hujus laborem et amaritudinem, dicentes : In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, quem Genulphus et Genitus predicant, surgite et exite de medio caliginoso et tetro loco atque fetendo, quia viri sancti, quos Dominus transmisit enuntiari nobis fluenta evangelii sui, non cessant pro vobis orare ad Dominum qui creavit caelum et arida et mare atque profundum abyssi.*

6. Quod si loquimur de prophetis, si de Hieremiam, qui fuit missus in carcerem sive in nervum, sive de Micheam, seu de ceteris prophetis qui sunt missi in obscuro carceris, loribusque pedes eorum adstricti sunt, manusque eorum et brachia circulis ferreis constricti sunt ; atque, sicut Domini potestas ejecit Hieremiam atque Micheam ceterosque patres, tam prophetas quam apostolos sive omnes sanctos qui illi placuerunt ab initio mundi et quos elegit ante constitutionem mundi, similiter Domini clementia eripuit sanctos suos Gen. et Ge. de obscuro fetentoque luto et constituit eos in capita gentium populi sui, scilicet Caturnicensium pagum, quem ipsi Domino adquisierunt, primique archangeli, angeli, patriarchae, prophetae, apostoli, evangelistae, martyres, confessores, pontifices, monachi, eremitae, meruerunt esse pastores, sacerdotes et duces. Quorum precibus rogitamus sine intermissione ut ipsi pro nobis semper exorent Domini clementiam, ante quorum cotidie adstamus eorum praesentiam.

7. Mendacium prodere et veritatem abscondere pejus est. Quid autem loquamur de manifestis virtutibus Christi quas dignatus est operari per servos suos in vita eorum ? Non est tantum mirabile in vita eorum a Domino miraculis, signis coruscare quam etiam post mortem illorum, ubi corpora eorum jacent tumulata, quod Dominus per potentiam suam seu per intercessionem eorum qui fideles illi exstiterunt in vita sua dignatur operare. Dominus namque, conditor et reparator humani generis, legionem diabolicam ab homine, qui erat obsessus ab ea, dignatus est per semetipsum proicere et mittere in gregem porcorum, qui porci cum ipsis descenderunt in abyssum, unde nec revocandi sunt. Similiter viri isti sancti, de quibus loquimur, Dominus per intercessionem eorum angelos satanae, qui

homines vexabantur et deridebant, implentes spiritu diabolico eos, ita ut loquerentur omnem blasphemiam et omnem malitiam quasi daemones, ejecerunt eos et expulerunt a corporibus hominum qui eum non cognoscebant et fecerunt eos ire in abyssum per voluntatem conditoris caeli et terrae marisque. Hominibus quoque in Domini majestate, Patri et Filio necne Spiritui sancto, omnibus credere volentibus, quos Spiritus sanctus igne sui amoris corda eorum per intercessionem sanctorum suorum Genulphi et Geniti accenderat, fecerunt eos cognoscere [viam] justitiae, per quam si bene incederimus, perveniemus ad claritatem visionis aeternae, quomodo sancti Dei innocentes martyres qui pro Filio Dei interfecti sunt, vel etiam patriarchae sive apostoli sancti atque evangelistae, necnon martyres sancti seu confessores Christi atque virgines sanctae necnon etiam conjugatae omnes fideles pervenerunt, et fulgebimus cum eis sicut sol fulget in virtute caelesti, et judicabimus cum apostolis universum orbem.

8. O civitas Caturnicensis, quae est similis tui inventa in toto orbe terrarum? Tu enim projecta es et destituta a pastore tuo, qui te enutrivit in adolescentia tua, velut terra invia et sicut oves absque pastore sive fontes cujus deficiunt aquae. Quod si meminissent nati tui, qui in te sunt procreati vel generati ab exordio adventus patris almi Genulfi, lamentationem Hieremiae quae dicit: *Quomodo sedet sola civitas?* et cetera, tu quoque planctu illius similis fuisses. Audi, inquam, audi : non enim tibi alloquor quae es petra sive caementum sive aedificium manu factum, sed civibus tuis qui in te sunt, tam majoribus quam minoribus, tam senibus quam juvenibus, tam matrimoniis conjunctis quam innuptis, tam pueris quam puellis. Dic ergo, rogo, mihi, si intellegis vel si tibi cura est quid te interrogo. Ubi est civitas in toto terrarum orbe quae non habeat patronum suum primum qui eam convertit ad Christi fidem, nisi tu sola? Si incipiamus ab Hierosolyma, ibi est templum Domini atque sepulcrum ejus gloriosum in universa terra. Sed nolo ut moras faciamus de universis civitatibus qui sunt in universo orbe diffusae, quod una[quae]que habeat pastorem suum, cui Christi nomine est dicata, Roma Petrum.... (*Sequitur dimidia pagina vacua.*)

9. Igitur nec a nobis silendum est vel tacendum quid Dominus operari dignatus est ad laudem et gloriam nominis sui atque ad incitationem corda populorum convenientes ad sepulcrum almi praesulis Ge. Fuit enim quadam puella paupercula rebus humanis, sed dives permanens in Christo inspicientibus oculis carneis. Igitur [cum] aestivo tempore haec puella cum aliis messoribus isset ad colligendos manipulos in agro die sabbatorum, accidit ut totam illam diem usque in horam nonam omnes essent occupati in agri opera. Factum est autem ut [cum] haec puella, quam supra diximus, vellet adimplere opus quod coeperat de labore manuum suarum circa horam nonam, ut cingulum, quod manipulum constringere volebat, inhaesisset manu ejus dexterae tam fortiter ut nulla fuisset ars incantatorum qui eum cingulum a digitis ejus potuisset abstrahere. Quod videns puella, qui male patiebatur, in se talem operari, perrexit ad tumulum almi praesulis Ge., ut sibi misereri dignaretur deprecari coepit. Quam alumni ejusdem

almi praesulis G., videntes et audientes puellam clamare et deflere pro scelere suo atque pro vinculo quo tenebatur manus ejus adstricta, coeperunt aures pii Conditoris pulsare, ut pro amore praesuli suo G. liberaret ipsam puellam a vinculo illo quo tenebatur manus ejus adstricta. Qui statim pius auditor et paupe-
5 rum consolator ad laudem et gloriam nominis sui atque ad incitationem corda fidelium populorum convenientium ad sepulcrum almi praesulis G., solutum est vinculum de digitis manu puellae, in tantum ut cruor per medio cutis erumperetur foris cum cingulum. Populus autem omnis, videns haec, qui ad spectaculum illud convenerat, glorificabat Deum, qui tantam gloriam praestitit beato G.,
10 eo quod nullus hominum genus potuit agi in terris neque succurrere necessitati puellae supra memoratae, hoc adimplevit pastor G., praestante Domino, qui regnat sine fine.

DXCV. Codex signatus num. 13336.

Olim coenobii Sancti Mauri Fossatensis 83, dein San-Germ., prius 1105, recentius 726. *Dono Dni Preudhomme, canonici B. Virginis* (fol. 1r) transiit in Bibliothecam Nationalem.

Foliorum 146, min. (0m,245×0,18), lineis plenis usque ad fol. 115, deinceps columnis binis, ex diversorum codicum laciniis compactus, qui exarati sunt saec. X, XI et XIII.

[Miracula B. V. Mariae] (fol. 115r-146v).

Libellus, qui mutilus desinit, seriem sat longam continet miraculorum, quorum primum, sine titulo, est de Leodiensis ecclesiae archidiacono, ultimum *De praesule qui jussu beatae Mariae in conventu sanctorum spirituum missam celebravit.*

DXCVI. Codex signatus num. 13345.

Olim San-Germ., prius 456, recentius 860.

Foliorum 221, min. (0m,23×0,175), lineis plenis, exaratus partim (fol. 88-215) saec. X, partim (fol. 1-87 et 216-21) saec. XII.

1° Passio sanctorum pontificum Saviniani et Potentiani sociorumque eorum, quae celebratur XIIII kalendas novembris (fol. 73v-82r).

Ed. ap. L. M. Duru, *Bibliothèque hist. de l'Yonne*, tom. II, p. 294-308.

2° Passio [alia] beati Potentiani sociorumque ejus (fol. 82r-87r).

Ed. ibid., p. 309-12.

3° Translatio sanctorum martyrum Saviniani et Potentiani sociorumque eorum (fol. 86v-87v).

Ed. ibid., p. 315-18 (... *constat esse sollempnis*).

4° Passio sanctissimi Dionysii, qui a loco Areopagita... (fol. 88v-114v).*

Auctore Hilduino.

5° Revelatio quae ostensa est sancto papae Stephano et memoria de consecratione altaris sanctorum apostolorum Petri et Pauli... (fol. 114v-116v).

Ed. ap. Surium, ad d. 9 Oct. (p. 130).

6° Vita summi et incomparabilis viri Gregorii Romani antistitis (fol. 117r-131v).*

Auctore anonymo.

7° Vita sancti Medardi praesulis almi (fol. 131v-135r).*

Auctore Fortunato.

8° Actus Medardi praesulis (fol. 135v-142r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Jun., tom. II, p. 82-86.

9° Vita sancti Gildardi Rotomagensis episcopi (fol. 142r-147v).

Ed. ope hujus codicis *Anal. Boll.*, tom. VIII, p. 393-402.

10° Relatio qualiter sacratissimum beatissimi corpus Gildardi a Rotomago delatum et in basilica venerabilis fratris ejus Medardi Suessa civitate condigno honore tumulatum est (fol. 147v-150r).

Ed. ibid., p. 402-5.

11° Liber de miraculis sancti Sebastiani (fol. 150r-184v).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. IV, part. I, p. 385-410.

12° Vita beatissimi Taurini episcopi et confessoris (fol. 185r-194v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Aug., tom. II, p. 639-43. Om. prologus.

13° Inventio corporis sancti Taurini (fol. 194v-198r).

Ed. ibid., p. 643-44. Omissa sunt quaedam ex num. 2 (*gaudebant enim plu-*

rimi... dignus esse ostenditur), num. 5 extr. (*Sed quia eadem ipsa miracula...*), num. 6 integer. Sed et stilus plerumque simplicior est in codice. In fine (post *cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen*) sequitur haec brevis narratio : *Sed dum istos flores decerperem et finem imponerem, nuntiatum est mihi de quodam vicario ejusdem civitatis, nomine Gislebertus, quod habuisset unum equum nimia infirmitate laborantem, mandavique ei ut memor esset sancti Taurini ; quo facto mox recepit pristinam sanitatem.* Denique sequitur et epilogus, locis communibus constans.

14° Passio sancti Marci evangelistae (fol. 198v-200r).*

Non pauca in compendium redacta.

15° Vita sancti Philiberti abbatis et confessoris (fol. 200v-215v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Aug., tom. IV, p. 75-80.

DXCVII. Codex signatus num. 13376.

Olim San-Germ., prius 387, recentius 870.

Foliorum 138, min. (0m,25×0,21), lineis plenis, exaratus saec. IX.

[De SS. Gervasio et Protasio] (fol. 1v-2v).

Fragmentum epistolae S. Ambrosii, ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Jun., tom. III, p. 821-22, a verbis *Nocte tertia* (n. 18). Additur Gregorii Turonensis lib. *In gloria martyrum* cap. 46, ed. ibid., p. 830, usque ad verba *quia non continetur historia passionis* (p. 831).

DXCVIII. Codex signatus num. 13377.

Olim « ex libris Corbeiensis monasterii » (fol. insit. vo), deinde San-Germ., prius 244, recentius 1312.

Foliorum 150 (praeter insiticium unum in capite), min. (0m,20×0,14), lineis plenis, compactus ex codicibus duobus, quorum alter (fol. 1-15) exaratus est saec. XII, alter saec. IX.

1° Passio sancti Demetrii martyris (fol. 2r-3v).

Passio prima, interprete Anastasio, ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Oct., tom. IV, p. 87-89.

2° [Miracula S. Demetrii] (fol. 3v-12v).

Ed. ap. Mabillon, *Vet. Anal.* (ed. 1723), p. 173-77.

DXCIX. Codex signatus num. 13725.

Olim San-Germ., recentius 1603. Fol. 1r legitur haec nota : *Ad usum D. Alberici de Vienne, ord. S. Benedicti.*

Chartaceus, foliorum 177, min. (0m,19×0,13), lineis plenis, exaratus saec. XV.

1° Gesta Salvatoris mundi (fol. 1r-24r).

Nempe *Gesta Pilati* et *Evangelii Nicodemi* pars altera, ed. ap. Tischendorf, *Evang. apocr.*, p. 335-415. Deest prologus *Ego Aenias...*

2° Vita sanctae Euphrosynae virginis (fol. 161r-172r).*

3° Vita sanctae Mariae Aegyptiacae, translata de graeco in latinum (fol. 172v-177v).*

Desinit mutila initio cap. 7. Prologo haec praemissa sunt : *Hujus mirabilis conversationis, actuumque et morum vitam, et paenitentiae magnum nobileque certamen venerabilis Mariae Aegyptiacae, qualiter in eremo expleverit tempora vitae, de graeco transtulit in latinum Paulus, venerabilis diaconus sanctae Neapolis ecclesiae.*

DC. Codex signatus num. 13757.

Olim San-Germ., prius 633, recentius 1048.

Foliorum 159, min. (0m,235×0,195), lineis plenis, exaratus saec. IX.

1° Vita ter beati patris Germani Autissioderensis, de prosa in metrum translata ab Herico suo ipsius monacho atque scholastico (fol. 2r-87r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Jul., tom. VII, p. 221-55.

2° [Miracula ejusdem S. Germani] (fol. 88r-151v).

Auctore eodem Herico, ed. ibid., p. 255-83. Sequitur (fol. 152r-155v) sermo ejusdem Herici in sollemnitate S. Germani, ed. ibid., p. 284-85.

DCI. Codex signatus num. 13758.

Olim « monasterii Vindocinensis, congregationis Sti Mauri » (fol. 3r), deinde San-Germ., prius 1020, recentius 1049.

Foliorum 165, min. (0m,25×0,175), lineis plenis, exaratus saec. XI.

1° Adventus exceptioque corporis sanctissimi patris Benedicti in agrum Floriacensem (fol. 2r-7v).*

2° Sermo in festivitatibus sancti Benedicti, editus ab Aimoino monacho (fol. 8r-23v).

Ed. P. L., tom. CXXXIX, p. 851-70.

3° Sermo domni Odonis abbatis de sancto Benedicto (fol. 24r-30r).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 363-69.

4° Vita sancti Mauri abbatis (fol. 30r-54r).*

5° Vita sancti ac beatissimi Germani episcopi [Autisiodorensis] et confessoris (fol. 54v-94v).*

Ita scilicet in codice descripta ut post triplicem prologum sequatur (fol. 56r-62r) summarium Vitae S. Germani, in lectiones novem distributum, excerptum ex Vita a Constantio conscripta; deinde sequatur ipsa haec Vita, cujus libris singulis praefixus est index capitulorum (adverte etiam in capite libri II insertam esse epistolam ad Censurium, quae jam supra legebatur fol. 54v), libello de conversione Mamertini, ut saepius in aliis codicibus, ad calcem totius lucubrationis rejecto.

6° Libellus de miraculis sancti Germani episcopi (fol. 94v-112v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Jul., tom. VII, p. 255-83. Mutilus desinit in verbis *ostendens se in ejus celebritate diei locum obtinere praecipuum* (num. 63 extr.).

7° Passio sanctorum apostolorum Petri et Pauli (fol. 113r-115r).

Auctore Pseudo-Hegesippo (cfr. Lipsius, *Apocr. Apostelgesch.*, tom. II, part. I, p. 195). Sequitur Gregorii Turonensis lib. *In glor. mart.* capp. 27 et 28.

8° Vita beati Maurilii episcopi et confessoris (fol. 116r-131v).*

9° Piissimi Maurilii miracula, a domno* Hermero scripta (fol. 131v-137r).

* *cod.* donno.

Ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Sept., tom. IV, p. 76-78. In codice quaedam adduntur post ultimum miraculum, quibus extollitur multitudo miraculorum quae scripto consignata non sunt, ut saepe fit, et clausulae loco exhortatio ad sanctitatem beati Maurilii aemulandam.

Sequuntur elenchi episcoporum Andegavensium et Turonensium.

10° [Vita sancti Maurilii, conscripta a Magnobodo episcopo] (fol. 137v-144r).

Ed. ibid., p. 72-75.

11° De cruce Salvatoris in Hierosolymis reperta ab Helena regina (fol. 144v-145v).

Ex Rufini *Hist. eccl.*, lib. x, capp. 7, 8.

12° Inventio sanctae crucis, v nonas maii (fol. 145v-147v).

Ex S. Ambrosii oratione de obitu Theodosii, num. 40-52 init. (P. L., tom. XVI, p. 1399-1403).

13° Miracula de sancta cruce, edita a beato Gregorio Turonensi archiepiscopo (fol. 148r-149v).

Scilicet Gregorii Turonensis lib. *In glor. mart.*, cap. 5-8.

14° Inventio sanctae crucis ab Helena regina (fol. 149v-155v).*

15° Exaltatio sanctae crucis, quae est XVIII kalendas octobris (fol. 155v-158r).*

16° De apparitione sanctae crucis et victoria Constantini imperatoris (fol. 158r-160v).

Ex Rufini *Hist. eccl.*, lib. x, cap. 9. Desinit in verbis *Urbem Romam, senatumque et populum Romanum jugo tyrannicae dominationis ereptum pristinae libertati nobilitatique restituit* (cap. cit. med.).

17° Inventio sancti Stephani, quae est III nonas augusti (fol. 160v-163v).*

Scilicet ed. *ex Floriacensi codice et aliis mss.* Mutila desinit in verbis *Et cum haec dixisset sanctus Joannes episcopus, dimisit me* (num. 6 extr.).

DCII. Codex signatus num. 13759.

Olim « Liber S. Petri Corbeiensis », deinde San-Germ., prius 652, recentius 1406.

Foliorum 154, min. (0m,235×0,165), lineis plenis, exaratus saec. IX.

1° [Sulpitii Severi scripta de S. Martino] (fol. 1r-110v).*

Vitae et singulis Dialogis praemissus est index capitulorum. Om. Dial. cap. 14 pars prior.

2° [Inscriptiones de S. Martino] (fol. 111r-115v).*

Cum descriptione basilicae.

3° [De sancto Briccio] (fol. 117r-119r).

Scilicet Sulpitii Severi Dialogi III de S. Martino cap. 15-17 init.

4° [Excerpta ex Gregorio Turonensi de gloria postuma S. Martini] (fol. 119r-124v).*

5° Vita sancti ac beatissimi Briccii episcopi et confessoris (fol. 124v-127v).*

6° Opus Paulini Petricordiae de vita sancti Martini episcopi versibus (fol. 127v-154r).

Ed. P. L., tom. LXI, p. 1009-72. Desinit in fine libri secundi (p. 1030).

DCIII. Codex signatus num. 13760.

Olim San-Germ., prius 653, recentius 1037.

Foliorum 198, min. (0m,245×0,203), lineis plenis, exaratus saec. IX.

1° Inventio sanctae crucis (fol. 1v-12v).*

2° Qualiter sancta crux Hierosolymam de Perside sit allata (fol. 13v-19v).*

3° Passio beati Vincentii archidiaconi et martyris, quae celebratur XI kalendas februarii (fol. 20r-36v).*

In fine add. (fol. 44r-45r) quaedam de reliquiis sancti Vincentii et (fol. 45r-45v) hymnus qui inc. *Sanctissimum Vincentium, mundi perhenne gaudium..*

4° Passio sancti Andreae apostoli (fol. 46r-55v).

Relatio martyrii sancti apostoli ex *Historiae apostolicae* lib. III, inde a cap. 39. Inc. *Conversante et docente et praedicante verbum Dei beato Andrea apostolo apud Achaiam, comprehensus est ab Egea proconsule...*

5° Passio beati Petri Alexandrinae civitatis episcopi, qui colitur VII kalendas decembris (fol. 55v-58v).

Ex Adone, ad 25 Nov. (P. L., tom. CXXIII, p. 401).

6° Actus vel passio sanctorum martyrum Georgii monachi, Aurelii atque Nathaliae, quae celebratur VI kalendas septembris (fol. 59r-82v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Jul., tom. VI, p. 451-58, sed multis lectionibus variantibus. Inc. *Fuit quidam juvenis temporibus Abdirama regis, nomine Aurelius, apud Cordubam Hispaniae civitatem, natalibus et rebus pluri mos antecellens...*

7° Passio innumerabilium sanctorum, quae colitur tertio die mensis novembris (fol. 82v-89v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Nov., tom. I, p. 643-48.

8° Translatio sanctorum Cordubensium martyrum Georgii atque Aurelii, quae celebratur XIII kalendas novembris (fol. 90v-147v).

Ed. ex hoc codice *Act. SS.*, ad d. 27 Jul., tom. VI, p. 459-69.

9° Inventio sive translatio beati Vincentii levitae et martyris, quae celebratur VI kalendas novembris (fol. 148r-187r).

Auctore Aimoino, ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. IV, p. I, p. 644-51.

10° [Eadem metrice descripta] (fol. 187r-191r).

Auctore eodem, ed. ibid., p. 651-53.

DCIV. Codex signatus num. 13761.

Olim San-Germ., prius 475, recentius 1404.

Foliorum 104, min. (0m,235×0,17), lineis plenis, exaratus saec. X.

1° Amphilochii episcopi Ichonii in vita et miraculis sancti patris nostri Basilii archiepiscopi Cappadociae (fol. 1r-23r).*

2° Passio sanctorum martyrum Juliani et Basilissae sociorumque eorum, quae celebratur V° idus januarii (fol. 23r-50v).*

Om. pars prologi. Inc. *Beati igitur martyris Juliani passionem scripturus...*

3° Inventio corporis beatissimi Stephani primi martyris et Gamaliel, Nicodemi et Abibon, quod est III nonas augusti (fol. 50v-55r).*

4° Passio sanctorum Fructuosi episcopi, Augurii et Eulogii diaconorum, qui passi sunt die XII kalendas februarias sub Aemiliano praeside in civitate Terragonense (fol. 55v-57v).*

Stilo paulo diverso.

5° Passio sancti Romani monachi, Esychii palatini et Barulae infantis apud Antiochiam civitatem temporibus Diocletiani et Maximiani (fol. 57ᵛ-60ᵛ).

Ut in cod. 3820 (tom. I, p. 369, 48°).

6° Passio sancti Mucii presbyteri, qui passus est in Amfibuli civitate sub Ladicio et Maximo, die tertio idus maii (fol. 60ᵛ-64ᵛ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Maii, tom. II, p. 622-24.

7° Passio sancti Timothei discipuli sancti Pauli apostoli, quae est XI kal. februarii (fol. 64ᵛ).

Foliis avulsis, nihil superest praeter titulum.

8° Vita Sanctae Radegundis reginae, idus a[u]gusti (fol. 65ʳ-73ᵛ).*

Om. prologus.

9° Item de vita beatae Radegundis, composita ab una ex sanctis monialibus jugiter cum ea conversantibus (fol. 73ᵛ-87ᵛ).

Auctore Baudonivia, ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Aug., tom. III, p. 75-83. Om. prologus.

10° VII kalendas maias, passio sancti Marci evangelistae (fol. 87ᵛ-89ʳ).*

Multis lectionibus variantibus.

11° Relatio quemadmodum caput sancti Johannis praecursoris ac baptistae Domini de civitate Herodis Emesa sit delatum (fol. 89ʳ-96ʳ).

Scilicet *a*) Epistolae Dionysii Exigui ad Gaudentium, ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Jun., tom. IV, p. 821-22; *b*) Translatio Emesam, ed. ibid., p. 716-18; *c*) Narratio Marcelli, ed. ibid., p. 724-28. Hujus deest clausula *Facta est S. Joannis praecursoris....*

12° Passio sancti Longini martyris (fol. 97ʳ-99ᵛ).*

13° [Passio sanctae Basiliae virginis] (fol. 100ᵛ-104ᵛ).

Ut supra in cod. 11756 (p. 67).

DCV. Codex signatus num. 13762.

Olim San-Germ., prius 269, recentius 1039.

Foliorum 182, min. (0m,22×0,175), lineis plenis, exaratus saec. X.

Vita sancti ac beatissimi Viventii confessoris Christi, quae celebratur...* (fol. 1r-33r).

* voces deletae.

Ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Jan., tom. I, p. 804-12 (num. 42), sed passim diverso stilo.

DCVI. Codex signatus num. 13763.

Olim « Liber Sancti Remigii Remi[s] » (fol. 1r, 47r), deinde San-Germ., prius 770, recentius 1607.

Foliorum 168, min. (0m,12×0,097), e diversorum codicum laciniis compactus, exaratis, lineis plenis, saec. X et XI.

1° Vita beatissimi Charilephi sacerdotis seu abbatis monasterii Anisolensis, ubi ipse pretiosus jacet humatus, cujus festum celebratur kalendas julias (fol. 8v-68r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Jul., tom. I, p. 90-98. Sequuntur miracula ed. ibid., p. 101-102, numm. 11, 12, et p. 93-101, num. 1-10.

2° Vita sancti ac beatissimi Teuderici abbatis et confessoris, discipuli almi Remigii, qui requiescit in monte Or, monasterium * quod ipse angelo ostendente construxit (fol. 69v-80r).

* sic.

Ed. ibid., p. 62-64.

3° Passio sanctorum Florentini atque Hilarii, acta sub Croco Wandalorum rege v kalendas octobris (fol. 80r-92v).

Ed. ibid., ad d. 27 Sept., tom VII, p. 420-22.

4° Qualiter beatorum martyrum, Florentini et Hilarini corpora translata sunt (fol. 92v-101v).

Ed. ibid., p. 423-25, num. 1-10.

5° Conversio Othgeri militis (fol. 117r-124v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Oct., tom. XII, p. 620-22.

6° Vita sancti Faronis episcopi et confessoris (fol. 125r-146v).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 610-14, num. 1-42.

7° Vita sancti ac beatissimi Faronis episcopi et confessoris, quod est v kalendas novembris (fol. 147v-162v et 103r-116v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Oct., tom. XII, p. 609-16.

DCVII. Codex signatus num. 13764.

Olim « Liber Sancti Remigii Remensis » (fol. 170r), deinde San-Germ., prius 725, recentius 1040.

Foliorum 214, min. (0m,194×0,17), lineis plenis, exaratus saec. X.

1° Liber de vita et virtutibus sancti Basoli (fol. 1v-46r).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 69-75. Om. prologus. Adjuncta est (fol. 27v sqq.) historia translationis auctore Hincmaro, ed. ibid., saec. IV, p. 137-42. Sequitur hymnus de eodem S. Basolo.

2° Passio sancti Gorgonii sociorumque ejus, qui omnes XL passi apud Sebastem leguntur v idus martii (fol. 49r-59r).

Proxime accedit ad Passionem ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Mart., tom. II, p. 19-21, sed contractior est.

3° Actus et passio beati Eugenii Toletanae sedis episcopi ac martyris, discipuli et ordinati pretiosissimi Dyonisii archiepiscopi (fol. 60r-71v). *

Ed. ex cod. Namurc. 15, *Anal. Boll.*, tom. II, p. 131-38, scilicet num. 1-17. Loco num. 18 sequuntur miracula ed. ibid., tom. III, p. 58-64.

Sequitur (71v-72v) officium de eodem.

4° Passio sanctorum martyrum Chrysanti et Dariae (fol. 118v-137r).*

Sequitur (fol. 137r-139r) Gregorii Turonensis lib. *In glor. mart.* cap. 37.

5° [Translatio eorundem] (fol. 139r-153r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Oct., tom. XI, p. 490-94.

6° [Versus de iisdem] (fol. 153r-156v).

Ed. ibid., p. 488-89.

Foliorum 84, min. (fere 0m,175×0,14), lineis plenis (praeterquam fol. 1-4), exaratus diversis manibus saec. XII.

[Translatio sancti Nicolai episcopi, conscripta a Nevelone monacho Corbeiensi (fol. 5r-18r).

Ed. ap. Carminium, p. 131-39.

DCXII. Codex signatus num. 13769.

Foliorum 49, min. (fere 0m,245×0,16), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° Actus vel vita sive passio beati Petri apostolorum principis, a Lino Romano episcopo conscripta (fol. 2r-8r).*

Auctore Pseudo-Abdia. Praefixus est prologus *Licet plurima...* (cfr. Lipsius, *Apokryphen Apostelgesch.*, tom. I, p. 134). Foliis deficientibus post fol. 2, desiderantur capp. 2 (cum fine primi) - 13 med. In fine adjuncta est visio Marcelli (cfr. Lipsius, tom. cit., p. 135).

2° Martyrium sancti Pauli, a Lino episcopo Romano graeca lingua conscriptum et ecclesiis orientalibus destinatum (fol. 8r-13r).*

3° Vita beati Maioli abbatis (fol. 13v-34r).

Auctoribus Syro et Aldebaldo, ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Maii, tom. II, p. 669-84.

4° [Vita beati Odilonis abbatis] (fol. 34r-49r).

Auctore Iotsaldo, ed. ope hujus codicis ap. Mabillon et inde P. L., tom. CXLII, p. 897-952, cap. 20, ubi nimirum, sicut ibidem notatum est, mutila Vita desinit. Cfr. *Neues Archiv*, tom. XV, p. 117.

DCXIII. Codex signatus num. 13770.

Olim « Corbeiensis monasterii », deinde San-Germ., prius 482, recentius 1407.
Foliorum 136, min. (0m,245×0,165), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° [Sulpitii Severi scripta de S. Martino] (fol. 1r-100r).*

Vitae et Dialogis secundo et tertio non primo praefixi sunt indices capitulorum. Deest Dial. II cap. 14 pars prior. — Scriptis aliis, ut saepe fit, intermixta sunt

2° [Excerpta ex Gregorio Turonensi de gloria postuma S. Martini] (fol. 37v-42r).*

3° Liber primus beati Gregorii Turonensis de virtutibus sancti Martini (fol. 101r-127v).*

Praefixa est epistola praefatoria et omissa cap. 4-6, quae leguntur inter excerpta superiori numero indicata.

4° Libellus cujusdam episcopi Trajectensis [Radbodi] de quodam sancti Martini miraculo (fol. 128r-136).

Ed. ope hujus codicis, in fine mutili, ut ibidem indicatur, *Mon. Germ. Hist.* (in fol.), tom. XV, part. II, p. 1240-42.

DCXIV. Codex signatus num. 13771.

Olim « Liber monasterii Sancti Vincentii Cenomannensis » (fol. 2r), deinde San-Germ., prius 727, recentius 1043.

Foliorum 65, min. (0m,24×0,165), lineis plenis, exaratus saec. XII.

Vita sanctissimi Martialis composita a beato Aureliano episcopo (fol. 3v-25v).*

Multis lectionibus variantibus. Praemissa est (fol. 2r-3r) epistola Joannis papae *Jordani episcopo et ejus clero cunctisque episcopis Galliarum*, sub titulo *Incipit prologus in vitam sancti Marcialis.*

DCXV. Codex signatus num. 13772.

Olim San-Germ., prius 636, recentius 1036.

Foliorum 156, min. (0m,25×0,17), lineis plenis, exaratus in. saec. XIII.

1° [Passio sancti Laurentii] (fol. 1r-6v).*

2° Vita sancti Augustini episcopi (fol. 10v-24v).

Inc. prol. *Beatum Augustinum magnum fuisse doctorem et per cuncta laudabilem papa Caelestinus his verbis asseruit: Augustinum sanctae recordationis virum pro vita...* In margine superiore adscripta est haec nota : *Auctor hujus praefationis in Ms. codice Resbacensis monasterii notatur Ivo Carnotensis.*

Inc. Vita. *Augustinus ex provincia Africana, civitate Tagatensi, de*

numero curialium honestissimis valde parentibus oriundus fuit... Ut in cod. 5360 (tom. II, p. 338, 17°).

3° Vita sancti Aegidii abbatis (fol. 24ᵛ-31ʳ).*

Om. prologus et numm. 23-25.

4° Inventio sanctae crucis (fol. 32ʳ-38ʳ).*

5° In exaltatione sanctae crucis (fol. 43ʳ-46ᵛ).*

6° Vita sancti Anskarii (fol. 46ᵛ-88ʳ).

Auctore S. Remberto, ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Febr., tom. I, p. 408-27.

7° Passio sancti Eustachii martyris, quae celebratur IIII° nonas novembris (fol. 88ʳ-97ʳ).*

Omm. prologus et ea quae in ed. uncinis inclusa sunt.

8° Passio sancti Sixti episcopi et martyris, quae est VIII idus augusti (fol. 97ᵛ-100ʳ).*

9° Passio sancti Hippolyti martyris, quae celebratur idus augusti (fol. 100ʳ-103ʳ).*

10° Passio beati Cornelii (fol. 103ʳ-104ᵛ).*

11° Passio sancti Cypriani martyris (fol. 104ᵛ-107ᵛ).*

Auctore anonymo.

12° Vita beatissimi Nicholai archiepiscopi (fol. 107ᵛ-134ʳ).*

Ut supra in cod. 5607 (tom. II, p. 518, 5°). Add. miracula ed. supra, tom. I, p. 503-10, num. 1-20.

13° Translatio sancti Nicholai archiepiscopi et confessoris (fol. 134ʳ-142ʳ).

Ed. ap. Carminium, p. 131-139. Sequitur (fol. 142ʳ-145ᵛ) miraculum ope hujus codicis ed. supra, p. 158-62.

14° Vita beatae Mariae Aegyptiacae, quae peccatrix appellatur (fol. 145ᵛ-156ᵛ).*

DCXVI. Codex signatus num. 13773.

Olim San-Germ., *Harlay* 507.

Foliorum 96, min. (fere 0ᵐ,21×0,145), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° Passio sancti Valentini presbyteri (fol. 1ʳ-5ʳ).*

Scilicet Passionis SS. Marii, Marthae et sociorum, num. 6 ad finem.

2° Vita sancti Valentini presbyteri [seu episcopi] Interamnensis civitatis (fol. 5r-9r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Febr., tom. III, p. 756-57.

3° Vita sancti Gregorii papae (fol. 9r-47v).*

Auctore Joanne diacono. Quaedam hinc inde praetermissa sunt.

4° Passio sancti Andreae apostoli (fol. 48r-51r).*

5° [Passio sanctorum Chrysanthi et Dariae] (fol. 51r-53v).*

Om. prologus, et Passio mutila desinit in verbis *ita ut tertio puncto ejus tibias coartarent* (num. 16 med.).

6° VIII idus maii, id est die nono ejusdem mensis, translatio sancti corporis beati Nicholai de Myrrea usque ad Barum (fol. 54r-61r).*

Omm. prologus et capp. 19, 20.

7° Vita sancti Johannis archiepiscopi Alexandrini, qui dicitur Elemosynarius (fol. 64r-96v).

Auctore Leontio, ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Jan., tom. II, p. 498-517. Pauca verba desunt in fine.

DCXVII. Codex signatus num. 13774.

Olim coenobii Beccensis, deinde San-Germ., prius 648, recentius 1046.

Foliorum omnino 122 (praeter insiticium unum in capite), compactus ex diversis codicibus, quorum primus (fol. 1-25), min. (0m,235×0,155), lineis plenis, exaratus est diversis manibus saec. XII, ultimus vero (fol. 81-122), min. (0m,233×0,18), lineis plenis, saec. XIII.

1° [Passio] sancti Gratiani martyris (fol. 1r-5r).

Scilicet Passio sanctorum Gratiliani et Felicissimae, ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Aug., tom. II, p. 728-30.

2° Sermo de corylo sancti Gratiani (fol. 5r-6r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Oct., tom. X, p. 21-22, num. 8-10 (num. 11), praetermissis nonnullis paraeneticis.

3° [Vita sanctae Euphrosynae virginis] (fol. 7r-10v).*

4° De translatione sanctae Honorinae et de ejus virtutibus tractatus (fol. 10v-17v).

Ed. ex hoc codice *Anal. Boll.*, tom. IX (1890), p. 135-46. Sequitur (fol. 17v) hymnus de eadem (inc. *Hymnum canamus virgini...*), notis musicis signatus.

5° Vita sancti Launomari abbatis (fol. 18r-25v).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 335-38.

6° Liber Turpini archiepiscopi Remensis, quomodo Karolus Magnus rex Francorum adquisivit Hispaniam; hunc librum dicit papa Calixtus esse authenticum (fol. 81r-94v).

Ut in cod. 5452 (supra, tom. II, p. 465), nisi quod deest epistola Gaufridi et toti libro praefixus est brevis index capitulorum latine conceptus. Additum est etiam capitulum *De hoc quod Navarri de vera prosapia non sunt geniti...*

7° Praefatio Calixti papae de miraculis sancti Jacobi et translatione corporis ejus (fol. 94v-95r); Prologus Calixti papae super translatione sancti Jacobi (fol. 95r-v); Qualiter [S. Jacobus] ab Hierosolymis translatum est in Galeciam (fol. 95v-97r); Epistola Leonis papae de translatione sancti Jacobi apostoli, III kalendas januarii (fol. 97r-v); [Liber] Calixti papae de miraculis apostoli (fol. 98v-106v).

Omnia sicut in cod. 5272, 1°-5° (tom. I, p. 428-29).

DCXVIII. Codex signatus num. 13775.

Compactus ex codicibus duobus, quorum prior (fol. 1-86) fuit olim « Clarissimi viri de Machaut ampliori in consilio Praesidis », a quo datus est coenobio Sancti Germani a Pratis anno 1655 (fol. 1er); alter (folia reliqua) « Cl. viri Joannis Partis » qui eum dedit eidem monasterio anno 1651 (fol. 87v). Inde San-Germ., prius 608, recentius 1306.

Foliorum 116, min. (0m,205×135), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° [De sancto Jacobo] (fol. 1r-32r).

Ed. ex cod. Brux. 98-100, *Cat. Brux.*, tom, I, p. 66-69. Deest duplex sententia (*Haec sunt nomina... ab his in occiduis...*) post clausulam.

2° Passio beati Eutropii Sanctonensis episcopi et martyris (fol. 32r-37r).

Ed. ap. Audiat, *Saint Eutrope et son prieuré*, p. 5 seq. Sequitur (fol. 37r-v). *Gregorius Turonensis de sancto Eutropio martyre*, scilicet lib. *In gloria martyrum* cap. 35, et (fol. 37v-38v) *Rhythmus* de S. Jacobo (inc. *Zebedaei ma-*

jori filio Quae doctrina fuit, quae passio), de quo *Hist. litt. de Fr.*, tom. XXI, p. 280.

5° Historia famosissimi Karoli Magni, quomodo tellurem Hispanicam et Galetianam a potestate Sarracenorum liberavit (fol. 38ᵛ-76ʳ).*

* Auctore Pseudo-Turpino, cum additamentis et capite de urbibus Hispaniae. Sequitur (fol. 76ʳ-80ʳ) *De corporibus sanctorum virorum qui in itinere Sancti Jacobi requiescunt, quae peregrinis sunt visitanda*, ed. ap. F. Fita, *Liber de miraculis S. Jacobi* (Paris. 1882), p. 20-44. Dein versus Aymerici Picaudi, ed. *Hist. litt. de Fr.*, tom. XXI, p. 276, *Epistola Calixti*, ut in cod. 5272 (tom. I, p. 428, 1°), et *Epistola Innocentii*, ut in cod. 3550 (tom. I, p. 234, 6°).

6° Vita sanctorum Amici et Amelii (fol. 82ʳ-86ᵛ).

Ed. ap. Mombritium, tom. I, fol. 31ʳ-33ʳ. Mutila in fine, avulsis foliis.

DCXIX. Codex signatus num. 13776.

Olim coenobii Sancti Martini Pontisarensis, deinde San-Germ., recentius 971. Foliorum 93, min. (0ᵐ,25×0,175), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1° Vita beati Galterii abbatis [Pontisarensis] (fol. 3ʳ-10ᵛ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 April., tom. I, p. 754-57.

2° [Alia] vita beati Gauterii Pontisarensis monasterii primi abbatis (fol. 13ʳ-26ᵛ).

Ed. ibid., p. 757-63. In cod. add. in fine : *Transiit autem sanctae recordationis pater noster beatissimus Gauterius viᵗᵒ idus aprilis anno ab incarnatione Domini millesimo nonagesimo quinto, indictione tertia, regnante D. N. J. C....*, quae Henschenius in edenda Vita expunxit, quia indicationes hae temporum non cohaerent (cfr. tom. cit., p. 753, num. 3).

3° Liber miraculorum ejusdem (fol. 26ᵛ-36ᵛ).

Ed. ibid., p. 763-67.

4° Adhortationes sanctorum patrum ad profectum perfectionis monachorum (fol. 37ʳ-80ᵛ).

Excerpta ex libris de Vitis Patrum qui inscripti sunt *Verba seniorum*.

DCXX. Codex signatus num. 13777.

Olim monasterii Corbeiensis (ut patet ex duplici epistola fol. 193v et 252v), deinde San-Germ., prius 538, recentius 1057.

Foliorum 298 (praeter unum insiticium), min. (0m,23×0,165), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

Totum codicum complent

Acta omnia et processus pro veritate et possessione reliquiarum S. Eligii.

Sententia definitiva data est anno MCLX (fol. 290r).

DCXXI. Codex signatus num. 13778

Olim conventus Sancti Ludovici, Ord. Praed., Ebroicensis, deinde San-Germ., recentius 1610.

Foliorum 72, min. (0m,158×0,12), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

1° Vita et sancta conversatio piae memoriae Ludovici quondam regis Francorum (fol. 1r-41v).

Auctore Gaufrido de Belloloco, ed. ex hoc codice *Rec. des Hist.*, tom. XX, p. 1-27.

2° De vita et actibus inclitae recordationis regis Francorum Ludovici et de miraculis quae ad ejus sanctitatis declarationem contigerunt (fol. 41v-72v).

Auctore Gulielmo Carnotensi, item ed. ex hoc codice ibid., p. 28-44.

DCXXII. Codex signatus num. 13779.

Olim San-Germ., recentius 1409.

Foliorum 129, min. (0m,215×0,14), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1° [Miracula sancti Aegidii] (fol. 2v-7r).

Ea scilicet quae in libro Gulielmi Petri, ut a nobis editus est *Anal. Boll.*, om. IX (cfr. infra 5°), leguntur sub numm. 12, 13, 14.

2° Vita sancti patris nostri Aegidii abbatis et confessoris (fol. 8r-36v).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. VIII, p. 103-20.

3° Vita sancti Aegidii abbatis (fol. 36v-48r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Sept., tom. I, p. 299-303.

4° [Miracula sancti Aegidii] (fol. 62r-67r).

Haec continet *Sermo in festivitate sancti Egidii abbatis* (fol. 48r-69v), et excerpta sunt ex libro Gulielmi Petri.

5° Miracula sancti patris nostri Aegidii (fol. 69v-129v).

Auctore Gulielmo Petro, ed. *Anal. Boll.*, tom. IX (1890), p. 393-422.

DCXXIII. Codex signatus num. 13780.

Olim coenobii Sancti Petri Corbeiensis, deinde San-Germ., prius 584, recentius 1050.

Foliorum 215, min. (0m,245×0,175), columnis binis, exaratus saec. XIII. Initio et fine mutilus.

1° [Vita S. Bernardi] (fol. 215r-v et fol. 1r-120v).*

Initio mutila incipit (fol. 215r) a verbis *judicio irrationabili* (num. 38) et praeterea omm. major pars num. 40 (post verba *famae et siti*) et prior pars num. 41 (ante verba *cum ingenti delectatione*).

Sequuntur (fol. 128r-132v) *Tractatus de reliquiario dicto Prima sancti Petri in coenobio Corbeiensi* et (fol. 133r-135v) *Tres epistolae Alexandri papae de canonizatione sancti Bernardi.*

2° Vita beati Francisci (fol. 136r-214v).

Auctore S. Bonaventura, ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Oct., tom. II, p. 742-98. Desinit mutila in verbis *omnis quiescit dolor* (num. 235).

DCXXIV. Codex signatus num. 13781.

Olim San-Germ., prius 602, recentius 1403.

Foliorum 95, min. (0m,215×0,15), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1° Vita beatae Annae et de infantia beatae Mariae (fol. 1r-11v).

Scilicet Pseudo-Matthaei Evangelium, cum epistola praefatoria Pseudo-Hiero-

nymi ad Chromatium et Heliodorum, ed. ap. Tischendorf, *Evang. Apocr.*, p. 52-111.

2° Gesta Salvatoris Jesu Christi, inventa a Theodosio imperatore in praetorio Pontii Pilati in codicibus publicis (fol. 11v-19v).

Pars Evangelii Pseudo-Nicodemi, ed. ibid., p. 335-408, nonnullis passim suppressis.

3° [De assumptione beatae Virginis Mariae] (fol. 20r-24r).

Sermo cujus materia desumpta est ex Pseudo-Melitonis libro *De transitu Virginis Mariae*, ed. P. G., tom. V, p. 1231-40.

DCXXV. Codex signatus num. 13782.

Olim San-Germ., *Harlay* 479.

Foliorum 122 (praeter duo insiticia in capite), min. (0m,215×0,155), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Totum codicem complet

Historia sive liber satis mirabilis Christi valde fidelis ancillae Erminae.

De qua cfr. *Act. SS.*, tom. V Aug., p. 5.

DCXXVI. Codex signatus num. 13783.

Olim Nicolai Catherinot Bituricensis, deinde San-Germ., recentius 1042. 2.

Chartaceus, foliorum 29, min. (0m,22×0,147), lineis plenis, exaratus saec. XV. Initio et fine mutilus.

Totum codicem complet

[Translatio capitis S. Andreae Romam].

Ed. ap. Andr. Saussayum, *De gloria B. Andreae*, p. 422-442. Incipit scilicet a verbis *praedicationis obvenit* (p. 422) et desinit in verbis *qui paulo ante velut haereticus fuerat* (p. 442).

DCXXVII. Codex signatus num. 13784.

Olim San-Germ., recentius 1609.

Chartaceus, foliorum 58, min. (0m,20×0,14), lineis plenis, exaratus saec. XV.

1° Liber de vita et virtutibus beatissimi Basoli confessoris Christi (fol. 1r-23v).

Auctore Adsone, ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 67-75.

2° [Translatio sancti Basoli et miracula] (fol. 23v-35v).

Auctore eodem, ed. ibid., saec. IV, part. II, p. 137-42. Sequitur Sermo encomiasticus de S. Basolo, qui inc. *Postquam pudicitiae virginalis ineffabilis partus...*

3° [Alia S. Basoli miracula post mortem] (fol. 41r-50v).

Conscripta anter annos 1124 et 1143 (cfr. infra, num. 4) et adhuc inedita, ut videtur. Vid. Append.

4° Vita beati Balsemii martyris (fol. 52r-55v).

Cujus fragmentum ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Aug., tom. III, p. 293-94. Partem ineditam videsis infra in Append.

Appendix ad cod. 13784.

Miracula S. Basoli (Cfr. supra, 3°).

1. **Miraculum de compatricida, Cureboldo nomine.** — Operae pretium etiam remur huic operi illud insigne inserere miraculum, quod, postquam hujus patris nostri Basoli felix anima paradisiacis moenibus evecta est angelicis mani-
5 bus sanctorum choris exultantibus, evoluta multorum annorum orbita, nostris tamen temporibus, per ejus venerabile meritum, cunctis qui supervenerunt cernentibus operata est divina virtus. Hujus autem prodigii quam plurimos testes vidimus, qui suis asseruere sermonibus ea quae narrare cupimus. Legimus in evangelica serie Dominum nostrum suis discipulis, non solum autem ipsis, sed
10 et omnibus in se fideliter credentibus, promisisse majora quam ipse operabatur et eadem miracula fore facturos, ita dicendo : *Amen*, inquiens, *dico vobis, qui credit in me, opera quae ego facio et ipse faciet et majora horum faciet.* Quod procul dubio in hujus praecellentissimi confessoris Christi Basoli gestis adimpletum esse cernimus. Sicut enim cunctipotens Deus oculos caeci nati luto
15 ex sputo commixto litos ac postmodum aquis Siloe, quae vadunt cum silentio,

mundatos sua virtute aperuit, ita et iste sanctus caecos orbes a nativitate cujusdam pueri signo sanctae crucis superimpresso aperuit et solis radios, antea sibi incognitos, Domino opitulante videre concessit; quod in suo ordine lectoris sagacitas plenius et luculentius jam repperit. Nunc ergo ad ea quae percurrere incohavimus noster reflectatur calamus, et juxta nostri modulum venerandi patris 5 nostri attollamus praeconium.

In hoc igitur nostro Remensi territorio quidam habetur viculus, qui vulgari vocabulo vocatur Virdunatus, in quo quidam degebat rusticus, Cureboldus nomine, non admodum dives, sed quanto hujus saeculi carebat copiis, tanto scelerum exuberabat flagitiis. Hujus itaque nec nominandi viri nomen non ideo nostris 10 depromimus scriptis quod illi aliqua exinde accumuletur gloria, neque ut a quoquam exemplo tradatur memoriae, sed ut praenoscant audientes legentesque qualis quantusve fuerit qui tanto sceleri sese mancipari non timuit; cujus immanitatem operis lucidissimo in subsequentibus declarabimus sermone. Illius autem temporis tempestate exorta validissima fame in hac nostra regione, ipse vir male- 15 ficus coepit egere. In civitate quoque Remensi quidam morabatur clericus, Bavo nomine dictus, divitiis affluens omnibusque bonis adplene ditatus. Quem adiens praefatus rusticus propria cum conjuge et universa domus suppellectile, mercenarii apud eum officio fungebatur et famis inopiam suarum labore manuum relevabat. Diutius igitur ibidem eo commorante, filium ipsius venerabilis cleri- 20 cus una cum quodam nepote suo ex sacro suscepit lavacro, filium sibi spiritualem efficiens, et rustico ut apud se maneret loco compatris quantum temporis vellet bonó animo condonavit.

His ita rite peractis, compater rustici illius, nepos videlicet jam memorati Bavonis clerici, expeditionem quandam ex suis sumptibus praeparare coepit juxta 25 suum posse, quatenus in diebus sanctae quadragesimae, qui prope erant, ad limina beatorum apostolorum Petri et Pauli aliorumque sanctorum in urbe Roma quiescentium properaret humillime. Accedens autem ad praenotatum avunculum suum, hortari eum coepit ut una secum Romam pergeret. Cui ille honorifice, audiente jam dicto rustico quem quasi suum compatrem apud se detinebat, his 30 verbis respondit : *Multis*, inquit, *frater carissime, nunc praeoccupatus curis, haec quae persuades hac vice adimplere nequeo ; sed tamen prout mihi Dominus dederit posse, ex meis facultatibus sancto Petro libenti animo per te munera dirigam.* His rusticus verbis auditis, diabolica pellectus suasione et radice omnium malorum impletus maligna cupiditate, compatri suo 35 protinus fidem dedit, et sese cum illo profecturum sub fide repromisit. Interea superveniente die sacrato quo peccatores ab Ecclesia suscepta paenitentia segregantur et omnium christianorum capitibus cineres imponuntur, ipsi secundum ritum fidelium cineribus susceptis ab archiepiscopo, cum reliquo populo sunt absoluti. Deinde omnem in viae apparatum sagmario suo imponentes, Romam 40 profecturi duo pariter iter aggressi sunt, et per hunc locum venire atque sancti Basoli et fratrum sibi militantium orationibus se committere decreverunt.

Denique dum una iter pergerent et jam villae supradictae proximi fierent, rusticus, qui cupiditatis causa falso nomen peregrini sibi usurpaverat, quod dictu valde horribile atque nefarium est, diabolo instigante compatrem suum et peregrinum sancti Petri cultello interfecit, ac omnia quae secum vehebat auferens, in medio itinere mortuum reliquit, sicque fugam petiit. Mane autem facto, dum cultores vinearum ad excolendas pergerent vineas, hunc exanimem reppererunt et per universam istam provinciam diffamaverunt. Avunculus ergo ejus Bavo, haec audiens, valde maestus est et eum sepulturae tradidit; eumque quia rusticus ille occidisset, fuga id prodente et reum accusante, recognovit. Ille vero abominandus homicida, tandem deprehensus, catenis constrictus et in carcerem missus, a nullo umquam hominum teneri potuit.

Sed, sicut ait Scriptura, quae apud homines impossibilia sunt, possibilia sunt apud Deum. Quodam die jam advesperascente, magna siti devictus, ad fontem hujus pervenit Basoli. Cumque se inclinasset, et vasculum, quo ab infirmis supervenientibus eadem aqua hauriebatur, accepisset, ut aquam ad refocillandum corpus hauriret, subito meritis patris nostri Basoli contractus emarcuit et super ipsum fontem cecidit, et omni officio membrorum desolatus, brachio quoque extenso, quod iniquitas corde concepta et opere male perpetrata malignitas condemnabat, tamquam laqueis irretitus jacuit, et ne pollutis ex plus quam homicidio manibus sitam contingeret, reatum conscientiae damnatus ostendit.

Vigilias itaque nocturnas fratribus ipsius loci ex more Deo et sancto Basolo exsolventibus, jamque lucis crepusculo diminuente, gallo moras noctis frequentius arguente, duo quidam de familia ecclesiae, fratrum servitio addicti et necessitatibus deservire soliti, gallicinio monente excitati, surgunt ad sua opera solliciti. Qui dum suo subintrantes officio, simul ad fontem sancti Basoli ante fores claustri positum pergerent, ut aquam ad pistrinum deferrent, pistores enim utrique eorum erant, canis, qui secum ad persentiendos atque levius ferendos et removendos timores et incursus nocturnos familiariter comitabatur, clamores praeter solitum ingeminans et poenalis rei vindictam horroribus denuntians, latratibus praeconabatur quicquid inibi virtus divina, meritis tanti confessoris obsecundans, operabatur. Ibat canis, praeibat properus, redibat ocius, fugitabat tremulus, interdum subsistens, ringebat naribus : quem quo magis vis naturae exasperabat, eo amplius tanti sceleris facinus in timorem cogebat. Nec solitus est iste timor, sed novus ; novus, inquam, quia ex novitate facti ad miraculum humanum invitabat animum. Et sicut de Balaam ariolo legimus, cujus asina angelum vidit quem ipse praevidere non meruit, et brutum animal humana verba loquebatur, ut mens prophetica, pecuniae sibi praeostensae et promissae amore tenebrata, jam a vibrante jamque astante gladii sententia liberaretur, ita et istis et paene omnibus audituris ille supradictus canis, naturae ingenio et acri vigilantia commotus, quibus modis et conatibus poterat in securitatem sui et admirationem facti fideliter subserviebat, ut eos et a timoris nocui erueret periculo et videntes vel audientes ad execrandum tanti sceleris auctorem tam terribili commoneret

indicio. Itaque duo illi pistores, quorum unus Petrus, alter dicebatur Gotbertus, non sine admiratione taliter canem suum angustiari considerantes, metu percelluntur, et horripilationem sui nimiam non ferentes, Christi Domini nomine se consolantur, signo crucis armantur, et in spe salutis securius jam positi, deposito ab humeris hauritorio, videlicet caldaria, et irrecto sparo quo 5 vectitabant eam, deliberant audaciter percunctari contrariam, quidquid esset, hujus rei fortunam. Quibus appropinquantibus ille miser Cureboldus apparuit, et sciscitantibus de causa cur venerit, contra Deum et sanctum Basolum blasphemus et extra se factus garrire mania coepit. *Quia*, inquit, *aquam Basoli bibere volui, ipse causa avaritiae me hic vinctum detinuit.* Nuntiantur haec abbati 10 Manassae, qui tunc praeerat (1), et universis fratribus ; qui venientes, eum inibi jacentem reppererunt. Cumque eum omnes hortarentur ut se ex homicidio inique peracto contra Deum et sanctum Basolum culpabilem redderet, cum sacramentis id se numquam facturum respondit.

Interea quidam miles, Rogerus nomine, cujus in comitatu homicidium perpe- 15 traverat, fama id ubique promulgante, equis sudantibus mox affuit, et abbatem ut latronem suum sibi redderet rogare coepit. Cui abbas protinus respondit : *Quomodo*, inquit, *illum quem sanctus devinxit Basolus tibi donare possum ?* Cumque ille amens in blasphemiis perduraret, abbas illum a parte sancti Basoli abstrahi jussit. Mira• res : mox ut abstractus est atque a parte sancti cici- 20 tus, ab omni membrorum contractione solutus, libere ambulare coepit. Tunc praefatus comes hunc apprehensum, ut meritus erat, laqueo vitam illi extorsit ; et sic caelo terraque perosus, infelicem animam infernalibus abdidit claustris, dignas pro homicidio injuste peracto luens poenas.

Iste igitur sanctissimus pater noster Basolus, qui absque ulla ambiguitate unus 25 ex basibus Dei Ecclesiae habetur, aquam sui fontis homicidam illum non passus est bibere, quia famulum ipsius, maligna devictus cupiditate, interfecerat, cui sanctam ecclesiam regendam et custodiendam Deus commisit. Nos itaque ipsius meritis venas aeterni fontis et aditum regni caelestis nobis aperiri poscamus, quatenus ejus protecti patrocinio quem nobis Dominus patronum ferre dignatus 30 est, laqueos evadamus mortis et januas ingredi valeamus aeternae beatitudinis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

2. De sanatione cujusdam leprosi. — Ex partibus Flandrensium quidam pauper homo suum male se habentem in carricula circumducebat filium, ut circuitis quaquaversum sanctorum memoriis, si cui beatorum servorum suorum 35 omnipotentia divina clementer annueret, puer ipse male damnati sui corporis recuperationem eorum interventione obtinere potuisset. Elephantiae siquidem morbo gravatus et toto corpore lepra varianti deformis factus, miserabile intuentibus praebebat spectaculum, dum a vertice capitis usque in plantam pedis nul-

(1) Post annum scilicet 1143 et ante annum 1153 (*Gall. Christ.*, tom. IX, p. 199).

lum integri in eo pareret vestigium. Anxius pater pro filio, tactus dolore cordis ingenti, fundebat lacrimas uberrime, lacrimas, inquam, consolatrices maestitiae. Unum erat ei subsidium, dum filio suo non inveniebat medicinae remedium, ut dolens pater filium lugeret et affectu paterno doloribus filii condoleret. Taedebat eum vitae suae, quoniam languor filii eum atrocius vexabat, non posse utrumlibet citius mori, cum male vivendo mors utriusque poterat nec sua voluntate differri. Proinde in dolore versans vitam et luminosis mentis suae oculis caliginem obducens lacrimosam, praeter spem quae de Christi Jesu pendebat misericordia nihil amplius quid sperare habebat, nisi carricando in clitella illum sanctorum locis circumferre et pro sublevanda inopia mendicando mentis et corporis subsidium quaeritare. Unde factum est ut post accessa plurima sanctorum loca ad hoc deveniret coenobium, sancti Basoli insigne per meritum. Qui cum illo suo vehiculo pro foribus assistens ecclesiae, fusa quantula prece poterat, alimoniae stipem petebat.

Interim fratribus huc illucque pro arbitrio seu necessitate obambulantibus, vir accessit seniorum loci. Vidit enim eum veneranda canitie respersum, decora facie venustum, et de vultu corporis cogitabat ornatum mentis, de specie et habitudine corporis sapientiam pensabat aetatis. Pro re hujusmodi humiliter accedens ad eum, sic orsus est fari : *Domine pater, beate mónache, Dei serve, audi me ex caritate et intende prae necessitate. Est mihi hic in praesentiarum unus, utinam numquam natus, numquam visus, filius, quem tanta vis invasit infirmitatis ut nullus multae sit modus passionis, nulla similitudo vel comparatio pro enormitate hujus aegritudinis. Et quia audivi vos Dei servos et in curandis infirmitatibus prudentes et merito idoneos medicos, inspice afflictum, respice saucium, considera putredine et vermibus tabidum, et pro misericordia Dei fer opem ferque remedium, indulge ut dones consilium. Memor naturae, memor condicionis humanae, parce patri lugenti, indulge filio misere dolenti, ut unius recuperatio sit aliorum de multimodo errore et horrore consolatio.* Talia perstabat memorans, lacrimasque ciebat. Ad quae respondens perpaucis intulit heros : *Nos*, inquit, *curationes corporeas non habemus, medicinas non conficimus ; de Dei tantum gratia speramus et in ejus nomine tibi curae consilium, si illi placuerit, damus. Est hic fons sancti Basoli, patris et protectoris nostri, per virtutem caelestis gratiae in miraculis egregii, in angustiis et necessitatibus piissimi et paratissimi, si sit qui ejus auxilium humiliter requirat et beneficia fideliter expetat. Tu qui audis, si fideliter accipis, ejus implora clementiam, expostula benedictionem, et per Dominum Deum, pie confidens de ipsius adjutorio, perge ad fontem cum puero, exutum eum indumentis submerge eum aqua, et spondeo tibi in Dei misericordia quia, si credideris, videbis mirabilia.* Pauper ille, verbis hominis Dei credulus, interim patienter distulit, fidem corde concipiens et eam bonae spei amore suffulciens. Ad hospitium tamen rediit, elemosynam accepit, et post corporis refectionem lectuli petiit pausationem.

Cum interim quiescens corpore nec requiescens mente, dormiens carne sed vigilans mente, fratribus post vigilias ad strata recurrentibus, ille pauper opibus sed fidei muneribus [dives], cum filio ad fontem venit, et exorato misericorditer Dei adjutorio et sancti Basoli piissimo patrocinio, puerum veste exuit, aqua submersit. Miro modo mox patuit divina operatio, quae per sancti sui merita quaesita diu sic celerrime contulit beneficia. Nam postquam jam tertio perfusus est puer aqua, continuo mirabili specie visionis illa variabilis disrupta est carnis tunica, et per partes tamquam ex corio bovis factas sic praedicta cecidit lepra ; et puer modicum ante ad videndum miserabilis, reddita sospitate et recuperata salute, factus est conspicuus satis et incolumis. Quo viso pater in gaudium et laetitiam supra quam dici satis queat adductus, terrae prostratus cum lacrimis ex gaudio profluentibus gratias egit humiliter Deo et sancto Basolo, reducens gestatorium suum laetanter cum filio. Fratribus autem, quia post vigilias quiescebant in lectis suis, minime innotuit factum ; sed ille pauper, per urbem Remicam repatrians, omnibus obviantibus enarrabat et gratanter ex plenitudine perceptae dulcedinis et laetitiae, magnalia Dei in se bene misericorditer completa cunctis quibus poterat praedicabat. Inde ex relatione videntium et audientium pervenit ad notitiam fratrum Deo et sancto Basolo militantium, ad laudem et gloriam divini nominis, cui honor et imperium in omnia saecula saeculorum. Amen.

3. De curatione cujusdam arreptitii. — Ratio exigit ut, dum audita de gestis et virtutibus sanctorum recolimus, ea maxime quae viderunt oculi nostri in medium proferamus et in notitiam populi qui nascitur et nascetur memorialibus litteris transfundamus ; cumque a[d] longe positos generaliter aciem mentis dirigimus, ad patronos tamen nostros spirituali quadam familiaritate linguam et digitos convertamus et gratiam pro gratia persolvamus. Patronum igitur et inter patres familias benedictionibus dulcedinis insignitum vocamus sanctum Basolum, fide, genere, nomine et opere praeclarum, cujus quidem praecedit sequentia, hoc est insigne miraculum.

Moris est ut hujus beati viri corpus per singulos annos ab abbate monasterii et fratribus, circumfluentibus populorum millibus, ad indictum Remense cum sollemni jucunditate transferatur et procedente obviam civitate in loco celebri deponatur, et habito sermone a pontifice ad populum, rursum cum ingenti devotione et festiva alacritate ad locum sibi destinatum reducitur. Anno igitur primo sacerdotii felicis memoriae Rodulphi archiepiscopi (1), cum ab eo data benedictione urbem egressi, inter praecedentium et subsequentium turmas medii de virtutibus sancti viri colloquerentur, affuit inter eos etiam satan. Nam cum quidam, quorum non parva erat multitudo, triumpharent, eo quod ab origine sub tanti protectoris parte consisterent, inrupit inter nos insaniae signifer quidam, genere Lotharingus, levitatis et arrogantiae gloriator, nomine quidem

(1) Anno itaque 1108 vel 1109 ; nam Rodulphus sedit ab anno 1108 ad annum 1124 (*Gall. Christ.*, tom. IX, pp. 81, 82).

Dominicus, re autem vera diabolicus. Qui dum excelsiorem nostris hominibus se faceret, se autem nec velle umquam servire sanctis proclamaret nec subici, ilico arreptus [ab] eo qui in eo loquebatur daemonio confligitur, sensum exuit, a planta pedis usque ad verticem doloribus et vulneribus circumvallatur. Clamoribus plebis caelum continuo pulsatur, manus Dei agnoscitur, meritum sancti palam omnibus adaperitur, cum repente ille procax, ille triumphator, nec pedibus nec manibus suum officium adimplentibus, ut lutum platearum a turba seorsum eicitur et paulo post a quibusdam miseris, miserrimus omnium, in quoddam tugurium ad radicem Rigetii montis (1) protrahitur *.

* *cod.* protraxitur.

Cumque in orbem transirent dies hujus infortunii, tandem, sera quidem paenitentia sed fructuosa, rediit ad cor, et quasi quoddam animal monstruosum utcumque se promovens ab hospitio, reptans manibus et pedibus, radicibus montis haesit. Jamque conscensa crepidine medium collis evaserat, cum ecce quidam miles, Raginaldus nomine, ut eum in equum levaret descendit; ille autem abnuit, donec defluentibus sanguine vestigiis utcumque ad portam monasterii processit et inde usque ad mausoleum sancti viri pia praesumptione se protraxit. Inter cruciatus igitur infelicis, prior et thesaurarius monasterii, probatae vitae et boni testimonii monachus, nomine Gerulphus, affuit; qui ex luminario ecclesiae candelam abstrahens, in manu languentis ardentem posuit et ut pro se offerret imperavit. Ille conatu quo potuit candelam suscepit, obtulit, oblatam super pavimentum extendit, et discedentibus cunctis, solus cum sancto viro remansit. Nec mora, pietas tanti patroni, qui non dormit neque dormitat, soporem languenti incutit et inter brevissimae dormitionis horas medicinale meritum soporato infundens, in spe mittit... (*hic sistit narratio.*)

4. Aliud miraculum de contracta. — Et quia Remensem viam semel ingressi sumus, adhuc ad laudem protectoris nostri magnificae virtutis opus ab eo gestum prosequamur. Paupercula quaedam, pannis et annis obsita, cum filiola contracta huc se longo post tempore contulerat; cujus contractionis tanta erat deformitas ut a die nativitatis genibus et ulnis in alvum collectis, praeterea a regione dorsi gibbo spinoso in modum cameli prominente, incurvata usquequaque, non ut rationale sed ut monstruosum reptile appareret, et numquam caelum, terram autem semper respiceret. Hujus infelicis partus mater fessa, miserae * gestatorium [fecit] * aut subsellium. Cum audiret quia sacrum corpus beati viri ab urbe cum solita jucunditate deferretur, obviam procedit et mediam se portantibus salutiferam thecam objecit. Ibi quadam constantia spei filiam projecit, et non sine magno stupore omnium, nec circumcursantes nec conculcantes reverita, puellam sub ipsum feretrum obstinato animo dimisit. Interea domnus abbas Albricus (2), cujus vita superstes virtutis exemplar et religionis instar est, vexillis praemissis, ordinata processione fratrum, habens turibulum

* *voces indistinctae.*

(1) Unde (?) nomen accepit vicus *Rilly-la-Montagne* prope sancti Basoli.

(2) Qui coenobium sancti Basoli rexit ab anno saltem 1124 ad annum 1143 (*Gall. Christ.*, tom. cit., p. 199).

in manibus cum aromatibus advenit. Cumque elevata manu globos fumantis myrrhae et turis contra loculum gloriosi patroni emitteret, subito admirantur portitores feretri loco stare nec ultra posse procedere. Clamor et admiratio plebis attollitur, quid velit divina virtus ignoratur, donec ad acclinam et a populo interclusam puellam oculos convertunt et in imminentem thecam nuda brachia insolito conamine procedentem aspiciunt. Tunc vero mirum in modum quid prius stuperes non haberes, cum hinc latores feretri videres ut lapides rigescere, illinc meritum sancti viri, more probati et optimi pictoris, ab ipso gremio, non sine magno fragore, abstracta et undique formata membra in lucem producere. Quid plura? Feretrum manet immobile, donec puella, pulchra satis, directaneo dorso, solidatis basibus, abbatem et fratres, prae gaudio flentes, praecedit et cum frequentia populi gaudentis sacrum corpus usque ad sedem suam cum debita gratiarum actione conduxit.

Vita S. Balsemii (Cfr. supra, p. 213, 4°).

Incipit vita beati Balsemii martyris.

1. Beatus athleta Dei Balsemius civitate Lemovicas exstitit oriundus. Qui parentibus generosissimis propagatus, ab eisdem viris peritissimis sub clericali schemate datur edocendus. Isque aetate et gratia transcendens annos pueritiae, indeptis gradibus ecclesiasticis, Deo largiente tandem pincerna Christi factus est, sublimatus diaconii arce et rite honore levitico, quia secundum nomen suum balsama fidei et justitiae in sese gestando, spiritu Dei agebatur et nectara caritatis antidotaque virtutum serebat quocumque vertebatur. Audiens autem quod beatus Basolus, avunculus ejus, erat enim de genere ipsius, in quodam loco Franciae eremiticam vitam ageret, sicut cervus sitiens fontem aquae, non quieti sese dedebat donec ad eum pertingeret. Unde a civitate Lemovicas egressus gratia visendi eundem praefatum sanctum, iter longinquum est aggressus.

2. Tandemque attingens loca Campaniae.... (*Act. SS.*, tom. III Aug., p. 293, num. 1.)

3. Praeveniens namque.... (ibid., num. 2.)

4. Accidit tunc admirandum.... (ibid., numm. 3, 4; et add. :) Plantatus in domo tua, florebit in atriis tuis ut palma. Sed omittentes ista, redeamus ad superiora.

5. Impiissimi et sceleratissimi illi.... (ibid., num. 5.)

6. Erat in civitate Lemovica.... (ibid., num. 6-8.)

7. Post haec comitissa Hersendis.... (ibid., num. 9; sed adverte diem elevationis in codice non indicari fuisse *xix*, sed *xvii° kalendas septembris*. Deinde, omissa clausula *qui vivit et regnat*, etc., pergit scriptor :)

8. Haec pauca de nonnullis hic succinximus, ne forsan quilibet maniis ductus reprobando fidelibus Dei diceret stolidissimus. Ecce propatulum est martyrium

hujus sancti ; ecce qualiter explicuit cursum agonis sui. Nunc vultui Dei semper assistit, sublimatus gloria et honore, et sociatus martyrum turmis, innumerabili fruitur felici jucunditate ; quibus idem splendidus gloriosissimus aeternaliter allectus, perpetuatim intuetur eum cui, in hac praesenti dum advixit vita, debi-
5 tum exhibuit officium famulatus. Etenim quamdiu in hujus soli ergastulo moratus est, opere adimplevit illud Domini verbum : *Qui mihi ministrat, me sequatur.* Haud dubium xenio illius dominicae sponsionis, quo remunerati sunt talia adimplentes, ab eodem sponsore remuneratur : *Ubi ego sum, scilicet illic et minister meus indesinenter degendo et palmario vitae fruendo stabilie-*
10 *tur.* Ubi tripudiatim ovans exultat connexione apostolorum, decorositate patriarcharum et prophetarum, confessione velut rosae vernantium martyrum, consocialitate quasi violae albentium confessorum, incorruptione ceu lilia rutilantium virginum, possidetque lauream inedicibilis gloriae et stolam immortalitatis aeternae ; praestolatur porro post haec duplicem stolam, cum in fine mundi
15 carnis simul et animae percipiet immortalitatem aeternam.

9. Sane nulli dubium sit plurima post triumphum martyrii hunc sanctum in Domino fecisse miraculorum insignia, quae nec memoriae aut scripto studuit mandare mortalium incuria, ignaviae potius et sterili socordiae dedita quam insigni exercitio et theoricae vitae subdita. Siquidem non dubitamus eum caecos
20 illuminasse, leprosos mundasse, paralyticis vires membrorum reddidisse, daemonia ab obsessis fugasse, reliquaque miranda peregisse, quae stolidi et segnes non satagerunt memoriae aut stilo commendare. Nec illud nempe praetereundum, quod superstites interfectorum ejus tali denotati sunt elogio, quia universi, balbutientes et quasi subsannantes, privati habeantur rectae locutionis officio.
25 Nos ergo coeptis finem imponentes orationum munus accedamus ad sanctum implorantes.

(Sequitur oratio tredecim versibus hexametris illigata, quae sic incipit :)

Arbitris aethereis qui rite tuetur habenas,

. . . . . .

DCXXVIII. Codex signatus num. 14143.

Olim « ex Corbeiensis monasterii bibliotheca », deinde San-Germ., prius 669, recentius 1455.

Foliorum 82, min. ($0^{m},21 \times 0,145$), lineis plenis, exaratus saec. IX.

1° [Carmen de sancto Benedicto] (fol. 55^{v}-59^{v}).

Paractericum, auctore Paulo Diacono, ed. *Hist. Langob.* (ed. Bethmann et Waitz), lib. I, cap. 26 (p. 64-67).

2° [Passio metrico sanctorum Marcellini et Petri] (fol. 60r-73v).

Auctore Eginharto (?), ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Jun., tom. I, p. 174-76. Sequitur Damasi carmen de SS. Marcellino et Petro, ed. P. L., tom. XIII, p. 396-99.

3° [Carmen de sancto Quintino] (fol. 74r-82v).

Ed. ap. G. Harster, *Novem Vitae SS. metricae*, p. 52-63.

DCXXIX. Codex signatus num. 14145.

Olim San-Germ., prius 655, recentius 1411.

Foliorum 76, min. (0m,225×0,16), ex diversorum codicum laciniis compactus, quorum duo hagiographici, alter (fol. 1-8) exaratus saec. IX, alter vero (fol. 15-18) saec. XI, lineis plenis.

1° [Vita metrica sanctae Agnetis] (fol. 1r-8v).

Ed. ex hoc cod. ap. G. Harster, *Novem Vitae sanctorum metricae*, p. 38-51.

2° [Vita sancti Sulpicii Pii episcopi Bituricensis] (fol. 15r-18v).*

Acephala inc. a verbis *suasionibus, sine dilatione jussit impleri*... (num. 13 extr.) et mutila desinit *sopore deprimitur insueto* (num. 22 extr.).

DCXXX. Codex signatus num. 14192.

Olim Coislinianus, antea Seguerianus, quem Illustr. Henricus du Cambout, dux de Coislin, par Franciae, episcopus Metensis, monasterio S. Germani a Pratis legavit anno MDCCXXXII. Inde San-Germ., recentius 1085.2.

Foliorum 83, ex variis laciniis, diversis saeculis (ab XI° ad XVIIum) conscriptis, min. (0m,22×0m,155).

Passio sanctorum martyrum Nazarii et Celsi (fol. 44v-45v).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, p. 179v-84v; sed avulsis foliis in codice superest tantummodo initium et alterum breve fragmentum. Haec saeculo XI descripta sunt.

DCXXXI. Codex signatus num. 14193.

Olim San-Germ., prius 656, recentius 1320. Compactus ex variis laciniis, quarum pars hagiographica (fol. 155-164) bibliothecae San-Germanensi illata est *ex dono D. Nicolai Camuzat Trecensis ecclesiae Canonici, 1649* (fol. 155v).

Foliorum 164, min. (0m,20×0,145), lineis plenis. Pars hagiographica exarata est saec. X.

Miraculum sancti Martini episcopi (fol. 155r-164v).

Libellus Radbodi, ed. ope hujus codicis, *Mon. Germ.*, tom. XV, part. II, p. 1240-44. Prologi initium desideratur, avulso folio.

DCXXXII. Codex signatus num. 14277.

Olim San-Victorianus 196.

Foliorum 116, praeter tria insiticia in capite signata A, B, C, maj. (0m,425×295), columnis binis, exaratus saec. XII.

[Miracula sancti Victoris] (fol. Av-Bv et 116r-116v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Jul., tom. V, p. 148-62; scilicet numm. 29-48, 31, 34, sed stilo diverso.

DCXXXIII. Codex signatus num. 14293.

Olim coenobii Sancti Victoris Massiliensis, deinde San-Vict. 11.

Foliorum 237, maj. (0m,425×0,30), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Vita sancti Benedicti (fol. 156r-162r).*

Suppressa sunt interrogationes Petri et Gregorii responsa, quae proprie ad S. Benedicti historiam non spectant, et Vita desinit in fine num. 13.

2° De vita et de miraculis sancti Martini (fol. 162v-182r).*

Scilicet Sulpicii Severi Dialogi. Inc. a verbis *Duo beati Antonii monasteria adii...* (Dial. I, cap. 17).

3° Vita sancti Dionysii martyris (fol. 182r-198v).*

Auctore Hilduino.

4° Revelatio quae ostensa est Stephano papae... (fol. 198ᵛ-201ʳ).

Ut supra in cod. 2445 A (tom. I, p. 119, 6°).

5° [Passio] sanctae Catharinae virginis (fol. 210ʳ-217ᵛ).*

Multa suppressa sunt, et particulatim omnia quae ad conversionem imperatricis et Porphyrii ducis spectant.

DCXXXIV. Codex signatus num. 14301.

Olim coenobii sancti Victoris Massiliensis, deinde San-Vict. 371.

Foliorum 188, med. (0ᵐ,355×0,24), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° Passio sancti Pauli apostoli a beato Lino episcopo, Petri apostoli discipulo, graece edita et ecclesiis orientalibus destinata (fol. 1ʳ-3ᵛ).*

2° Passio sanctorum martyrum Christi Cyrici et Julittae matris ejus cum aliis CCCC XL IIII^or^, XVI kalendas julii (fol. 5ᵛ-8ᵛ).*

Desunt duae ultimae paragraphi.

DCXXXV. Codex signatus num. 14363.

Olim San-Vict. 189.1.

Foliorum 198, maj. (0ᵐ,445×0,302), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° Passio sanctarum Anastasiae et trium sororum Agapae, Chioniae et Irenae* cum Zoilo presbytero (fol. 2ʳ-8ᵛ).*

* cod. Syrene.

2° Passio sancti Johannis apostoli et evangelistae (fol. 8ᵛ-12ᵛ).*

3° Vita sancti Silvestri papae urbis Romae, quae colitur II kalendas januarii (fol. 12ᵛ-27ᵛ).*

In fine add. ed. *Catal. Brux.*, tom. I, p. 254, 13° et p. 119, 65°, ac nonnullis mutatis ea quae leguntur ap. Rufinum. *Hist. eccl.*, lib. X, capp. 7, 8.

4° Vita et miracula sancti patris nostri Basilii Cappadociae archiepiscopi (fol. 27v-38v).*

5° Vita sanctae Genovefae virginis (fol. 38v-47r).

Ed. ap. Kohler, p. 48-72.

6° Vita sancti Mauri confessoris atque abbatis, quae colitur XVIII kalendas februarii (fol. 47r-60v).*

7° Passio sancti martyris Sebastiani (fol. 61r-74r).*

8° Passio sanctae Agnetis virginis et martyris (fol. 74r-76r).*

9° Passio sancti Vincentii martyris (fol. 76r-78v).*

Sequuntur (fol. 80v) paucis verbis relata quae ex Aimoino edita sunt *Act. SS.*, p. 398, num. 5, addita mentione translationis in coenobium quod cognominatur Castrum.

10° Passio sanctae Agathae virginis et martyris (fol. 81v-83r).*

11° [Passio sancti] Valentini martyris [episcopi Interamnensis] (fol. 83r-84v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Febr., tom. II, p. 756-57. Om. prol.

12° [Passio] sancti Matthiae apostoli (fol. 85r-88r).

Auctore Authperto, ed. ibid., ad d. 24 Febr., tom. III, p. 437-41.

13° [Vita] sancti Gregorii papae (fol. 88r-93r).*

Auctore anonymo.

14° Passio [sancti] Georgii martyris (fol. 93r-95v).

Ut in cod. 5322 (supra, tom. II, p. 206, 7°).

15° Inventio beati Dionysii sociorumque ejus (fol. 95v-97v).

Ex Gestis Dagoberti capp. 1-11, 17, 42, 44 (*Rec. des Hist. de Fr.*, tom. II, p. 580-93). Praefixus est prologus, qui inc. *Plurium miraculorum Dei quae in diversis locis praeclare gesta feruntur, duabus ex causis litteris non esse mandata existimo : aut quia sui frequentia viluerunt, aut quod ea qui accurato illustrare possent eloquio penitus defecerunt...*

16° De sancto Marco evangelista (fol. 97v-98r).*

Nonnulla omissa sunt.

17° [Passio] Vitalis martyris (fol. 98r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 348r-v.

18° [Assumptio] sancti Philippi (fol. 98r-98v).*

Lectionibus variantibus ut in cod. Brux. 380-82 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 202, 3°).

19° [Passio] sancti Jacobi (fol. 98v-99r).*

Lectionibus variantibus ut ibid. (p. 203, 4°).

20° De inventione sanctae crucis (fol. 99r-101r).*

21° Vita sanctorum martyrum Alexandri, Eventii et Theoduli (fol. 101r-104r).*

22° Passio [sanctorum] Gordiani et Epimachi (fol. 104r-104v).*

23° [Passio] sanctorum Nerei et Achillei (fol. 104v-108v).*

24° [Vita sancti] Germani episcopi Parisiensis (fol. 108v-111v).*

25° Passio [sanctorum] Marcellini et Petri (fol. 112r-113r).*

26° [Passio] sanctorum Primi et Feliciani (fol. 113r-114v).*

27° [Passio] sancti Barnabae apostoli (fol. 114v-117r).

Ut in cod. Namurc. 53 (*Anal. Boll.*, tom. I, p, 512, 41° et tom. II, p. 301-2).

28° Passio sancti Basilidis sociorumque ejus (fol. 117r-118r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Jun., tom. II, p. 510.

29° [Passio] sanctorum Viti et Modesti (fol. 118r-120r).*

Om. num. ultimus.

30° [Passio sanctorum] Cyrici et Julittae matris ejus (fol. 120r-122v).*

Omm. duae ultimae paragraphi.

31° [Passio] sanctorum martyrum Gervasii et Protasii (fol. 122v-124r).

Ed. ex cod. Namurc. 53, *Anal. Boll.*, tom. II, p. 302-7. Om. num. 3.

32° [Vita] sancti Leufredi abbatis (fol. 124r-125v).

Scilicet excerpta quaedam ex Vita ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Jun., tom. IV, p. 101-12.

33° [Passio sancti Gallicani et] sanctorum Johannis et Pauli martyrum (fol. 125v-127r).*

34° [Passio] sanctorum Petri et Pauli (fol. 127r-131r).

Ut ap. Mombritium, tom. II, fol. 196r-200v.

35° [Passio] sancti Pauli apostoli (fol. 131r-133v).*

Auctore Pseudo-Lino.

36° [Passio] sanctorum Processi et Martiniani (fol. 133v-134v).*

37° [Passio] septem fratrum [filiorum sanctae Felicitatis] (fol. 134v-135r).*

38° In festo sancti Arnulphi [Turonensis] martyris (fol. 135r-139v).

Ed. supra ex cod. 5271, tom. I, p. 415-28. Om. prol.

39° [Passio sancti Victoris Massiliensis] (fol. 139v-141v).*

40° [Passio] sanctae Praxedis (fol. 141v-142r).*

41° [Vita sanctae] Mariae Magdalenae (fol. 142r-142v).*

Praemissi sunt ex sermone Odonis numm. 171-72.

42° De translatione corporis beatae Mariae Magdalenae (fol. 143r-144r).

Ut in cod. Namurc. 53 (*Anal. Boll.*, tom. I, p. 316, 69°). Add. versus ed. ibid., 67°.

43° [Passio] sancti Apollinaris martyris (fol. 144r-146v).*

44° [Passio sancti] Jacobi [Majoris] apostoli (fol. 146v-148r).*

45° [Passio] sancti Christophori martyris (fol. 148r-149v).*

46° Passio sancti Cucuphatis martyris (fol. 150v-151v).

Ed. ap. Surium ad d. 25 Jul. (p. 298). Om. num. ultimus.

47° [Passio] sanctorum Simplicii, Faustini et Beatricis (fol. 151v-152r).*

48° [Passio] sanctorum Abdon et Sennes (fol. 152r-153r).*

Cum Actis S. Polychronii, non tamen SS. Olympiadis et Maximi.

49° [Vita] sancti Germani episcopi Autisiodorensis (fol. 153r-160v).*

50° [Passio] sancti Stephani papae et martyris (fol. 160v-163v).*

51° [Passio sancti] Sixti papae et martyris (fol. 163ᵛ-164ᵛ).*

Inc. *Eodem tempore Decius caesar et Valerianus praefectus jusserunt...*

52° [Passio] sancti Laurentii martyris (fol. 164ᵛ-166ʳ).*

53° [Passio] sancti Hippolyti martyris sociorumque ejus (fol. 166ʳ-167ʳ).*

54° Sermo sancti Hieronymi de assumptione beatae Mariae (fol. 167ʳ-173ᵛ).*

55° [Passio] sancti Agapiti martyris (fol. 173ᵛ-174ᵛ).*

56° [Passio] sancti Bartholomaei apostoli (fol. 175ʳ-176ᵛ).*

57° [Passio sancti] Marci evangelistae (fol. 177ʳ-177ᵛ).*

58° In octavis sanctae Mariae Magdalenae in mensa (fol. 177ᵛ-179ᵛ).

Additamentum Vitae editum ap. Faillon, *Monuments*, etc., tom. II, p. 445-52.

59° Vita sancti Dominici, primi patris ordinis Praedicatorum (fol. 179ʳ-186ʳ).

Auctore Humberto. Cfr. *Catal. Brux.*, tom. I, p. 216, 55°.

60° Vita beati Antonii confessoris de ordine Fratrum Minorum (fol. 186ʳ-196ʳ).

Vita de qua tom. I, p. 337, 39°, ed. ex hoc codice a R. P. Hilaire, *St Antoine de Padoue, sa légende primitive* (Genève 1890), p. 1-83.

DCXXXVI. Codex signatus num. 14364.

Olim San-Vict. 189. 2.

Foliorum 252, maj. (0ᵐ,43×0,31), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° [Passio] sancti Bartholomaei apostoli (fol. 2ʳ-4ᵛ).*

2° Actus vel passio sanctorum martyrum Georgii monachi, Aurelii atque Nathaliae (fol. 4ᵛ-9ʳ).

Ed. ibid., ad d. 27 Jul., tom. VI, p. 451-58, sed multis variantibus.

3° Relatio quemadmodum caput sancti Johannis

Baptistae de civitate Herodis Emesa sit delatum (fol. 9r-12r).

Ed. ibid., ad d. 24 Jun , tom. IV, p. 716-18 et p. 724-28.

4° Vita sancti Mederici abbatis, quae colitur IIII kalendas septembris (fol. 12r-15r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Aug., tom. IV, p. 520-21.

5° Sancti Lupi episcopi [Senonensis] et confessoris vita, festum cujus colitur III kalendas septembris (fol. 15r-17v).

Ed. ibid., ad d. 1 Sept., tom. I, p. 255-64. Omm. numm. 26, 27.

6° Vita sancti Aegidii, quae colitur kalendas septembris (fol. 17v-20v).*

7° Vita sancti Clodoaldi confessoris, festum cujus colitur VII idus septembris (fol. 20v-23v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 7 Sept., tom. III, p. 98-101.

8° Passio sancti Adriani martyris sociorumque suorum, VI idus septembris (fol. 23v-28v).*

9° Translatio sancti Gorgonii martyris (fol. 30r-31r).

Fragmenta aliqua narrationis ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. IV, part. I, p. 593-96.

10° Passio sancti Gorgonii martyris, quae est V idus septembris (fol. 31r-33r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 9 Sept., tom. III, p. 340-42.

11° Passio sancti Hyacinthi martyris, quae est VIII idus septembris (fol. 33r).

Ed. ibid., ad d. 26 Jul., tom. VI, p. 304.

12° Exaltatio sanctae crucis, quae est XVIII kalendas octobris (fol. 33r-34v).*

13° Passio sancti Cornelii papae, quae eodem die colitur (fol. 34v-35r).*

14° Ipso die, passio sancti Cypriani martyris, Carthaginensis episcopi (fol. 35r-35v).*

Acta proconsularia.

15° Passio sanctae Euphemiae virginis et martyris (fol. 35v-39r).*

16° Passio sancti Matthaei apostoli et evangelistae, quae recolitur undecimo kalendas octobris (fol. 39r-42v).*

17° Passio sanctorum Mauritii sociorumque ejus (fol. 42v-44r).*

18° Passio beatissimorum martyrum Cosmae et Damiani, in mense septembri die XXVII (fol. 44r-46r).

Acta fabulosa, ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Sept., tom. VII, p. 444-47. Om. prima phrasis.

19° Memoria sancti Michaelis archangeli (fol. 46r-47r).*

20° Vita sancti Hieronymi presbyteri et confessoris, quae recolitur II kalendas octobris (fol. 47r-51r).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 201-14.

21° Vita sancti ac beatissimi Remigii episcopi et confessoris (fol. 51r-58v).*

Excerpta quaedam ex Vita auctore Hincmaro.

22° Passio sancti ac beatissimi Leodegarii episcopi et martyris (fol. 58v-63v).*

23° Vita beatae ac sanctissimae Aureae virginis, quae celebratur IIII^to nonas octobris (fol. 63v-68v).

Ut in cod. 11749 (supra, p. 11, 22°).

24° Vita sancti Maglorii confessoris (fol. 68v-74r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Oct., tom. X, p. 782-91.

25° Passio sanctorum apostolorum Symonis et Judae, quae est V kalendas septembris (fol. 74r-77v).*

26° Passio sancti Quintini martyris, quae est pridie kalendas augusti (fol. 77v-80r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Oct., tom. XIII, p. 794-99.

27° Vita sancti Marcelli episcopi [Parisiensis] et confessoris (fol. 80r-82r).

Ed. ope hujus cod. ibid., ad d. 1 Nov., tom. I, p. 263-66.

28° Vita sancti Theodori presbyteri et martyris, quae est quinto idus novembris (fol. 82r-83v).*

Multis lectionibus variantibus.

29° Vita sancti Briccii episcopi et confessoris (fol. 83v-84r).*

30° Vita sanctae Caeciliae virginis et martyris, quae est kalendis decembris (fol. 84r-89v).

31° Passio sancti Clementis martyris (fol. 89v-91r).*

Om. in fine duplex miraculum.

32° Passio sancti Chrysogoni (fol. 91r-92r).*

33° Passio sancti Andreae apostoli (fol. 92r-94r).*

34° In natale sancti Nicholai episcopi atque confessoris (fol. 94r-100r).*

Om. prologus. Post num. 13 continuo sequuntur capp. 14, 15, ut ap. Carminium, p. 126, in not.

35° Passio beati Thomae apostoli (fol. 100r-106v).

Miracula ed. ap. Max Bonnet, *Acta Thomae*, p. 97-132.

36° Vita et miracula beati Guillermi archiepiscopi Bituricensis (fol. 107r-110v).

Ed. ap. Labbe, *Bibl. Nov. Mss.*, tom. I, p. 379-86.

37° Vita sancti Hilarii episcopi Pictavensis, ex dictis Fortunati episcopi (fol. 111r-120r).*

Inter lib. I et II inserta sunt miracula ed. *Anal. Boll.*, tom. VIII, p. 187, num. 9 et *Cat. Brux.*, tom. I, p. 157-58; et post num. 10 lib. II, miracula ed. *Cat. Brux.*, tom. II, p. 418-21 et *Anal. Boll.*, tom. VIII, p. 186-87, num. 5-8, quibus add. *de cereo illuminato qui super sepulcrum ardens corruit ita ut super maforam quo cecidit sine laesione arderet*, ac denique, post duplicem homiliam de laudibus S. Hilarii, miracula ed. supra, tom. I, p. 6-8 et Gregorii Turonensis lib. *In glor. conf.* cap. 2.

38° De translatione beati Hilarii episcopi, VI kalendas julii (fol. 120r-121r).

Excerptum ex Vita S. Fridolini (auctore Balthero), ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Mart., tom. I, p. 433 sqq., scilicet num. 15-23 init.

39° Vita sancti Sulpicii (fol. 122r-128v).*

40° Virtutes miraculorum quae post transitum ejus factae sunt (fol. 128v-133v).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 181-87.

41° Vita sancti Ambrosii episcopi (fol. 134r-137v).*

Mutila desinit in verbis *Vidimus enim in sepulcro ubi jacebat* (num. 32 med.).

42° De sancto Exuperio [episcopi Baiocensi] (fol. 138r-140v).

Scilicet *a*) (fol. 138r-139v) compendium Vitae S. Exuperii editae a J. Lair, *Bibl. de l'École des Chartes*, tom. XXIV (1863), p. 303-8 ; *b*) (fol. 139v-140v) compendium Vitae S. Regnoberti ed. ibid., tom. XXIII, p. 113-17 ; *c*) (fol. 140v) brevis relatio translationis corporum SS. Exuperii et Lupi in castrum Paludellum et inde Corbolium, quam hic transcriptam exhibemus. Vid. Append.

43° [Vita] sancti Audoeni episcopi [fol. 140v-142r).

Fragmenta nonnulla desumpta ex Vita auctore Fridegodo.

44° Vita sancti Evurtii episcopi et confessoris (fol. 142r-145r).*

Om. prologus et clausula *Ego Luciferus....*

45° Miraculum sanctae Genovefae super morbo ardentium (fol. 145r-147r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Jan., tom. I, p. 151-52, num. 38-46 et p. 147-48, num. 1-3.

46° De sancto Ursino (fol. 147r-150r).

Ed. ap. Labbe, *Bibl. Nov. mss.*, tom. II, p. 455-59.

47° Passio sanctae Catharinae (fol. 150r-156r).*

Om. numm. 1, 42.

48° Vita sancti Eligii Noviomensis episcopi (fol. 156r-162v).

Fragmenta desumpta ex Vita auctore S. Audoeno.

49° [Passio sanctorum] Fusciani, Gentiani et Victorici (fol. 162v-164r).

Ed. ap. Ghesquière, *Act. SS. Belgii*, tom. I, p. 166-69.

50° Passio sanctae Luciae virginis (fol. 164r-165v).*

51° Passio sancti Thomae martyris atque Cantuariensis archiepiscopi (fol. 165v-171r).

Auctore Joanne Sarisberiensi, ed. P. L., tom. CXC, p. 195-208.

52° Passio sanctorum XI milium virginum (fol. 171r-175v)

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Oct., tom. IX, p. 157-65.

53° Vita sancti Francisci (fol. 176r-188r).

De qua *Act. SS.*, ad d. 4 Oct., tom. II, p. 474, num. 15.

Inc. *Fuit igitur in vallis Spoletanae finibus civitate Assisio vir quidam, nomine Franciscus, negotiator officio, praedives transitoriis opibus, justitiae pauper operibus...*

54° Prologus magistri Johannis cardinalis in vita sancti Laurentii, quam ipse ex parte descripsit (fol. 188r-188v); Vita (fol. 188v-194r).

Notum est S. Laurentium archiepiscopum Dublinensem diem supremam obiisse in monasterio Augensi (Eu) in Normannia anno 1181 et albo sanctorum adscriptum ab Honorio III S. P. anno 1225. Itaque illius Vitam seu potius panegyricam de illo orationem quam exhibet codex noster, circa medium saeculum XIII exaratus (quod ex characteribus ejus palaeographicis facile colligitur), paulo post ipsius canonizationem conscriptam fuisse necesse est. Porro, eodem codice teste, saltem *ex parte* auctorem habuit *magistrum Johannem cardinalem*. Joannem hunc fuisse Joannem Halgrinum de Abbatisvilla, qui obiit anno 1237 (cfr. *Hist. litt. de la Fr.*, tom. XVIII, p. 165), testatur Nicolaus de la Place, abbas Augiensis ab anno 1601 ad 1647 (*Gall. Christ.*, tom. XI, p. 297), in prooemio ad Officium in festo S. Laurentii et per ejus octavam atque in die anniversaria translationis recitandum, ipsius studio typis impressum, quod repperimus inter Collectanea Bollandiana ad diem 14 Novembris, nunc servata inter codices manu scriptos Bibliothecae regiae Bruxellensis sub numero 8943, idque admodum probabile facit ipsa codicis Parisini aetas. Joannis istius exstant conciones multae, saepius descriptae (*Hist. litt.*, tom. cit., pp. 165, 176), quas habuit Parisiis, in diversis ecclesiis, singillatim in ecclesia canonicorum regularium Sancti Victoris, ad quorum congregationem tunc temporis pertinebat coenobium Augense (Vit. S. Laurentii, inferius edendae, num. 17). Versabatur autem Parisiis circa annum 1120 (*Hist. litt.*, tom. cit., p. 165), sed inde aberat ante annum 1125, quo anno creatus est archiepiscopus Bisuntinensis, postquam aliquandiu Ambiani versatus erat (ibid.). Unde colligitur sermonem illum de S. Laurentio pronuntiatum esse ante annum 1125, ac proinde ante sancti canonizationem, et explicatur cur in inscriptione prologi dicatur Joannes *ex parte* tantum descripsisse S. Laurentii Vitam, quod scilicet postea addita fuerint quae de sancti sepultura, elevatione corporis et canonizatione referuntur in fine Vitae (num. 19-21), cujus ultimae partis genus dicendi satis diversum videtur ab illo quo concepta est pars prior.

Vita illa fere tota inserta est, alio tamen subinde ordine capitulorum et nonnullis additamentis, Officio supra memorato, quod concinnavit Nicolaus de la Place pro canonicis Augensibus. Multis autem aucta et expolita legitur apud Surium, ad diem 14 Novembris (p. 331-39). Eam integram videsis infra in Appendice.

55° Miracula [S. Laurentii Dublinensis] (fol. 194r-198v).

Horum pleraque anglice enarravit, accepta ex codice quodam Dublinensi latino, v. g. Joannes O'Hanlon in egregio suo libello de Vita S. Laurentii edito Dublini anno 1857, p. 117-26; quaedam etiam summatim commemorata sunt in libello gallico *Abrégé de la vie et des miracles de St Laurent, archevêque de*

Dublin et patron d'Eu, primum edito Rotomagi anno 1758. Textus vero latinus hactenus, ni fallimur, ineditus est. Hunc cum aliis documentis de S. Laurentio mox edere in animo est inter *Analecta Bollandiana*.

56° Vita beati Eustachii sociorumque ejus (fol. 199r-202r).*

Omm. prologus et ut plurimum quae in ed. uncinis sunt inclusa.

57° Passio sanctorum martyrum Chrysanthi et Dariae, kalendis decembris (fol. 202r-206r).*

Om. prologus.

58° [Passio sanctae] Eugeniae virginis et de duobus fratribus Proti et Hyacinthi (fol. 206r-211r).*

In fine add. quaedam de morte matris ac conversione fratrum sanctae Eugeniae.

59° Passio sanctae Eulaliae virginis (fol. 211r-212r).

Desumpta ex Passione ed. ap. Florez, *España Sagrada*, tom. XIII, p. 398-406.

60° [Passio] sanctae Columbae virginis (fol. 212r-212v).*

61° [Vita] sanctae Euphrosynae virginis (fol. 212v-215v).*

62° Passio sanctae Martinae virginis et martyris (fol. 215v-220v).*

63° Vita sancti Simeonis (fol. 220v-222v)*.

Scilicet initium et finis, praetermissa media parte.

Inc. *Sanctae recordationis beatus Simeon, cujus depositionis diem hodie celebramus, filius fuit cujusdam Hisicii.*

64° [Passio] sanctae Macrae virginis (fol. 222v-223v).

Passio una cum translatione, ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Jan., tom. I, p. 325-26, multis lectionibus variantibus.

65° [Passio] sancti Juliani martyris, VIII° idus januarii, in die epiphaniae (fol. 223v-233v).*

66° [De] sancto Alexi (fol. 233v-235r).*

67° De sancta Pelagia, VIII idus octobris (fol. 235r-237v).

Auctore Jacobo diacono, ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Oct., tom. IV, p. 261-66, stilo paululum immutato.

68° De sancto Felice et germanae ejus Regulae * (fol. 237ᵛ-238ʳ). * *sic.*

Ed. ibid., ad d. 11 Sept., tom. III, p. 772-73.

69° Passio sancti Pantaleonis martyris (fol. 238ʳ-242ʳ).*

Om. prologus fere totus et Vita stilo aliquantulum a lectione Mombritiana discrepat.

70° Passio sanctae Euphemiae virginis (fol. 242ʳ-245ʳ).*

71° De sancta Sabina [martyre Trecis] (fol. 245ʳ-246ᵛ).*

72° Vita sanctae Mariae Aegyptiacae (fol. 246ᵛ-252ᵛ).*

Appendix ad cod. 14364

Translatio SS. Exuperii et Lupi (Cfr. supra, p. 232, 42°).

Operae pretium duximus praesenti opusculo et illud inserere, quomodo pretiosorum corpora confessorum, beati scilicet Exuperii sanctique Luponis, de loco in quo sepulta fuerunt ad locum ubi postea reposita sunt, sed et ubi nunc in pace quiescunt, deportata fuerint atque translata. Fideles quidam, in ecclesia beati Exuperii divino cultui ejusque servitio mancipati, feros indomitae gentis, Marcomannorum (1) scilicet, mores ferre non valentes, praedictorum corpora confessorum de territorio Baiocensi devotionis intuitu abstulerunt et in partes Galliae, in castrum quod vulgo Paludellum vocatur, eo quod paludosis Ixonae fluminibus obsitum sit, deferentes, ad quietem reposuerunt. Deinde post longum temporis intervallum, idem castrum irruente exercitu cum adjacentibus circumquaque finibus vastatum atque destructum est. Erat in eodem exercitu vir quidam nobilis, tam Deo doctus militare quam saeculo, qui, hostili acie ad propria regressa, non prius a castro ipse discessit quam desiderata sanctorum pignora, quae in eodem loco cognoverat esse recondita, piam exercens praedam, cum quanta potuit reverentia asportavit et in suburbio castelli sui Corboili, gaudente tam clero quam populo, cum hymnis et laudibus collocavit. Cujus postmodum erga confessorem Christi atque pontificem beatissimum Exuperium devotione

(1) Id est Normannorum, ut legebatur in veteri Legendario Sancti Exuperii (cit. ex Bocquet, *Les Vies de saint Exupère*, etc., p. 31, ap. J. Lair, *Bibl. de l'École des Chartes*, tom. XXIV, p. 297) et per se patet.

crescente, in eodem suburbio in honore ipsius ecclesiam construxit, cui et dimidium castelli sui ceteraque nonnulla possessionum reddituumque suorum, quae XII canonicis eidem ecclesiae deservientibus ad victum possent sufficere, in perpetuum possidenda contulit, ad laudem et gloriam nominis Christi, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

VITA S. LAURENTII EPISCOPI DUBLINENSIS (Cfr. supra, p. 233, 54°).

Incipit prologus magistri Johannis cardinalis in vita sancti Laurentii, quam ipse ex parte descripsit.

Benedictio et claritas et sapientia et gratiarum actio, honor et virtus et fortitudo Deo nostro, qui sponsam suam ecclesiam mirabili prole fecundat, ut numquam sit sterilis, sed semper gratiosa fecunditate mirabilis, ut in tempore persecutionis rosas martyrum, in tranquillitate pacis pariat lilia confessorum, quatenus dilecto suo, qui candidus est et rubicundus, sponsa respondeat in rubore rosarum et candore liliorum. Non enim in emissionibus paradisi sola sunt mala punica, sed conjuncta sunt cum pomorum fructibus, nec nardus sola, sed cypri cum nardo, et venter sive fecunditas sponsae non tantum acervo tritici comparatur, sed etiam dicitur vallatus liliis. Virum quoque qui stabat inter myrteta, ascendentem super equum rufum, non tantum equi rufi secuti sunt sed et albi, et de medio duorum montium aereorum non tantum quadriga equorum ruforum sed etiam alborum equorum quadriga egredi videbatur. Dominus quoque, qui fecit Arcturum, cum Arcturo non solum fecit Orionas, sed et Hyadas. Per Arcturum septem stellarum designatur Ecclesia, septiformis Spiritus luce radiosa ; Oriones, qui orientes in hieme tempestates excitant, demonstrant martyres, qui in hieme infidelitatis exorti, excitaverunt contra se persecutionum tempestates ; Hyades stellae pluviales, orientes in vere, confessores significant, qui tempore tranquillitatis apparentes, mentes hominum irrigarunt pluviis doctrinarum. Sicut igitur cum Arcturo fecit Dominus Orionas et Hyadas, sic Dominus de Ecclesia sponsa sua, ut numquam sit sterilis, sed semper fecunda, aliquando martyres, interdum quoque generat confessores.

Inter quos effulsit sanctae matris Ecclesiae proles egregia gloriosus Christi sacerdos et antistes Dubulnensis ecclesiae vir beatus Laurentius, genere nobilis et insignis virtutibus, clarus opibus et in signis magnificus, cujus vitam ego licet indignus, [et]si tamen non indevotus servulus, sancto Augensi collegio fraterna societate conjunctus, ad laudem Dei et sancti confessoris gloriam ad excitandam devotionem legentium, stilo compendioso, invocata Spiritus sancti gratia, tractare curavi. Et haec quidem de praefatione dixisse sufficiat. Stultum est enim, ante historiam effluere, et in fine ipsa historiae narratione succingi.

Vita.

1. Beatus igitur Laurentius, electus Dei pontifex et confessor egregius, ex partibus occidentis, insula Hibernia, claris natalibus extitit oriundus. Fuit enim de semine regio, regis et reginae filius, et quasi in typum praedestinatae sibi laureae vocatus est Laurentius, praetermisso nomine quod pater suus eidem praeceperat imponendum.

2. Decreverat pater ejus ut per sortem inquireret, quem de filiis suis clericali militiae ascriberet et divinis dedicaret obsequiis. Sed divinae praedestinationis electione jam vero sortitus puer Laurentius, afflatus sancto Spiritu, se ipsum obtulit ad Christi militiam sacris litteris imbuendum, et contempta hereditate temporali quae ipsum contingere potuisset, Christum sibi in hereditatem alacriter praeelegit, ac si diceret : *Funes ceciderunt mihi in praeclaris, etenim hereditas mea praeclara est mihi, quia Dominus est pars hereditatis meae.* Exultans pater in filio, quod se spontaneus Domino devovisset, ipsum obtulit Deo et sancto Coangino patrono cathedralis ecclesiae regionis illius, et cuidam fideli ejusdem ecclesiae commendavit eum, ut eum et litteris erudiret et moribus informaret. Sed qui eum elegit Deus ipsum in schola sancti Spiritus plenius edocuit et multiplici varietate virtutum ornavit. Profecit puer aetate et sapientia, profecit et gratia, et naturalia corporis incrementa spiritualium prosequebantur augmenta gratiarum. Concurrebant in ipso morum honestas et scientia litterarum, et ex adjuncta scientia vitae sanctitas splendidius rutilabat, et ipsam scientiam honestas ei sociata Domino consecrabat.

3. Proinde, succrescentibus meritis, ad abbatiae Glandalacensis regimen est assumptus. Qui susceptum dignitatis gradum humiliter administrans, sic fuit cum grege quasi unus de grege. De regimine non elatus, sed su[b]stratus de sollicitudine, paterno rigore corripiens filios et amore fraterno supportans, in comprimendis vitiis et reformandis virtutibus se praelatum exhibuit, sed in onere Domini portando quod aliis alligabat compar fuit et socius subditorum. Exercebat se ad pietatem, in divinis obsequiis assiduus et devotus. De spiritualibus incrementis religiose sollicitus, temporalia prudenter et strenue dispensabat. Si qui sacrilegi profana temeritate secundum consuetam illius regionis malitiam bona ecclesiae suae invadendo diriperent, exemplo Moysi pugnantis contra Amalech contra ipsos fusis ad Deum precibus dimicabat, Domino supplicans ut bona, quae bonae suae contulerat ecclesiae, suis servitiis profutura servaret et secundum dispositionem aeternae suae providentiae sacrilegos comprimeret invasores. Unde et factum est disponente Domino, qui quibus vult miseretur et quos vult indurat, ut quidam de praedictis malefactoribus, Domino miserante, resipiscerent et paenitentes veniam postularent, alii tamquam filii Belial in libro mortis adscripti, dignam pro scelere suo reportantes mercedem, extortam sibi vitam ignominioso suspendio in mortem perpetuam commutarent. A falsis quoque fratribus graves persecutiones sustinuit, qui invidiae facibus accensi, destructionis dente sinceram ipsius

vitam rodebant; sed palpantes ceu caeci parietem, non inveniebant ostium per quod ad dignam ipsius reprehensionem ingredi potuissent. Apparebat inter ipsos aurora, sed invidentiae caecati malitia, sicut dicit beatus Job, arbitrabantur umbram mortis. Horum vir sanctus invidiam, nequitiam et dissimulationem cautela et caritativa beneficiorum impensione viriliter superabat, contra ipsos fusis ad Deum precibus dimicabat.

4. Aliquot igitur annis prudenter administratis, contigit ut ecclesia Dubulnensis, quae sedes est metropolitana et ecclesiarum cathedralium mater, suo orbaretur antistite. Convenientibus autem ad electionem pontificis et de eligendo pastore tractantibus iis ad quos electio pertinebat, in ipso tractatu affuit et fama beati Laurentii cunctis notissima, quae ipsum veridico testimonio tanto dignum apice comprobabat, utpote qui curae pastorali hujusmodi sufficeret et tantae congrueret dignitatis honori, in tantum ut ipsius personae ex dignitate minus honoris accresceret et dignitati plus honoris accresceret ex persona. Erat enim in ipso non depicta sed impressa episcopi sanctitas et honestas, qualem describit Apostolus de institutione episcopi instruens Timotheum et Titum. Erat namque irreprehensibilis et sine crimine, sicut Dei dispensator, non superbus, non vinolentus, non percussor, non turpis lucri cupidus, sed hospitalis, benignus, prudens, sobrius, justus, sanctus, continens, amplectens eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, potens exhortari in doctrina sacra et contradicentes arguere. Nam arma militiae ejus non erant carnalia, sed potentia Dei ad destruendum omnes munitiones et omnia consilia et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei. Sollicite curabat se ipsum recte tractantem verbum veritatis tamquam sibi divinitus inspiratum ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectum faceret hominem Deo, ad omne bonum opus instructum, se ipsum praebens exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate et in gravitate, ut is qui ex adverso erat verteretur et opilaretur omne os iniqua loquentium, cum nihil haberent mali de ipso dicere contra ipsum. Affuit autem et virtus Spiritus sancti, quae diversas eligentium voluntates mirabiliter conflavit in unam et in unam linguam invenit diversarum linguas mentium, et sic rexit et direxit eligentium animos ut illum, quem eis aeterna providentia praeelegerat antistitem, ipsi quoque, inspirata sibi a Domino ex tempore prudentia, beatum Laurentium eligerent in pastorem.

5. Electus igitur beatus Laurentius ad summi sacerdotii gradus, tamquam vir humilis, ad honoris fastigium expavit humiliter, et tamquam vir providus, prudenter exhorruit onus sollicitudinis tantae dignitatis apici sociatum. Oblato pertimuit honori consentire vir humilis; nam honorum phantasia saecularium frequenter mentes elevat et evanescere facit animos, ut vanitatem sequantur et mendacium qui prius in humilitate fundati, sectatores exstiterant veritatis. Multi quoque honorum vento sublati corruerunt in apostasiam, sic testatus sanctus Job dicens: *Qui dicit regi apostata*. Nam superbus rector totiens in apostasiam dilabitur quotiens praeesse hominibus delectatur, et superbum rectorem totiens

Dominus dicit apostatam quotiens explanatione delectatus exultat elatus. Onus quoque pontificalis apicis tamquam vir providus assumere pertimuit. Nam qui curam in se recipit animarum, se ipsum apud Deum obligat et pro salute subditorum fidejussorem constituit et sponsorem, in tantum ut damna restituere teneatur, si debitam sollicitudinem non dedit ut subditus suus, pro quo fidejussor extitit, suam deberet operari salutem. Unde dicit Salomon : *Noli esse cum iis qui defigunt manus suas et se vades offerunt pro debitis* ; et alibi : *Homo stultus plaudet manibus cum spoponderit pro amico suo.* Ad honorem praelationis exultant plurimi ; sed si pensarent oneris periculum, plus dolerent de onere. Nam manus suas defixerunt pro subditis quasi data fide jubentes pro eis, et pro debitis ipsorum se ipsos vades dederunt, tamquam proprias impignorantes animas pro aliorum salute. Unde necesse est aut omnino non spondere pro alio aut de restitutione sollicite cogitare, sicut legitur in Ecclesiastico : *Non spondeas super virtutem tuam ; quod si spoponderis, quasi restituens cogita.* Si enim debitor non solverit, tolletur fidejussoris vadium, dicente Salomone : *Tolle vestimentum ejus qui fidejussor extitit alicui et pro extraneo aufer pignus ejus ab eo.* Fidejussor, o praelate, quidem es pro subdito, qui debet animam suam Deo. Quapropter sollicite timeas et prudenter provideas, ne debitore non solvente damnum a te requirat Dominus in districto judicio, apud quem fidejussor existere voluisti. Sic itaque vir sanctus et honorem formidavit et onus, ne opprimeretur sub onere aut evanesceret ex honore. Non levigabat onus honoris ambitio, sed potius oneris gravitas declinandum probabat honorem. Librabat enim montes in pondere, quod pauci faciunt ; unde de ipsorum paucitate miratur et exclamat dicens Isaias : *Quis libravit in pondere montes et colles in statera ?* Si montes libremus in pondere suo, major est ponderositas montium quam eorum altitudo. Nam altitudo superari potest et pedibus conculcari, ponderositatem vero montium quis poterit sustinere ? Per montes autem intellegimus dignitates, quae plus habent in onere quam habeant in honore : quae despici possunt, sed a quibus portari queunt ? Si calles librare volumus in statere, quantus ascensus collium, tantus est et descensus eorum. Sic et in dignitatibus, quae per colles designantur : si ascenditur ad praelationem, descenditur ad servitutem. Librans igitur animus viri sancti montes in pondere et colles in statere, onus in honore et servitutem in praelatione pensabat, et avertebat ab ejus animo considerando servitutis omnem affectationem praelationis et honoris. Suadebant menti ejus pastoralis curae pensata pericula, ut non consentiret votis eligentium, sed occurrebat ex adverso evangelicae parabolae recordatio, quod servus qui talentum accepit a Domino suo [ac] reposuit et abscondit, quia pecuniam Domini sui ad mensam non dedit nec multiplicare curavit, tamquam servus malus et piger reprehensus est a Domino, et talentum amittere meruit quod sine faenore reportavit. Et cum, sicut dicit Salomon, *qui abscondit frumentum maledicetur in populis, benedictio autem super caput vendentium*, et iterum : *Anima quae benedicit impinguabitur, et*

qui inebriat, ipse quoque inebriabitur, si sacrae frumentum doctrinae absconderat, maledici timuit, et quia dispensatio inebriantis praedicationis poculo ab ubertate domus Domini inebriari desiderans ac torrente voluptatis aeternae potari, potius decrevit humeros oneri subicere et gratiam quam accepit aliis ministrare, sicut decet bonos dispensatores multiformis gratiae Dei. Suscepit igitur pondus pastoralis regiminis cum timore Domini, in ordine summi sacerdotii consecratus.

6. Beatus igitur Laurentius, cathedram pontificalem sortitus, diligenti studio satagebat ut esset subditis suis forma sanctitatis et carius honestatis exemplum, quatenus praedicantem contraria non remorderet conscientia, sed potius praedicationem vitae sanctimonia contenderet. Decet enim majorem natu, decet et illum qui primus est in Ecclesia, sic pronuntiare verbum scientiae, secundum doctrinam Sapientis, *ut non impediat musicam*. Impeditur siquidem melodia musicae, si laudetur Dominus in sono tubae et non laudetur in psalterio et cithara. Laudetur igitur Dominus in tubali praedicationis sono et consonet psalterium, concordet et cithara, quatenus in unam concordent consonantiam praedicatio, quae per tubam exprimitur, et decem mandatorum perfectio, quae in decachordo signatur psalterio, et carnis mortificatio, quae per citharam demonstratur. Nam, sicut dicit Sapiens, *gemmula carbunculi in ornamento auri et comparatio musicorum in convivio vini, et sicut in fabricatione auri signum est smaragdi, sic numerus musicorum in jucundo et moderato vino*. Vinum siquidem jucundum et moderatum est sacrae doctrinae verbum inebrians, quod sua delectatione menti jucundum est, non sine discretione personarum, locorum quoque et temporum, sed multo moderamine dispensandum. Hinc vino si comparata et sociata fuerint instrumenta, musica praedicta, videlicet psalterium et cithara, decens erit et fabrefacta junctura, sicut in ornamento aureo decens est positio carbunculi et in auro fabrefacto decus est et ornatus signo smaragdi. Attendebat itaque vir sanctus illud verbum Sapientis : *Mulier si primatum habeat, contraria erit viro suo*, et quia *qui tenet mulierem nequam, quasi qui apprehendit scorpionem*. Et iterum : *Mulier ebriosa ira magna et contumelia et turpitudo illius non contegitur*. Attendebat igitur etiam ex adverso quoniam *Mulieris bonae beatus vir, numerus enim annorum illius duplex* ; et iterum : *Mulier fortis oblectat virum suum et annos illius in pace implebit ; pars bona mulier bona, in parte bona timentium Deum dabitur viro pro factis bonis*. Haec igitur vir sanctus mente considerans, carnem studiose redigebat in servitutem, cogens eam tamquam Domino spiritu deservire, jejuniis, vigiliis, disciplinis et aliis castigationibus plurimis carnem domans, ne aliquando primatum usurparet contra spiritum, nec eam permittebat aliquibus inebriari deliciis, ne sequerentur contumelia et turpitudo, et quaecumque dulci vel delectabili blandimento caro persuadebat, animo prudenter declinabat, ne in fine sentiret aculeum scorpionis. Vigilia honestatis tabefaciebat carnes ejus ; vigilabat enim in orationibus et fervens ipsius in oratione devotio.

Non sola vigiliarum prolixitate carnem attenuabat, sed insuper ex interiori ardore spiritus flamma exterius resultante, carnem ipsam velut in quadam frixoria decoquebat.

7. Vestitus erat ad carnem cilicio, non solum camisiam et femoralia sed et cali-
5 gas habebat cilicina, ut clavum clavo retunderet et petitionibus reprimeret petitiones. Decrevit enim carnem exterioribus pungendam aculeis, ut eam tali coercitione restringeret ne in laesionem spiritus vitiorum aculeos tamquam spinas et tribulos multipliciter germinaret. Abstinebat ab esu carnium, utens vino non tamquam potu sed tamquam medicina, et sic se temperavit ab alimentis omnibus
10 ut carnem ciborum nutrimentis non aleret, sed potius consolaretur ne deficeret, nec sine fructu carni ministrabat cibaria, sciens quoniam servum non decet otiositas. Addebat autem opus et disciplinam, quod scriptum est : *Cibaria, onus et virga debentur asino, panis et disciplina et opus servo. Jugum et lorum curvant collum durum et servum indurant operationes assi-*
15 *duae. Servum malivolum tortura et compedes tenent illum in operationem ne vacet. Multam enim malitiam docuit otiositas. In opere constitue eum, sic enim condecet illum. Laxa manus illi, et quaerit libertatem.* Eruditus hac doctrina vir sanctus disciplinis et operationibus carnis curvabat inoboedientiam, et ne caro tamquam servus malivolus cogitaret malitiam ex otio,
20 ipsam constituebat in opere et assiduabat ei flagella disciplinae, ne si manus ei laxaret, ipsa libertatem quaereret et tamquam inoboediens erigeret collum durum. Verumtamen in iis omnibus discretionis moderamen servabat, commemorans illud verbum Sapientis : *Si non oboedierit servus tuus, curva illum compedibus, verum sine judicio nihil facias illi grave.* Et Apostolus ad
25 perfectam carnis mortificationem nos invitans, cum praemisisset : *Obsecro vos per misericordiam Dei ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem,* subicit : *rationabile sit obsequium vestrum.* Immolare enim debemus Domino corpora nostra, sed tam discretis et moderatis castigationum sacrificiis, ut tamen rationabile sit obsequium, ne quid nimis. Unde
30 sponsa in canticis : *Manus meae distillaverunt myrrham, digiti mei pleni sunt myrrha probatissima.* Distat siquidem plurimum inter myrrham simplicem et myrrham probatissimam, inter stillam myrrhae et plenam myrrhae abundantiam. Et quid est quod manibus attribuitur myrrhae stillicidium et digitis myrrhae probatissimae plenitudo, nisi quia in manibus opera, in digitis vero
35 operum discretio designatur, et opera quae ad carnis mortificationem fiunt, discretionis moderamine plena et laudabilia judicantur, quod autem sine discretione fit, reputatur modicum nec habetur probatum. Sexta feria solo pane vescebatur et aqua, et frequenter nec panem sumebat illo die, cibatus solo pane doloris ex compassione crucis Jesu Christi, cum quo se crucifigebat animo, solo spirituali
40 recreatus alimento. Erat ergo tantis et talibus castigationibus sic humiliata, sic domata caro viri sancti, et tamquam viro bene subjecta spiritui, ut oblectaret virum suum tamquam ambulans ad manum ejus, in nullo rebellans spiritui, sed

ei debita servitute subjecta, sic assueta continentiae simul et abstinentiae ut non byssum simplicem, sed duplicatam et retortam offerret in templo Domini beatus Laurentius : candorem videlicet continentiae cum abstinentiae sociabat.

8. Humiliabat valde spiritum suum, sciens quoniam initium omnis peccati est superbia, et qui tenuerit illam adimplebitur maledictis. Nam *sedes ducum superborum destruxit Deus et sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefecit Deus et plantavit humiles pro ipsis. Perdidit Deus memoriam superborum et reliquit memoriam humilium.* Detestabatur sanctus vir superbiam quasi apostasiam, quia scriptum est : *Initium superbiae hominis est apostatare a Deo, quoniam ab eo qui fecit illum recessit cor ejus.* Sectabatur autem humilitatem tamquam fundamentum totius sanctimoniae, sciens quia Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, et quia sapientia humiliati exaltavit caput ejus, et in medio magnatorum consedere illum faciet. Numquam in suis gloriabatur operibus ; volebat tamen ut lucerent opera sua et commissam sibi irradiarent ecclesiam, quia praelato non sufficit ut teste conscientia operetur bona coram Deo, quem oportet teste ecclesia bona facere ad laudem Dei et aedificationem hominum, sicut scriptum est : *Luceant opera vestra coram hominibus, ut glorificent Patrem vestrum qui in caelis est.* Propriam autem non quaerebat gloriam ex suis operibus, quoniam enim nefas est et Dei altissimi negatio, sicut dicit Job : *Si vidi solem cum fulgeret et lunam incedentem clare, si osculatus sum manum meam ore meo ; hoc enim est nefas et iniquitas maxima, et negatio apud Deum altissimum.* Sol siquidem in fulgore est bonum opus in manifestatione, luna a sole illuminatur, ut clare incedat : sic a bono opere fama efficitur luminosa, ut bonae opinionis claritatem procedendo diffundat. In manu designatur operatio : manum igitur osculatur ore suo qui de suo bono opere sibi congratulatur et applaudit. Sed hoc sanctus vir non vidit solem cum fulgeret, nec lunam incedentem clare, nec manum suam osculatus est ore suo, quia bona opera sua sic aliis volebat esse manifesta quod sibi soli essent abscondita, et sic bonae opinionis suae flagrantiam diffundi volebat ad alios ut ipse non minus in recordatione praeteritarum culparum velut in sterquilinio humilis resideret, nec sibi de aliquo applaudebat opere, quia *neque volentis est velle neque currentis est cursus, sed Dei miserentis. Quid enim habes quod non accepisti ? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis ? Qui ergo gloriatur, in Domino glorietur ; non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.* Et sicut dicit Jeremias : *Haec dicit Dominus : Non glorietur sapiens in sapientia sua, non glorietur fortis in fortitudine sua, non glorietur dives in divitiis suis ; sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire et nosse me, quia ego sum Deus.*

9. Exercebat se in cultu Domini sanctus Dei cultor Laurentius, in divinis officiis assiduus et devotus. Diligebat decorem domus Domini, et sacris altaribus debitam reverentiam exhibebat. Ad cultum Domini et sacrum altaris ministerium

viros ordinare desiderabat idoneos, ne propter servitores Domino displicerent servitia, sicut scriptum est : *Ne offeratis ultra sacrificium frustra, incensum vestrum abominatio est mihi. Neomeniam et sabbatum et festivitates alias vestras non feram.* Et subditur causa : *Quia iniqui sunt coetus vestri.* Et in Amos propheta dicit Dominus : *Si obtuleritis mihi holocausta vestra et munera vestra, non suscipiam, et vota pinguium vestrorum non respiciam. Aufer a me tumultum cornuum tuorum, et canticum lyrae tuae non audiam.* Cujus rei causa praemittitur, cum dicitur : *Non capiam odorem coetuum vestrorum. Non enim acceptabiliter servit coram Domino, cujus conversatio fetet coram ipso.* Et quoniam, sicut habemus in Ezechiele, *offenditur Dominus contra illos qui inducunt viros incircumcisos corde ut sint in sanctuario suo et polluant domum suam et offerant panes suos et adipem et sanguinem*, ideo vir sanctus, tamquam vir timoratus et amator honestatis et religionis zelator, operam dedit et industriam, ut clericos saeculare[illegible] [illegible]ui in cathedrali ecclesia Dubulunensi instituti fuerant servitores, secund[illegible] [illegible]orem et exteriorem hominem commutatos in melius in regulare[illegible] [illegible]ormaret, fecitque viros ordinatos et circumcisos stare canto[illegible] [illegible]sono eorum dulces fecit modulos, et dedit in celebrationi[illegible] [illegible]npora usque ad consummationem vitae.

[illegible] vir sanctus miserendo pauperibus et visceribus [illegible]ue in compassione pauperum pensatis eorum mise[illegible]uod volebant pauperibus et exspectanti non flexit [illegible]ellam panis solus, sed comedit pupillus ex eo. [illegible] non habebat indumentum et sine operimento [illegible]tera ejus, quia de vestimentis suis calefactus [illegible]revit cum ipso miseratio, et sic innata videba[illegible]atris suae egressus fuisset cum ipsa. Mores [illegible]aesentibus, et quia sufficit diei malitia sua, [illegible]ed primo quaerebat regnum Dei et justi[illegible]eum nihil deest, quin immo eis per hoc [illegible]um non minuentur omni bono. Causam [illegible]ebat judicium in amaritudinem, nec [illegible]; et quamvis in judicando pupillis esset [illegible]men accipiebat personam in judicio, [illegible]rtimescebat ejus faciem ut poneret [illegible] potentium a justitia recedendo, sed [illegible]t ut magnum. Non erat hostis justi [illegible] porta judicii, sed excussit manus [illegible] oculis qui ait : *Non accipies* [illegible]*ubvertunt verba justorum.* [illegible]n super innocentem ; non acce[illegible] excussit manus suas ab omni

munere, et sicut alter Samuel, sic pure et sine avaritia populum Domini judicavit, quia pecunias et usque ad calceamenta ab omni carne non accepit, et non accusavit illum homo. Egrediebatur aliquando vir sanctus in campum velut alter Ezechiel, et iterum ingrediebatur, et includebatur in medio domus suae et, sicut Jacob, Liae et Rachel congrua vicissitudine permutabat amplexus. Egrediebatur siquidem in campum exterioribus active intendens operibus, et cum Martha erat sollicitus circa plurima, aliquando verbo praedicationis insistens, sive confessionibus audiendis et injungendis paenitentiis, aliquando jura decernens, faciens judicium atque justitiam, aliquando distribuendis elemosynis et aliis misericordiae operibus intendebat. Ingrediebatur quoque et includebatur in medio domus suae, seipsum mente pertractans et propriam diudicans conscientiam ; insistens quoque orationibus, cum Maria in sacris meditationibus vacans et per contemplationem suspensus ad caelestia, Rachelis deliciis affluebat.

11. Elegerat quoque locum tam sacratum quam secretum divinae contemplationi optimum et congruum, in quo sanctissimus pater beatus Coenginus prius habitaverat ; ubi soli Deo vacans delectabatur in Domino et clausis oculis ad eas quae mundi sunt obdormitiones, apertis ad Deum oculis, toto corde ad Dominum vigilabat. Ibi panem illum degustans qui habet omne delectamentum et omnem saporem suavitatis, carnis non curabat alimenta, sed spiritualis satietate dulcedinis ipsius debriatus animus carni sufficere reputabat si ter in hebdomada corporali refocillaretur cibo, illo tamen tenui et arido, qui nec carnem nutriret nec roboraret naturam, sed ne omnino deficeret aliquatenus sustentaret.

12. Sanctus itaque confessor Domini et pontifex Laurentius praetaxatis virtutibus insignitus a Domino, sic in iisdem per operationes assiduas se ipsum exercere curavit ; qui et subjectis sibi clero et populo se ipsum exhibuit formam justitiae, religionis speculum, signaculum sanctitatis et totius honestatis exemplar, sciens quoniam Dominus Jerusalem promisit dicens : *Ponam portas tuas ut lapides sculptos.* Per Jerusalem siquidem Ecclesia designatur, cujus portae sunt praelati, quorum ministerio debet populus in Ecclesiam introduci ; lapides autem sculpti illi sunt praelati, qui in se ipsis sculpunt opere quod praedicant in sermone. Sanctus iste speculator constitutus a Domino, super specula sua stetit totis noctibus, et quando audivit de ore Domini verbum, annuntiavit populo subdito sibi, ut averteretur impius a via sua ne moriatur, ut non convertatur justus a justitia sua ad iniquitatem, ne ponat Dominus offendiculum coram eo et ipse moriatur, et non recordentur omnes justitiae ejus quas fecit, sed in praevaricatione in qua praevaricatus est moriatur. Exaltavit in fortitudine vocem suam, et quia contra populum inoboedientem et domum exasperantem nec revertentem ab iniquitatibus suis vidit gladium Domini venientem, cecinit buccina et annuntiavit populo tamquam speculator fidelis verbum hoc quod audivit a Domino contra ipsos : *Constitui super vos speculatorem et dixi : Audite vocem tubae. Et dixistis : Non audiemus. Ideo adducam mala super populum istum, fructum cogitationum ejus, quia verba mea non audierunt et legem*

meam projecerunt. Ecce ego dabo populum istum in ruinas, et ruent in eis patres et filii ejus, vicinus et proximus peribunt. Populus siquidem Dubulunensis, tanti patris mandatis inoboediens nec avertens se ab injustitia sua, sonitum buccinae audivit ab eo, et non se observavit : quapropter, veniente gladio Domini, sanguis ejus in ipso fuit. Nam rex Dermitius cum Ricardo comite ingressus Hiberniam, posita obsidione circa civitatem Dubulunum, civitatem cepit et captam igne succendit, bona civitatis diripuit et populum inoboedientem pastori suo implevit cadaveribus mortuorum, ut cognoscerent omnes quia prophetico spiritu locutus fuisset beatus Laurentius, qui populo duro et incredulo iram Domini et futuram contra ipsum denuntiaverat ultionem.

13. Non solum autem praedicto sancto patri Laurentio datus est per Spiritum sermo sapientiae, sive sermo scientiae aut gratia prophetiae, quin immo secundum eundem Spiritum data est ei gratia sanitatum, operatio virtutum, discretio spirituum, ita ut in virtute sancti Spiritus adhuc vivens in carne daemonibus imperaret, morbos curaret, sanitates restitueret, tempestates sedaret, fluctus maris compesceret, tranquillitates precibus impetraret, et ad Dei laudem multis signis et virtutibus miraculorum claresceret. Nam mulierem quandam arreptam a daemonio vexatamque graviter et afflictam, duobus episcopis praesentibus, oratione facta infusaque ori ejus aqua benedicta, a vexatione maligni spiritus liberavit. Marescallum quoque proprium, qui ex interiori humorum putredine utero tumescente desperatus aegrotabat, per impositionem sanctarum manuum et orationis virtutem, rupta cute et effusa sanie quae infirmitatis causa erat, sanitati simul et pristino restituit officio. Calvedio presbytero prece fusa salutem reddidit, qui triduano spatio jacuerat exanimis, dilata ipsius sepultura pro eo quod quidam de astantibus ipsum in exstasi positum, alii vere mortuum affirmarent; verum idem sacerdos cum de stratu surrexisset velut expergefactus a somno, manifeste contestatus est quod anima sua separata fuerat a corpore, et pro ipsa disceptationibus angelicis*, se vidisse perhibuit sanctum virum Laurentium flexis genibus Dominum deprecantem et beatissimae supplicantem Virgini, et orationis ipsius merito animam suam proprio corpori suo restitutam.

* *sic.*

14. Venerat quodam tempore idem beatus pontifex in Angliam et ad ecclesiam Cantuariam pertingens, cum missarum sollemnia celebraturus pontificalibus secundum morem indutus vestibus procederet ad altare, fatuus quidam ex improviso accepto fuste fortiter percussit eum in capite et ad latus altaris vulneratum dejecit; credens, sicut dixit postea, obsequium se praestare Deo, si hunc bonum pontificem beato Thomae in martyrio sociaret. Stupefactis igitur et terrore percussis omnibus qui aderant, ne forte lethali percussus esset vulnere sanctus antistes, ipse beatus Laurentius aquam sibi dari petiit, quam benedictione sanctificans, vulnus capitis ex ea lavari praecepit, et cessavit sanguinis fluxus et confestim sanus, sanato vulnere, cunctis mirantibus qui aderant et laudantibus Dominum ex magnitudine praesentis miraculi, missam sollemniter celebravit.

15. Orationum quoque virtute, cum propter causas necessarias beatus pontifex de Hibernia transiret in Angliam vel de Anglia rediret in Hiberniam, fluctus maris, ventorum rabies tumescentes, tempestate sedata, compescuit, navem suam cum sociis navibus cum pene mergeretur a periculis liberavit, et ventum expellens contrarium, auram sibi dari prosperam impetravit. 5

16. Eodem tempore regnabat in Anglia rex potens Henricus, sub quo passus est beatus Thomas et glorioso coronatus martyrio. Inter quem et regem Cognothum Hiberniae cum exorta fuisset dissensio, beatus pontifex Laurentius ipsum adire decrevit in Angliam, ut inter ipsos, quorum discordia regnis, ecclesiis et populis gravis esse poterat et multo plena discrimine, pacem et concordiam reformaret. 10 Ob hanc causam transfretavit in Angliam, sed non obtinuit quod quaerebat. Nam verbum pacis non acceptavit rex Angliae, sed contra virum Dei exacerbatus ultra quam deberet, regali prohibuit edicto, ne per aliquem portum via pateret viro Dei ad Hiberniam nec quisquam ei navis auxilium ministraret. His ita gestis, praedictus rex transivit in Normanniam. Quem sequi decrevit beatus Laurentius, 15 temptaturus si forsitan deferbuisset ira regis et ipsum magis placabilem inveniret. Ascendit ergo navem apud Dovuram, et cursu transvectus prospero, applicans apud Huisantum, gravi febre correptus est. Affligebatur vir sanctus infirmitatis molestia et cogebatur ut ab incepto desisteret itinere, sed contra febris ardorem ardor caritatis pugnabat et naturam, quam febrilis debilitabat 20 impetus, caritas sibi fortiter militare cogebat. Succensus etenim caritate sanctus Laurentius, infirmitatis timore calcato, laborare praeelegit ut pacem patriae redderet.

17. Coeptum igitur peragens iter, vir beatus ad regem Angliae in Normanniam festinabat; sed invalescente vi febrium, sensit vir sanctus quod vocaretur a 25 Domino, et tamquam certus de loco sed ignarus de situ loci quo Deo redderet animam et terrae quod acceperat de terra corpusculum, cum plurima peragraret loca, locorum nomina requirebat, si forsitan ad locum sibi praeordinatum a Domino pervenisset. Veniens itaque ad supercilium montis qui Augensi castro supereminet, intuens castrum, et in castro sitam ecclesiam, intellexit per eos a 30 quibus hoc sciscitabatur, quod castrum esset Augense et ecclesia beatae et gloriosae semperque virginis Mariae, in qua canonici in ordine Sancti Victoris Parisiensis sub regula beati Augustini Domino serviebant. Quo audito, statim subintulit vir sanctus: *Haec requies mea in saeculum saeculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.* Veniensque ad Augensem ecclesiam, et oratione profusa 35 se ipsum Deo et beatae Virgini recommendans, declinavit ad hospitium, et in lecto decumbens, vocatoque ejusdem loci abbate, confessione praemissa sanctae Eucharistiae communicavit fideliter et devote, et ingravescente febrium ardore, cum sentiret dissolutionem animae suae et corporis imminere, sacri olei unctione extrema perunctus est. Testamentum nullum fecit, quia unde faceret pauper 40 Christi non habuit. O admirabilis compassio caritatis, o vere miranda sancti viri devotio, qui inter acerrimos dolores et tam vicinae mortis augustias abjectum sibi

plangebat populum, quem relinquebat desolatum, et in orationum solita devotione perseverans usque in finem, illo verbo psalmi supplicabat Domino : *Miserere mei, Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima* [*mea*].

18. Complevit autem labores vitae praesentis egregius Christi confessor et pon-
5 tifex gloriosus Dublinensis ecclesiae antistes Laurentius vespere sextae feriae, quae transit in sabbatum, octavo decimo kalendas decembris. Obiit plenus dierum, perfectus et consummatus in operibus sanctis, et appositus est ad patres suos, de labore transiens ad sabbatum, de exilio ad patriam, de cognitione fidei ad contemplationem spei, et pro brevi et momentanea tribulatione hujus tempo-
10 ris aeternae gloriae pondus a Christo recipiens, quoniam bonorum laborum gloriosus est fructus et non sunt condignae passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in electis.

19. Celebratis autem secundum morem exequiis sollemniter et devote, superveniente domno Alexio sanctae Romanae ecclesiae cardinali, legato Scotiae, et
15 assistente cum plurima cleri et populi multitudine, sepultum est corpus viri sancti in Augensi ecclesia honorifice tumulatum, thesaurus siquidem nondum cognitus, sed suo tempore revelandus. Contigit etenim ut propter vetustatem et sui parvitatem eadem postmodum dirueretur ecclesia, ut major et pulchrior Deo et beatissimae Virgini fabricaretur basilica; et tunc consilio caelitus inspirato, ne
20 minus honorifice remaneret sub divo, translatum est corpus sanctum et in crypta ante altare sancti Leodegarii martyris cum multa reverentia repositum est et locatum. Inventum est autem corpus viri sancti, licet jam quinque annos haberet in sepultura, carne integrum et suis nequaquam dissolutum juncturis, tantaque fragrantia ex suo corpore procedebat ut odoris suavitas assistentes mirabiliter
25 delectaret.

20. Praeordinatum siquidem a Domino tempus aderat ut revelaretur qui diu latuerat thesaurus et divino probaretur testimonio sanctitas viri magnifici, quae jam quidem erat multorum et magnorum virorum testimoniis affirmata et plurium signorum ostensionibus demonstrata. Repentino namque nutu sancti Spiri-
30 tus factus est concursus inaestimabilis populorum ad sepulcrum viri sancti et per Jesu Christi gratiam, qui in sanctis suis mirabiliter operatur, facta sunt ibi signa mirifica, et fama crebrescente diffusum est nomen sancti Laurentii et odoris ejus suavitas ad partes remotiores pervenit. Quapropter catervatim currebant populi ad ipsius suffragia et venientes magnificabant Dominum in iis quae ad honorem
35 beati Laurentii gloriose fiebant ab eo. Nam meritis viri sancti caecis reddebatur visus, surdis auditus, claudis gressus, mutis loquela, leprosis munda cutis, paralyticis robur, daemoniacis sana mens et quieta, periclitantibus portus salutis, defunctis vita, et debilibus gratia sospitatis.

21. Cumque Dominus tot et tantis signis, non incertis aut dubiis, sed certis,
40 immo certissimis, sanctum suum declararet prodigiis, primum summo pontifici domno Innocentio et postmodum domno Honorio et sacrosanctae Romanae Ecclesiae per multas testimoniales litteras archiepiscoporum, episcoporum, abbatum

et aliarum personarum ad laudem viri sancti intimata est signorum magnificentia. Demum vero de mandato sedis apostolicae per reverendum virum Theobaldum, qui tunc temporis Rotomagensis ecclesiae archiepiscopus praesidebat, sicut per testes juratos et legitimos inquisita fuit rescripta est signorum veritas inconcussa. Beatus itaque pater Honorius et sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, audita signorum magnitudine et cognita veritate certissima, vocato abbate Augensi Guidone, qui ad consummationem hujus negotii laboraverat studiose, praesentibus et assistentibus et approbantibus episcopis aliisque personis quae tunc erant in curia, signis et praeconiis beati Laurentii in publicum recitatis, cum exultatione mirabili et divinis laudibus in ecclesia cathedrali beatae Mariae, Reatinae civitatis, beatum Laurentium adscribendum sanctorum confessorum catalogo decreverunt, glorificantes et laudantes Dominum, cui est honor et gloria et imperium per saecula saeculorum. Amen.

DCXXXVII. Codex signatus num. 14365.

Olim San-Vict. 207.

Foliorum 392 (praeter insiticia duo in capite et totidem ad calcem), maj. (0m,385×0,27), columnis binis, exaratus saec. XV. Codex iste manifeste descriptus est ex codice 14363. Eadem enim omnino documenta continet et eodem ordine. Itaque haec breviter recensuisse satis erit.

1° [Passio sanctae Anastasiae et sociorum] (fol. 1r-12r).

2° [Passio] sancti Joannis apostoli... (fol. 12v-19r).

3° Vita sancti Silvestri... (fol. 19r-44v).

4° Vita et miracula sancti patris nostri Basilii. . (fol. 44v-61v].

5° [Vita sanctae Genovefae] (fol. 61v-73v).

6° Vita sancti Mauri..... (fol. 73v-90v).

Om. prologus.

7° Passio sanctorum martyrum Fabiani et Sebastiani (fol. 90v-110v).

8° Passio sanctae Agnetis... (fol. 110v-115r).

9° Passio sancti Vincentii... (fol. 115r-121r et 125r-125v).

10° Passio sanctae Agathae... (fol. 125v-129r).

11° [Passio sancti] Valentini martyris (fol. 129r-131v).
12° De sancto Mathia apostolo (fol. 133r-139r).
13° [Vita] sancti Gregorii papae (fol. 139r-149r).
14° Passio sancti Georgii martyris (fol. 149r-155r).
15° Inventio sancti Dionysii.... (fol. 155r-159r).
16° De sancto Marco evangelista (fol. 159r-160v).
17° [Passio sancti] Vitalis martyris (fol. 160v-161v).
18° [Assumptio] sancti Philippi (fol. 161v-162v).
19° [Passio] sancti Jacobi (fol. 162v-164r).
20° De inventione sanctae crucis (fol. 164r-168v).
21° Vita sanctorum martyrum Alexandri... (fol. 168v-174r).
22° [Passio sanctorum] Gordiani et Epimachi (fol. 174r-176v).
23° [Passio] sanctorum Nerei et Achillei (fol. 176v-185r).
24° [Vita sancti] Germani episcopi Parisiensis (fol. 185r-192r).
25° [Passio] sanctorum Marcellini et Petri (fol. 192r-195r).
26° [Passio] sanctorum Primi et Feliciani (fol. 195r-198v).
27° [Passio] sancti Barnabae apostoli (fol. 198v-205r).
28° [Passio sancti] Basilidis sociorumque ejus (fol. 205r-206v).
29° [Passio] sanctorum Viti et Modesti (fol. 206v-212r).
30° [Passio] sanctorum Cyrici et Julittae matris ejus (fol. 212r-217r).
31° [Passio] sanctorum martyrum Gervasii et Protasii (fol. 217r-220r).
32° [Vita] sancti Leufredi abbatis (fol. 220r-223v).
33° In festo sanctorum Johannis et Pauli (fol. 223v-227v).
34° [Passio] sanctorum Petri et Pauli (fol. 227v-237r).
35° [Passio] sancti Pauli apostoli (fol. 237r-243r).

36° [Passio] sanctorum Processi et Martiniani (fol. 243r-244v).
37° In festo septem fratrum (fol. 244v-246r).
38° In festo sancti Arnulphi martyris (fol. 246r-256r).
39° Passio beati Victoris (fol. 256r-260v).
40° [Passio sanctae] Praxedis virginis (fol. 260v-261v).
41° [Vita sanctae] Mariae Magdalenae (fol. 261v-263v).
42° De translatione corporis beatae Mariae Magdalenae (fol. 263v-267r).
43° [Passio] sancti Apollinaris (fol. 267r-273v).
44° [Passio] sancti Jacobi apostoli (fol. 273r-276v).
45° [Passio] sancti Christophori martyris (fol. 276v-280r).
46° [Passio] sancti Cucuphatis martyris (fol. 280r-284v).
47° [Passio sanctorum] Felicis, Simplicii, Faustini et Beatricis (fol. 284v-285r).
48° [Passio] sanctorum Abdon et Sennes (fol. 285r-288r).
49° [Vita] sancti Germani episcopi Autisiodorensis (fol. 288r-304r).
50° [Passio] sancti Stephani papae (fol. 304r-310r).
51° [Passio sancti] Sixti... (fol. 310r-312r).
52° [Passio] sancti Laurentii martyris (fol. 312r-315v).
53° [Passio] sancti Hippolyti... (fol. 315v-318r).
54° Sermo sancti Hieronymi de assumptione beatae Mariae (fol. 318r-333r).
55° [Passio] sancti Agapiti martyris (fol. 333r-335v).
56° [Passio sancti Bartholomaei] (fol. 335v-340r).
57° [Passio] sancti Marci evangelistae (fol. 340r-342v).
58° In octavis sanctae Mariae Magdalenae (fol. 342v-344r).
59° Vita sancti Dominici... (fol. 344r-362r).
60° Vita beati Antonii... (fol. 362r-386r).

DCXXXVIII. Codex signatus num. 14436.

Olim San-Vict. 286.

Foliorum 237 (praeter insiticium unum in capite), med. (0m,28×0,19), lineis plenis (praeter fol. 177-244, columnis binis), exaratus saec. XIII.

Unum in codice continetur documentum hagiographicum, nempe

Translatio corporis sancti Stephani protomartyris de Hierosolymis in Constantinopoli (fol. 225r 233v).*

DCXXXIX. Codex signatus num. 14438.

Olim San-Vict. 860.

Foliorum 148 (praeter insiticia tria in capite et unum ad calcem), med. (0m,282×0,18), columnis binis, exaratus saec. XIII et XII.

Vitae Patrum (fol. 85v-144r).

Scilicet post prologum Rufini (P. L., tom. XXI, p. 388-90), Vitae S. Pauli (fol. 85v-88r), S. Antonii (fol. 88r-106r), S. Hilarionis (fol. 106r-114r), dein Rufini *Historia monachorum* (fol. 114r-139r), ed. P. L., tom. XXI, p.391-462; ac denique Vitae S. Malchi (fol. 139r-142v) et S. Marinae (fol. 142v-144r).

DCXL. Codex signatus num. 14460.

Olim San-Vict. 77.

Foliorum 184, med. (0m,328×0,23), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1° Relatio capitis beati Johannis Baptistae (fol. 175r-178v).

Fabula Angeriacensium, ed. *Act. SS.*, tom. IV Jun., p. 757-59.

2° [Vita S. Hilarii] (fol. 178r-181r).*

Nempe Vitae auctore Fortunato liber primus.

3° De ammirando miraculo per beatum Hilarium in synodo facto, a priore scriptore praetermisso, sed

postea a Fortunato ceteris subscripto (fol. 181r-181v).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 157-8.

4° [Miracula sancti Hilarii] (fol. 182v-183v).

Ed. supra ex cod. 5316 (tom. II, p. 114-15 et p. 116-17, nn. 7, 10).

DCXLI. Codex signatus num. 14461.

Olim San-Vict. 101.

Foliorum 132, med. (0m,30×0,285), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° Passio [sancti] Cypriani (fol. 128v-129r).*

Desumpta ex Actis proconsularibus.

2° Passio sancti Judae episcopi, cognomento Quiriaci, et Annae matris ejus (fol. 129r-132r).*

DCXLII. Codex signatus num. 14463.

Olim San-Vict. 248.

Foliorum 144 (praeter insiticia quatuor signata A, B, C, D), med. (0m,315×0,22), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° Relatio miraculorum Domini nostri Jesu Christi, quae per imaginem ipsius facta sunt in Beryto civitate, quinto idus novembris (fol. Av-1r).

Ed. P. G., tom. XXVIII, p. 811-19.

2° Liber miraculorum Dei genitricis semperque virginis Mariae (fol. 1r-68v).

Scilicet *a*) (fol. 1r-44r) series quadraginta septem miraculorum, quorum primum est *de sancto Ildefonso* et ultimum *de quodam Theutonico languido*; *b*) (fol. 44r-54r) libellus Hugonis Farsitii ed. P. L., tom. CLXXIX, p. 1778-99; *c*) series duodecim miraculorum, quorum primum *de muliere quae nupta cogentibus parentibus suis, corrumpi non poterat*, ultimum nullo inscriptum titulo.

3° Transitus beatissimae Virginis et genitricis Domini

nostri Jesu Christi, qui est XVIII kalendas septembris (fol. 68v-71r).

Auctore Pseudo-Melitone, ed. P. G., tom. V, p. 1231-40.

DCXLIII. Codex signatus num. 14464.

Olim San-Vict. (1) 293.

Foliorum 271 (praeter insiticium unum in capite), med. (0m,32×0,22), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° [De sancto Jacobo apostolo] (fol. 138r-156v).

Omnia ut in cod. 5272 (supra, tom. I, p. 428-29, num. 1°-5°).

2° Vita vel passio sancti Albani gloriosissimi martyris (fol. 156v-161r).

Narratiuncula fabulosa, ed. *Cat. Brux.*, tom. II, p. 444-55.

DCXLIV. Codex signatus num. 14465.

Olim San-Vict. 63.

Foliorum 136 (praeter insiticium unum in capite), med. (0m,35×0,235), columnis binis, exaratus saec. XII.

Agnitio sive ostensio sanctorum septem dormientium, qui pro confessione Domini nostri Jesu Christi in Ephesum in monte Chileo intro speluncam viventes retrusi requiescunt (fol. 123v-129v).

Ut in cod. 5365 (supra tom. II, p. 470, 3°).

DCXLV. Codex signatus num. 14586.

Olim San-Vict. 402.

Chartaceus, intermixtis passim foliis membraneis, foliorum 316, med. (0m,305 ×0,20), lineis plenis, exaratus saec. XV.

(1) Fol. 1r inscripta est haec nota : *Hic liber fuit acquisitus Bibliothecae Sancti Victoris Parisiensi, anno Domini 1638, Reverendo Patre Joanne de Thoulouse priore, vicario F. Philippi Gourreau Biblio.*

1° Vita beati Francisci confessoris gloriosi (fol. 188r-219v).

Auctore Bonaventura, ed. *Act. SS.*, ad. d. 4 Oct., tom. II, p. 742-81.

2° [Vita beati Raimundi Lulli] (fol. 250v-257v).

Ed. ibid., ad d. 30 Jun., tom. V, p. 661-67. Mutila desinit in verbis *quidam ex civibus ipsum honorifice susce[perunt]* (num. 33 p. m.).

3° Passio sanctae Restitutae virginis (fol. 260r-269v).

Ed. ibid., ad d. 27 Maii, tom. VI, p. 664-72. In fine add. hoc miraculum : *De quadam muliere a daemone vexata, quam beata Restituta liberavit. — Accidit etiam in Sorana civitate quod hora cenae cum quidam homo et uxor ejus in mensa voluissent discumbere, uxor insufflavit carbonem ut lucernam accenderet, et insufflando arrepta est a daemonio et ita ab eo turpiter vexata quod omnes de ejus desperarent salute. Nocte vero quadam, cum clerus et populus ad celebrandas matutinas in nativitate beatae Mariae virginis ad ecclesiam beatae Restitutae convenissent, praedicta daemoniaca ante altare beatae virginis Restitutae delata est et per merita sanctae Restitutae pristinae reddita est sanitati.*

4° Vita beati Gulielmi comitis Pictaviae, ducis Aquitaniae (fol. 285r-311v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Febr., tom. II, p. 450-72.

DCXLVI. Codex signatus num. 14647.

Olim San-Vict. 379.

Foliorum 165 (praeter duo insiticia, alterum in capite, alterum ad calcem), med. (0m,345×0,24), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° [Vitae Patrum] (fol. 1r-65v).

Scilicet Vitae S. Pauli eremitae (fol. 1r-3v), S. Antonii (fol. 3v-23v), S. Hilarionis (fol. 23v-32r) ; deinde Rufini *Historia monachorum* (fol. 32r-61v), ed. P. L., tom. XXI, p. 389-462 ; ac denique Vita S. Malchi (fol. 61v-65v).

2° Vita sancti Vincentii (fol. 163v-165v).

Vita metrica, auctore Hildeberto, ed. P. L., tom. CLXXI, p. 1302-8.

DCXLVII. Codex signatus num. 14650.

Olim San-Vict. 84.

Chartaceus, nonnullis foliis membraneis intermixtis, foliorum 369, med. (0m,35×0,21), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Continet primam partem Legendarii, cujus alias partes duas continent codices 14651 et 14652.

1° Passio sancti Concordii presbyteri (fol. 2r-2v).*

2° Passio sanctae Martinae virginis (fol. 2v-7r).*

Ut in cod. 3291 (supra, tom. I, p. 537, 2°).

3° Vita sancti Fulgentii episcopi Ruspensis (fol. 7r-19v).*

4° Passio sancti Petri martyris, cognomento Balsamus (fol. 19v-20r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Jan., tom. I, p. 129.

5° Passio sancti Theogenis (fol. 20r-21v).*

6° Vita sancti Melanii episcopi, cujus est sollemnitas VIII° idus januarii (fol. 21v-24v).

Ed. supra, tom. I, p. 71-77. Add. Gregorii Turonensis lib. *In gloria conf.* cap. 59.

7° De martyrio Luciani presbyteri Antiochensis, qui passus est Nicomediae VII idus januarii (fol. 24v-26v).

Desumpta ex Eusebii Caesariensis *Hist eccl.*, interprete Rufino; scilicet lib. VIII, capp. 18, 19, et lib. IX, capp. 1, 2, 4, 5 init., 6.

8° Passio sancti Luciani martyris Belvacensis, quae est VI idus januarii (fol. 26v-30v).*

9° Passio sanctae Marcianae virginis, quae est quinto idus januarii (fol. 30v-32r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 9 Jan., tom. I, p. 569.

10° Passio sancti Archadii, quae est II idus januarii (fol. 32r-33v).

Sermo Zenonis, ed. ibid., ad d. 12 Jan., p. 723-24.

11° XIX kalendas februarii, nativitas sancti Felicis [presbyteri Nolani] (fol. 33v-35v).*

12° Item eodem die, passio sancti Felicis presbyteri [Romani], hujus germani (fol. 35v-36v).*

13° XVIII kalendas februarii, passio sancti Felicis episcopi Tubitanensis, qui propter libros legis Domini decollatus est (fol. 36v-38v).*

Ut in editione Baluziana.

14° Vita beati Boniti Arvernensis urbis episcopi (fol. 38v-46r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 15 Jan., tom. I, p. 1070-74, num. 1-28 et prima phrasis num. 29.

15° Translatio sancti Boniti episcopi (fol. 46r-48v).

Ed. ibid., p. 1075-76.

16° XVII kalendas februarii, passio sancti Marcelli episcopi cum multis aliis (fol. 48v-54r).*

17° Eodem die, sermo habitus sancti Hilarii Arelatensis in depositione sanctae memoriae domni Honorati episcopi (fol. 54r-67r).*

18° XVI kalendas januarii, passio sanctorum geminorum Speusippi, Eleusippi et Meleusippi, Leonillae et Ionillae (fol. 67r-74v).*

19° Vita sancti Genulphi episcopi (fol. 74v-94v).*

20° Vita sancti Richmiri sacerdotis eximii, qui tempore Theoderici regis Francorum et Gilberti episcopi in ducatu Cenomannico regulariter ac sancte conversatus, multos Christo lucratus est (fol. 94v-98r).*

21° Vita sancti Leobardi reclausi, quae est XV° kalendas februarii (fol. 98r-102r).*

22° Vita beati Launomari abbatis (fol. 102r-109v).*

23° Passio sanctorum Fructuosi episcopi, Augurii et Eulogii diaconorum (fol. 109v-111r).*

Lectionibus variantibus ut in cod. sanctae Mariae de Ripatorio in ed. notatis.

24° Passio sancti Patrocli martyris (fol. 111r-113v).*

Add. Gregorii Turonensis lib. *In gloria martyrum* cap. 63.

25° Passio sancti Timothei discipuli sancti Pauli apostoli (fol. 114r-115r).*

26° [De sancto Vincentio levita] (fol. 115r).

Gregorii Turonensis lib. *In gloria martyrum* cap. 89.

27° Inventio sive translatio corporis ejusdem gloriosi martyris (fol. 115v-118r).

Liber I opusculi Aimoini monachi, ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jan., tom. II, p. 400-3.

28° Passio sancti Vincentii, Orontii et Victoris martyrum (fol. 118r-121v).*

29° Passio sancti Saviniani [martyris Trecensis] (fol. 121v-124r).*

30° Passio sancti Praejecti episcopi et Marini abbatis (fol. 124r-127v).*

31° Epistola Smyrnaeorum missa universis ecclesiis de passione sancti Polycarpi episcopi (fol. 128r-130r).*

32° Passio sancti Polycarpi episcopi (fol. 130r-134v).*

Ex Eusebio interprete Rufino.

33° Vita sanctae Baltildis reginae (fol. 134r-138v).*

34° Vita sancti Juliani Cenomanensis episcopi (fol. 138v-145r).*

35° Vita sancti Johannis Chrysostomi, quae est VI kalendas februarii (fol. 145r-161r).

Auctore Leone, ed. supra, p. 17-45.

36° Eodem die, passio beati Thyrsi cum sociis suis (fol. 161r-170v).*

37° Passio sancti Ananiae cum aliis VIII, quae est IIII^to kalendas februarii (fol. 170v-174r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Febr., tom. III, p. 492-95.

38° [De sancto Mauro] (fol. 174r-175r).*

Epistola Odonis et prologus Fausti in Vitam sancti Mauri.

39° Vita Johannis presbyteri et confessoris [abbatis Reomaensis], quae est V kalendas februarii (fol. 175v-178v).

Ut supra in cod. 5362 (tom. II, p. 364-66).

40° Passio sancti Ignatii episcopi Antiocenorum et martyris, quae est kalendis februarii (fol. 178ᵛ-183ʳ).*

Pro num. 20 descriptum est cap. 36 libri III *Hist. eccl.* Eusebii, interprete Rufino.

41° Passio sancti Tryphonis martyris (fol. 183ʳ-189ʳ).

Ed. supra ex cod. 3788 (tom. I, p. 284-92).

42° Passio sancti Phileae episcopi (fol. 189ʳ-194ᵛ).

Ut in cod. 5297 (tom. II, p. 11, 2°).

43° Vita beati Amandi episcopi et confessoris (fol. 194ᵛ-202ʳ); titulus de obitu beati Amandi confessoris (fol. 202ʳ); argumentum quo tempore beatus Amandus confessor vel natus vel defunctus sit (fol. 202ʳ-202ᵛ).

Ut ibid. (tom. II, p. 12, 5°).

44° Qualiter corpus beati Amandi in loco quo nunc requiescit fuerit translatum, de dedicatione basilicae aut de ordinatione episcopatus ipsius, VII kalendas novembris (fol. 202ᵛ-205ᵛ).

Sermo Milonis, ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Febr., tom. I, p. 889-91.

45° De igne caelesti in memoriam beati Amandi divina virtute mirabiliter accenso (fol. 205ᵛ-206ᵛ).

Ed. ibid., p. 893, num. 13-16.

46° Eodem die, sancti Antoliani martyris (fol. 206ᵛ).

Gregorii Turonensis lib. *In gloria martyrum* cap. 64.

47° Relatio qualiter corpus sanctae Scholasticae virginis, sororis sancti Benedicti, Cenomannis advenerit et a Berario ejusdem urbis episcopo susceptum et conditum sit (fol. 206ᵛ-209ᵛ).

Excerpta, nonnullis hinc inde omissis, ex Vita S. Berarii, ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Oct., tom. VIII, p. 57-60, num. 1-15. Inc. *Laudibilium virorum gesta non sunt praetereunda, sed multo magis praedicanda...*

48° Vita sancti Severini abbatis (fol. 209ᵛ-213ʳ).

Ed. ibid., ad d. 11 Febr., tom. II, p. 547-51. Omm. numm. 18, 19.

49° Vita sanctae Euphrasiae, quae colitur III° idus martii (fol. 213ʳ-223ʳ).*

50° Passio sancti Saturnini presbyteri cum sociis suis (fol. 223r-229r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Febr., tom. II, p. 515-19.

51° Passio sanctorum martyrum Faustini et Jovitae diaconi (fol. 229r-236v).*

52° Passio sanctae Julianae (fol. 236v-239v).*

53° Passio sanctorum decem milium martyrum, quae est vicesima prima die mensis februarii (fol. 239v-243r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jun., tom. IV, p. 182-87. Numm. 22 et 23 paucis lineis sunt contracti.

54° Vita sancti Alexandri episcopi Alexandriae (fol. 243r-251v).

Ex Cassiodori *Hist. Trip.*, lib. I, cap. 12-18, et lib. II, cap. 1-13 (P. L., tom. LXIX, p. 901-33).

55° Kalendis martii, vita sancti Albini episcopi (fol. 251v-254r).*

Om. prologus. Add. Gregorii Turonensis lib. *In gloria confessorum* cap. 94.

56° Eodem die, sancti Siviardi confessoris (fol. 254r-255v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Mart., tom. I, p. 66-67.

57° Passio sancti Focae martyris (fol. 255v-259v).*

In fine add. Gregorii Turonensis lib. *In gloria martyrum* cap. 98.

58° Passio sanctarum Perpetuae et Felicitatis (fol. 260r-261v).*

59° VIII idus martii, passio sanctorum martyrum Philemonis Coraulae et Arriani praesidis (fol. 262r-266v).*

60° V idus martii, passio sanctorum quadraginta martyrum (fol. 266v-269v).*

Add. Gregorii Turonensis lib. *In gloria martyrum* cap. 95.

61° Translatio sancti Gorgonii martyris, qui in numero sanctorum XL martyrum agnoscitur XXXIXus, cujus martyrium recolitur V idus martii (fol. 269v-273v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Mart., tom. II, p. 56-59.

62° Vita sancti Hugonis Gratianopolitani episcopi (fol. 273ᵛ-284ᵛ).

Auctore Guigone, ed. *Act. SS.*, ad d. 1 April., tom. I, p. 37-46. Praemissa est epistola Innocentii papae ad Guigonem, ut ibid.

63° Passio sanctae Theodosiae virginis, IIII nonas aprilis completa (fol. 284ᵛ-290ᵛ).*

64° [Vita sancti Ambrosii] (fol. 290ᵛ-294ᵛ).*

Initio mutila, incipit ab inventione corporis sancti Nazarii.

65° Epistola sancti Cypriani ad martyres, de laude Mappalici martyris (fol. 294ᵛ-296ʳ).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 17 April., tom. II, p. 480-81.

66° Passio sancti Felicis, Fortunati et Achillei diaconorum (fol. 296ʳ-299ʳ).

Ed. ibid., ad d. 23 April., tom. III, p. 98-100.

67° [De sancto Georgio martyre] (fol. 299ʳ).

Gregorii Turonensis lib. *In gloria martyrum* cap. 100.

68° Vita sancti Roberti abbatis [Casae Dei], cujus festum colitur III° kalendas maii (fol. 299ʳ-305ʳ).

Auctore Marbodo, ed. *Act. SS.*, ad d. 24 April., tom. III, p. 317-22.

69° Passio sancti Marci evangelistae, cujus natalis est VII kalendas maii (fol. 305ʳ-309ʳ).

Ut in cod. Brux. 5319-26 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 522, 21°).

70° Vita sancti Richarii presbyteri et confessoris, cujus festum colitur sexto kalendas maii (fol. 309ʳ-313ʳ).

Auctore Alcuino, ed. apud Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 189-97. Om. prologus.

71° Gregorius Turonensis de sancto Eutropio martyre, cujus natale est II kalendas maii (fol. 313ʳ-313ᵛ).

Lib. *In gloria martyrum* cap. 55.

72° Passio sancti Jacobi apostoli, cujus natale est kalendis maii (fol. 313ᵛ-314ʳ).

Desumpta ex Pseudo-Abdiae *Hist. Apost.*, lib. VI, cap. 2-5 (ap. Fabricium, *Cod. Apocr. N. T.*, part. I, p. 594-604).

73° Eodem die, passio sancti Andeoli subdiaconi et martyris (fol. 314r-318r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Maii, tom. I, p. 35-39. Om. prologus.

74° Eodem die, passio sancti Sigismundi regis (fol. 318r-319v).

Ed. ibid., p. 86-87.

75° Vita sancti Amatoris episcopi [Autisiodorensis], transeuntis kalendis maii (fol. 319v-326r).

Auctore Stephano, ed. ibid., p. 52-60. Omm. numm. 24, 25, et ex parte numm. 29-33.

76° Vita sancti Athanasii episcopi, cujus festivitas est VI nonas maii (fol. 326v-332r).

Ex Eusebii *Hist. eccl.*, interprete Rufino, lib. X, capp. 14-20, 26, 27, 33, 34, et lib. XI, cap. 1-3, hic illic nonnullis omissis.

77° Gregorius Turonensis de miraculis sanctae crucis (fol. 332r-333v).

Lib. *In gloria martyrum* cap. 4-7.

78° Eodem die, [passio] sancti Alexandri, Eventii et Theoduli (fol. 333v-339r).*

Pro numm. 19 et 20 leguntur in codice ed. ex cod. Brux. 380-82, *Cat. Brux.*, tom. I, p. 220-23, num. 3 (inde a verbis *Tunc Alexander aspiciens*, lin. 34) -7.

79° Passio sancti Quiriaci episcopi, cujus natalis est IIII° nonas maii (fol. 339r-342r).*

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Maii, tom. I, p. 449-50. Praepositus est prologus ed. ibid., p. 443.

80° Passio sancti Pancratii, cujus natale est IIII idus maii (fol. 342r-343r).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. X (1891), p. 53-56.

81° Passio sancti Gengulphi martyris, cujus festum colitur III idus maii (fol. 343r-347r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Maii, tom. II, p. 644-48.

82° Passio sancti Poncii, cujus sollemnitas est II idus maii (fol. 347r-351v).*

Om. prologus.

83° Passio sancti Victoris et Coronae virginis (fol. 351v-353v).

Stilo paululum discrepat a Passione ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Maii, tom. III, p. 266-68.

Inc. *Temporibus Antonii imperatoris, fuit persecutio christianorum et in diebus Sebastiani judicis Aegypti provinciae Alexandriae. Fuit igitur quidam vir christianus, nomine Victor, miles a Cilicia, Deum metuens...*

84° Prologus Dionysii in vitam sancti Pachomii (fol. 353v-354r).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 227-30.

85° Passio sancti Petri et Andreae, Pauli et Dionysiae, idus maii celebranda (fol. 354r-355r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 15 Maii, tom. III, p. 452-53.

86° Passio sancti Fidoli abbatis, XVII° kalendas junii colenda (fol. 355r-357v).

Ed. ibid., ad d. 16 Maii, p. 589-90.

87° Passio sancti Torpetis martyris, XVI kalendas junii colenda (fol. 357v-360v).

Ed. ibid., ad d. 17 Maii, tom. IV, p. 7-10.

88° Passio sancti Baudelii, XIIII° kalendas junii colenda (fol. 360v-363r).

Ed. ibid., ad d. 20 Maii, tom. V, p. 195*-96*.

89° Vita sancti Austregisili [Bituricensis] episcopi, XIII kalendas maii transeuntis (fol. 363r-368v).*

Foliis avulsis, mutila desinit in verbis *reddenda promisit* (lib. II, num. 7 extr.).

DCXLVIII. Codex signatus num. 14651.

Olim San-Vict. 85.

Chartaceus, intermixtis foliis membraneis, foliorum quondam 312 (nunc autem desunt fol. 304-11), med. (0m,30×0,21), lineis plenis, exaratus saec. XV.

1° Passio sancti Desiderii [Lingonensis] (fol. 1r-2v).

Auctore Warnahario, ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Maii, tom. V, p. 244-46.

2° Passio sanctorum Donatiani et Rogatiani martyrum, IX kalendas junii celebranda (fol. 2v-4v).*

3° Passio [sancti] Urbani papae (fol. 4v-14r).

Ut in cod. 11757 (supra, p. 72, 36°).

4° Ex vita sancti Germani Parisiensis episcopi (fol. 14r-19r).*

Scilicet num. 20-44.

5° Passio sancti Carauni martyris (fol. 19r-22v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Maii, tom. VI, p. 749-52. Om. prologus.

6° Vita sancti Maximini [Trevirensis] episcopi, IIII nonas junii transeuntis (fol. 22v-26r).

Auctore Lupo, ed. ap. Surium ad d. 29 Maii (p. 321). Om. prologus.

7° Passio sancti Photini et Blandinae cum sociis suis martyrum (fol. 26v-31v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Jun., tom. I, p. 162-67.

8° Passio sancti Herasmi, III° nonas junii completa (fol. 31v-35r).

Ed. ibid., p. 213-16.

9° Vita sancti Bonifacii, nonis junii recolenda (fol. 35r-38r).*

10° Vita sancti Medardi episcopi et confessoris (fol. 38r-44v).

Ed. ap. Joannem a Bosco, *Bibl. Floriac.*, part. I, p. 113-35.

11° Passio sanctorum Cyrici et Julittae (fol. 44v-48r).

Stilo tantum diversa ab ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Jun., tom. III, p. 28-35.

12° Epistola sancti Ambrosii episcopi de inventione sanctorum martyrum Gervasii et Protasii, quorum natale recolitur XIII kalendas julii (fol. 48r-49v).*

13° Sermo sancti Ambrosii episcopi de inventione sanctorum martyrum Gervasii et Protasii (fol. 49v-51v).

Epistola ad Marcellinam sororem suam, ed. P. L., tom. XVI, p. 1019-26.

14° Passio sanctorum decem milium [martyrum], quorum natalis recolitur X kalendas julii (fol. 51v-56r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jun., tom. IV, p. 182-87.

15° Vita sancti Maxentii, cujus festum celebratur VI kalendas julii (fol. 56r-57v).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 378-80.

16° Passio sancti Marcelli martyris [Argentonii in Gallia], III kalendas julii (fol. 57v-59v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Jun., tom. V, p. 477-78.

17° Vita sancti Theobaldi, cujus festivitas celebratur II kalendas julii (fol. 59v-63r).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. VI, part. II, p. 158-68. Om. finis prologi, ut in aliis quibusdam codicibus (cfr. not. *a*).

18° Vita beati Attali abbatis, cujus festum colitur VI idus maii (fol. 63r-65v).

Auctore Jona, ed. P. L., tom. LXXXVII, p. 1055-62.

19° Vita beati Urbani Lingonensis urbis episcopi (fol. 65v-69r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Jun., tom. II, p. 492-94.

20° Vita sancti Ambrosii Caturcensis episcopi (fol. 69r-71v).

Ed. ibid., ad d. 16 Oct., tom. VII, p. 1046-48.

21° Vita sancti Agerici [Virdunensis] episcopi (fol. 71v-79r).

Ed. ope hujus codicis supra, p. 78-92.

22° Passio sancti Antidii Bisuntinensis archiepiscopi (fol. 79r-83r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Jun., tom. V, p. 42-47.

23° Passio sancti Valerii martyris Lingonensis (fol. 83v-86v).

Ed. ibid., ad d. 22 Oct., tom. IX, p. 532-35.

24° Passio sancti Maximi martyris apud Asiam passi (fol. 86v).

Ed. ibid., ad d. 30 April., tom. III, p. 732-33.

25° Gregorius Turonensis de sancto Lusorio (fol. 86v-87r).

Lib. *In gloria confessorum*, cap. 90.

26° Translatio sancti Germani episcopi Parisiensis (fol. 87r-95r).*

27° Exceptio corporis sancti Florentini apud Latiniacum (fol. 95r-99r).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. VI, part. II, p. 805-10.

28° Translatio sancti Nicholai, quae celebratur septimo idus maii (fol. 99r-107r).*

Add. miracula ed. *Catal. Brux.*, tom. I, p. 323-26 (*Ibat cotidie...*)

29° Vita beati Maioli abbatis (fol. 107r-112v).

Auctore S. Odilone, ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Maii, tom. II, p. 684-90.

30° Vita sancti Gildardi Rotomagensis archiepiscopi (fol. 112v-116v).

Ed. ope hujus cod. *Anal. Boll.*, tom. VIII, p. 393-402.

31° Vita sancti Pachomii, transeuntis II idus maii (fol. 116v-134v).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 229-72.

32° Passio sancti Aigulphi abbatis et martyris (fol. 134v-140r).

Auctore Adrevaldo, ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Sept., tom. I, p. 747-55.

33° Textus miraculorum sancti Andreae (fol. 140r-149v)*

34° Vita sancti Samsonis episcopi (fol. 149v-161r).

Lib. I Vitae ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Jul., tom. VI, p. 574-87.

35° Passio sancti Saturnini episcopi et martyris (fol. 161r-162v).

Ed. ap. Surium, ad d. 29 Nov. (p. 650).

36° Vita sancti Nicholai episcopi (fol. 162v-168r).*

Scilicet *a*) Prologus; *b*) Vitae num. 14-20; *c*) Miracula ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 151-56, numm. 21, 22.

37° Vita sancti Ebrulfi abbatis (fol. 168r-173r).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 354-60.

38° Prologus in passione sanctae Catherinae virginis et martyris (fol. 173r-173v).*

39° Vita sancti Machuti episcopi et confessoris (fol. 173v-184r).

Ed. ap. Joannem a Bosco, *Bibl. Floriac.*, part. I, p. 485-515.

40° Ex vita sancti Lupi archiepiscopi [Senonensis] (fol. 184r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Sept., tom. I, p. 264, numm. 26, 27.

41° Passio sancti Alexandri episcopi et martyris (fol. 184v-188r).

Auctore Crisentiano, ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Sept., tom. VI, p. 230-35.

42° Vita sancti Carilephi (fol. 188r-195r).

Ed. ap. Surium, ad d. 1 Jul. (p. 19), stilo aliquantum immutato.

43° Passio sanctae Honorinae virginis (fol. 195r-199r).

Scilicet Passio sanctorum Dorotheae et Theophili, mutato tantum martyris nomine.

44° Passio sanctorum Chrysanthi et Dariae martyrum (fol. 199r-199v).*

Prologus tantum descriptus est.

45° Passio sanctarum virginum Fidei, Spei et Caritatis, quae est kalendis augusti (fol. 199v-202r).

Ed. in *Legenda Aurea* (Colon. 1483), fol. 443-44.

46° Inventio corporis sancti Quintini martyris (fol. 202r-203r).

Ut infra, 86°.

47° Prologus in gestis sancti Juliani martyris et Basilissae virginis ejus uxoris (fol. 203r).*

48° Passio sancti Petri episcopi [Alexandriae] et martyris (fol. 203r-205v).

Ed. ap. Surium ad d. 25 Nov. (p. 526).

49° Passio sancti Mauritii sociorumque ejus (fol. 205v-208v).*

Om. prologus, et in fine reperitur solita numerorum inversio.

50° Passio sanctae Theclae virginis et martyris (fol. 208v-209r).

Ex Adone, ad d. 23 Sept. (P. L., tom. CXXIII, p. 364).

51° De vita sanctae Genovefae virginis Gregorius Turonensis (fol. 209r).

Lib. *In gloria confessorum*, cap. 89. — Sequuntur (fol. 209r-210v), ejusdem libri cap. 26 (de S. Simeone Stilita), cap. 87 (de S. Marcello ep. Paris.), cap. 90 (de S. Lusore), et libri *In glor. mart.* cap. 56 (de S. Amarando) et cap. 57 (de S. Eugenio ep. Carth.).

52° Passio sancti Isicii (fol. 210v-211r).

Cujus compendium exhibuit Ado ad d. 18 Nov. (P. L., tom. CXXIII, p. 397). Vid. infra Append.

Sequitur Gregorii Turonensis lib. *In gloria martyrum* cap. 43, de SS. Agricola et Vitali.

53° Vita sancti Boamiri (fol. 211v-212v).

Ed. ex hoc cod. *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 667-68.

54° Vita sancti Amantii confessoris (fol. 212v-214v).*

Multa passim omm.

55° Passio sancti Felicis papae et martyris (fol. 214v-215r).*

56° Passio sancti Eusebii presbyteri (fol. 215r-215v).

Ed. ap. Mombritium, tom I, fol. 258. Desinit in verbis *Eusebii hominis Dei* (fol. 258v, col. 1 extr.).

57° Passio sanctorum martyrum Parthenii et Caloceri, quae est XIIII° kalendas junii (fol. 217r-218r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 18 Maii, tom. IV, p. 302-4.

58° Passio sanctorum ac beatorum martyrum Ferreoli presbyteri et Ferrutionis diaconi, qui Vesuntione civitate passi sunt sub Aureliano imperatore vel Cornelio duce (fol. 218r-219v).

Ed. ibid., ad d. 16 Jun., tom. III, p. 7-8.

59° Inventio sanctorum martyrum Ferreoli presbyteri et Ferrutionis diaconi, qui consanguinitate carnali fratres et martyrii virtute consortes sunt (fol. 219v-220r).

Ed. supra ex cod. 5278 (tom. I, p. 483-84).

60° Passio sancti Albani martyris (fol. 220r-221r).*

61° Passio sanctae Christinae virginis (fol. 221r-224r).

Ut supra in cod. 5310 (tom. II, p. 77-260). Prolixior Mombritiana.

62° Passio sancti Marcelli papae et sanctorum martyrum Saturnini, Sisinnii, Cyriaci, Largi et Smaragdi (fol. 224v-227v).*

63° Passio sanctae Sabinae martyris [Romae] (fol. 227v-228r).*

64° Passio sanctorum martyrum Felicis et Adaucti (fol. 228r-228v).*

Inc. ut in cod. 5293 (tom. I, p. 562, 6°).

65° Vita sancti Augustini episcopi confessoris, conscripta a Possidio episcopo (fol. 228v-239v).*

66° Passio sanctae Eulaliae (fol. 239v-242r).

Ed. ap. Florez, *España Sagrada*, tom. XIII, p. 398-406.

67° Passio sancti Lamberti martyris (fol. 242r-248v).

Auctore Stephano, ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Sept., tom. V, p. 581-88. Add. in fine narratio duplicis translationis desumpta ex Vita priori, num. 21-33 (tom. cit., p. 578-80), sed contracta.

68° Passio sanctorum martyrum Mauricii sociorumque ejus (fol. 248v-252r).

Ut supra 49°, nisi quod hic praepositus est prologus cum epistola Eucherii, et in fine annexa duo miracula, alterum de rege Guntramno, ed. ap. Surium, alterum quod legitur ap. Gregorium Turonensem, lib. *In gloria martyrum*, cap. 75.

69° Passio sanctorum martyrum Cantii, Cantiani et Cantianillae fratrum, quae est pridie kalendas junii (fol. 252r-253r).*

Lectionibus variantibus ut in cod. Namurc. 53 (*Anal. Bóll.*, tom. I, p. 511, 32°).

70° In natale sancti Lucae evangelistae (fol. 253r-254v).

Sermo desumptus, ut videtur, ex prolixiori sermone Pauli diaconi (infra, 82°).

71° Passio beatissimi Symphoriani martyris (fol. 254v-255v).*

Num. 10 omm. quae in ed. uncinis inclusa sunt; deinde, num. 12 desinit in verbis *honore ea tempestate haberetur*, et omm. reliqua.

72° De sancto Clemente (fol. 255v).

Gregorii Turonensis lib. *In gloria martyrum* capp. 35, 36.

73° Passio sanctorum martyrum Mauricii sociorumque ejus, quae recolitur decimo kalendas octobris (fol. 256r-260v).*

Praefixus est amplior ille prologus, ut supra, in cod. 5353 tom. II, p. 307, 29°). In fine add. Gregorii Turonensis lib. *In gloria martyrum* capp. 74, 75.

74° Passio sanctae Theclae virginis, quae recolitur nono kalendas octobris (fol. 261r-262r).

Compendium Passionis.

75° Passio sanctorum martyrum Cypriani episcopi

et Justinae virginis, quae recolitur sexto kalendas octobris (fol. 262r-273r).

Ed. ap. Martene, *Thes. Nov. Anecd.*, tom. III, p. 1621-50.

76° Passio sancti Piatonis martyris, quae recolitur quarto kalendas octobris (fol. 273v-275v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Oct., tom. I, p. 57-58.

77° Vita sanctae Fidis virginis, quae recolitur pridie nonas octobris (fol. 275v-277v).*

Om. prologus.

78° Passio sanctorum martyrum Sergii et Bacchi, quae recolitur nonas octobris (fol. 277v-283r).*

Stilo diverso.

In fine add. Gregorii Turonensis lib. *In gloria martyrum* cap. 96.

79° Passio sanctae Benedictae virginis, quae recolitur octavo idus octobris (fol. 283r-286r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Oct., tom. IV, p. 219-22.

80° Passio sancti Calixti papae et martyris, quae recolitur pridie idus octobris (fol. 286v-288v).*

81° Passio sancti Januarii episcopi et martyris, quae recolitur pridie idus octobris (fol. 288v-291r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Sept., tom. IV, p. 866-68.

82° Sermo de sancto Luca evangelista (fol. 291r-293v).

Auctore Paulo diacono, ed. P. L., tom. XCV, p. 1530-33.

83° Passio sanctorum martyrum Crispini et Crispiniani, quae recolitur octavo kalendas novembris (fol. 293v-295v).*

84° Vita sancti Frontonis episcopi, quae recolitur octavo kalendas novembris (fol. 295v-298v).

Ed. ap. Fr. Bosquet, *Eccl. Gall. Hist.*, tom. I, part. II, p. 5-13.

85° Passio sancti Quintini martyris, quae recolitur pridie kalendas novembris (fol. 298v-302v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Oct., tom. XIII, p. 787-92, num. 2-19.

86° Inventio corporis ejusdem (fol. 302v-303v).

Ed. ibid., p. 785-86, num. 14-19.

87° Vita sancti Leonardi confessoris, quae recolitur octavo idus novembris (fol. 303ᵛ).*

Initium tantum Vitae. Desinit in verbis *Quam rem a rege cum benevolentia.* Inde aliquot avulsa sunt folia, nam folium continuo sequens notatione antiqua signatur numero 312, exhibetque finem Passionis sancti Mennae martyris.

Appendix ad cod. 14651.

Passio S. Isicii (Cfr. supra, p. 266, 52°).

Incipit passio sancti Isichii.

1. Diocletianus et Maximianus imperatores cum subjectos sibi in palatio jussissent ut aut sacrificarent aut certe discingerentur, sanctus Isicius projecto cingulo, recessit a palatio. Commotus itaque Maximianus quod praeceptum contem- 5 psisset, ne sacrificaret, exspoliavit eum vestimentis quibus erat vestitus, et induit eum colobio laneo, et tradidit eum in genecium lanearii ad injuriam et contumeliam ipsius. Prior enim palatii erat ipsius. Et cum esset in genecio, plurima turba conveniebat ad obsequium ejus.

2. Audiens autem Maximianus imperator quod plurimi convenirent ad eum, 10 jussit eum praesentari sibi, dixitque ad eum : *Reliquisti ministerium meum et adhaesisti christianis. Numquid possunt hi tantum honorem facere tibi quantum ego feci? Infelix, quid tibi melius est, in palatio an in genecio esse?* Isicius respondit : *Melius est in genecio propter Christum, quam in palatio propter daemones.* Maximianus dixit : *Magis sacrifica, et* 15 *qualem volueris tibi confero dignitatem.* Isicius respondit : *Potestatem habes temporalem; fac quod vis. Nam dignitas tua caduca est; mihi vero Christus Deus meus perpetuam tribuet dignitatem.* Maximianus dixit : *Nos ergo non diliges nec audies, qui te dileximus et plura contulimus, et thesauros nostros tibi credidimus?* Isicius respondit : *Non expedit vos* 20 *plus diligere quam Deum, nec plus vos audire quam sanctum evangelium, sed nec thesauros vestros utilius est conservare quam caelestes.*

3. Tunc iratus Maximianus jussit lapidem in dexteram manum ejus ligari et praecipitari in flumine. Religiosi autem viri, invenientes corpus ejus, cum summa veneratione collegerunt et juxta supradictorum sanctorum corpora posuerunt. 25 Horum ergo famosissimorum martyrum, id est Romani monachi et Isichii palatini et Baralis parvuli, qui passi sunt in Antiochia civitate XIIII kalendas decembris sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus, martyrium recolamus, petentes Domini misericordiam, ut nos eorum meritis participes effici mereamur, prae-

stante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

DCXLIX. Codex signatus num. 14652.

Olim San-Vict. 86.

Chartaceus, intermixtis foliis membraneis, foliorum 350, med. (0m,298×0,21), lineis plenis, exaratus saec. XV.

1° Passio sanctorum Nazarii et Celsi, quae est v kalendas augusti (fol. 1r-9r).

Ed. apud Mombritium, tom. II, fol. 179v-84v.

2° Passio sanctarum virginum trium Fidei, Spei et Caritatis, quae celebrantur kalendis augusti (fol. 9r-11v).

Ed. in *Legenda Aurea* (Coloniae 1483), fol. 443-44.

3° Passio sanctissimi Eusebii Vercellensis episcopi, quae celebratur kalendis augusti (fol. 11v-21r).*

Deest clausula *Praecepit enim idem beatissimus Eusebius...*

4° Passio sanctae Afrae martyris, quae celebratur nonas augusti (fol. 21r-25r).*

In fine add. quae in ed. indicata sunt p. 59, ann. *m*.

5° Passio sanctorum Justi et Pastoris, quae celebratur VIIIo idus augusti (fol. 25r-26r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Aug., tom. II, p. 154.

6° Passio vel vita beati Donati episcopi Ariciensi[s] martyris, quae est VIIo idus augusti (fol. 26r-31v).

Ed. ap. Mombritium, tom. I, fol. 234r-35v. Non pauca inserta sunt ex Passione alterius Donati ed. ibid., fol. 232v-34r.

7° Passio sancti Genesii Arelatensis, VIIIo kalendas septembris (fol. 31v-32r).*

8° Passio sancti Juliani martyris [in Arvernia], v kalendas septembris (fol. 32v-33v).*

9° Passio sancti Marcelli, quae est II nonas septembris (fol. 33v-34r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Sept., tom. II, p. 196-98.

Sequuntur Gregorii Turonensis lib. *In gloria confessorum* capp. 84, 85, quae sunt de Silvestro Cabillonensi et de Desiderato recluso.

34° Passio sancti Mauri martyris apud Romam passi (fol. 161r-162r).

Ed. ex cod. Brux. 9289, *Cat. Brux.*, tom. II, p. 297-9.

35° Vita sancti Maximi [Regiensis] episcopi (fol. 162r-167r).

Auctore Dinamio, ed. ap. Surium, ad 27 Nov. (p. 609), stilo diverso.

36° Miracula in vita sancti Clementis (fol. 167r-167v).

Ed. ap. Mombritium, tom. I, fol. 195r (Clemens *martyr ut in passione...*, col. 2, lin. 6).

37° Vita sancti Simplicii episcopi [Augustodunensis] (fol. 167v-169v).

Fere omnino ut in cod. 5278 (tom. I, p. 476, 137°).

38° Vita Eusicii confessoris (fol. 169v-172v).

Compendium Vitae ed. supra, tom. II, p. 132-52.

39° Passio sancti Savini episcopi et martyris (fol. 172v-175r).

Ed. ap. Baluzium, *Miscellanea* (ed. Mansi), tom. I, p. 12-14.

40° Passio sancti Saviniani episcopi et martyris sociorumque ejus (fol. 175r-182r).

Ed. apud Duru, *Bibl. hist. de l'Yonne*, tom. II, p. 294-312. Deest nempe *Passio Sancti Potentiani*.

41° De translatione eorundem (fol. 182r-182v).

Ed. ibid., p. 313-17. Desinit in verbis *perpetuis dapibus saginantur*.

42° Vita sancti Maurilii [Andegavensis] episcopi (fol. 182v-186v).

Auctore Magnobodo, ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Sept., tom. IV, p. 72-75.

43° Passio beati Justi martyris (fol. 186v-188r).

Ed. ibid., ad d. 18 Oct., tom. VIII, p. 338-39.

44° Passio sancti Luciani sociorumque ejus (fol. 188r-195v).

Auctore Odone, ed. ibid., ad d. 8 Jan., tom. I, p. 461-66. Add. hic illic nonnulla ad ornatum spectantia.

45° Vita sancti Viventii episcopi (fol. 195v-205v).

Ed. ibid., ad d. 13 Jan., p. 805-13.

46° Liber de vita et gestis sancti Petri confessoris, quondam papae Caelestini quinti, fundatoris ordinis Caelestinorum (fol. 205v-220r).

Auctore Petro de Alliaco, ed. ibid., ad d. 19 Maii, tom. IV, p. 484-97.

47° Vita sancti Ludovici regis et confessoris (fol. 220r-222v).

Ed. *Rec. des Hist. Fr.*, tom. XXIII, p. 160-65, nempe novem lectiones in festo, non vero illae quae per octavam assignatae sunt.

48° [Sermo de sancta Genovefa pro inundatione aquarum anno 1206] (fol. 228r-229v).

Ed. ibid., p. 136-38; ubi notatur miraculum factum anno MCCXXXVI, in nostro autem codice anno MCCVI. Sequitur miraculum ed. ibid., p. 136, quod incipit *Auctoritatem ejusdem miraculi...*

49° Miracula beati Ludovici regis et confessoris (1) (fol. 229v-231r).

Ed. ibid., p. 165-67, sed alio ordine.

50° Vita sancti Fiacrii confessoris (2) (fol. 231r-233r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Aug., tom. VI, p. 605-6, num. 7-18. Numm. 7, 8 prolixiora referunt de beato Farone.

51° Vita sancti Guillermi abbatis de Datia (fol. 242r-261r).

Ed. ex hoc cod. ibid., ad d. 6 April., tom. I, p. 625-43.

52° Tractatus beati Guillermi de revelatione capitis et corporis beatae Genovefae (fol. 261r-262r).

Ed. ibid., ad d. 3 Jan., tom. I, p. 152-53.

53° [Hincmari epistola ad Carolum imperatorem de passione sancti Dionysii] (fol. 264v-265r).

Ed. P. L., tom. CXXVI, p. 153-54.

54° [Vita] beati Gregorii Romani pontificis (fol. 260r-350v).*

Auctore Joanne diacono.

(1) Ad calcem scriptum est : *Collatio facta est ad originalem librum palacii.* — (2) Item ad calcem : *Collatio facta est ad originalem librum ecclesiae Parisiensis.*

DCL. Codex signatus num. 14653.

Olim San-Vict. 720.

Foliorum 46 (praeter unum insiticium in capite), min. (0m,265×0,19), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

1° Vita sanctissimi ac beatissimi Martialis apostoli ac discipuli Domini Nostri Jesu Christi (fol. 1r-23r).*

Subjectae sunt epistolae S. Martialis ad Burdigalenses et ad Tolosanos.

2° [Miracula sancti Martialis] (fol. 35v-41v).

Quorum nonnulla inedita. Omnium conspectum statim subjectum vide in Appendice.

Appendix ad cod. 14653.

Incipiunt miracula, quae Dominus noster Jesus Christus per beatum Martialem operatus est.

De iis autem pluribus unum notissimum miraculum de magnis maximum caritati vestrae suscepimus omnibus gentibus per universum orbem recitandum.

Anno incarnati Verbi sexto de millesimo virga furoris Domini exigentibus 5 culpis super incolas Aquitaniae graviter exarsit. Plaga namque ignea in humanis corporibus grassabatur, qua membra hominum exusta intolerabiliter cremabantur. Erat enim ignis in carne subtracutaneus, et ater et horridus erat; namque sine flamma fumus exaestuans fetido vapore gravissimus erat, et incomparabilis erat membrorum amissio irrecuperabilis : passionis ferebatur incendium, nullis 10 aquarum infusionibus exstinguendum. Heu, quos gemitus, quos ardentium stridens caterva dabat hejulatus! Populi, tantis horroribus territi, lamentatione lugubri infirmantibus condolebant, et ne praesentia morborum incurrant exitia, dubia exspectatione dubitabant et trepidabant. Impleta siquidem videbatur prophetia qua dicitur : *Pones eos ut clibanum ignis in tempore furoris tui; 15 Dominus in ira sua conturbabit eos, et devorabit eos ignis.* Peste igitur mortifera tota periclitabatur patria : ubique luctus omnium, ubique resonabant lamenta miserorum. Tandem vero miserante Domino, commune periculum commune coegit quaeri remedium. Missa itaque legatione per Galliam, die statuta convenitur ad urbem Lemovicam. Adsunt episcopi de vicinis urbibus, 20 comites, optimates quoque et principes, ac de remotis locis adveniunt duces. Certatim populi confluunt Aquitanorum, Bituricensium, Borbonensium, Alvernorum, Rutenensium, Caturcensium, Petragoricensium, Engolismensium, Pictavensium, Turonensium, Vasconum similiter et Gothorum. Situs castrorum per cir-

cuitum Lemovicae urbis ad sex milia circumcircaquaque replebat[ur]; singulis noctibus crebris ignibus praeclaro spectaculo terra rutilabat prae multa hominum copia; nox carens tenebris inibi quasi diem alteram praesentabat. Turbis undique concurrentibus, undique properatur ad sepulcrum beatissimi Martialis apostoli, humili praeoccupatione supplicando et suspirando concurritur. Sacerdotes offerunt sacra libamina, populi cumulant donis sacra altaria, adorant Dominum votis* supplicibus, rogant apostolum fusis gemitibus. Collectum igitur concilium decrevit triduanum fieri jejunium. Expleto autem jejunio, praesumentes in Domino, cum timore ac reverentia sepultura apostoli reseratur, corpus sacrum de tumulo elevatur, odoris suavitas inenarrabilis praesentibus propinatur. Dum vero per ecclesiam Salvatoris Christi reliquiae deferuntur apostoli, mirabile dictu, cruces et cetera sacris altaribus affixa insignia, exeunti patrono humiliter inclinata, quasi supplicationis ac salutationis impendenda monstrabant obsequia. Extra urbem itaque corpus sacrum honorifice deportatur et in quodam eminenti cacumine reverenter imponitur, unde liberior daretur cunctis gentibus ipsius aspectus et facilior ad ipsum omnibus praestaretur accessus. Adest hinc inde pallida turba languentium, apostolo tabida praetenduntur membra ardentium. Petentibus ilico salus desiderata diffunditur, ignis in membris exstinguitur, debilibus sospitas ministratur, luctus in gaudium commutatur. Hac de causa usque hodie locus, in quo haec facta sunt, Mons gaudii nuncupatur. Episcopi de fide catholica tractant, contra vitia disputant, virtutes commendant, a praesentibus vitae hujus illecebris dissuadent, de vita caelesti ammonent. Principes decernunt justitiam, firmant invicem tenere concordiam. Populi benedictione firmantur antistitum; corpus apostoli cum gaudio reportatur in suo tumulo relocandum. Jucunda exultatione concilium solvitur, tantaeque dies* laetitiae anniversaria constitutione festiva celebrari decernitur. Nos itaque, fratres, sacris intenti sollemnibus, Martialem apostolum instanter deprecemur ut nostra peccata pro nobis intercedendo deleat, mala promerita propitiatus avertat, bona conferat, collata custodiat, qui cum Christo regnat in saecula. Amen.

* *cod.* nobis.

* *cod.* diei.

Miraculum cujusdam canonici Petragoricensis, qui dicebat et rasit de calendario Martialis apostoli, dicendo quod beatus Martialis non erat apostolus, et quid sibi accidit. — Canonicus quidam Petragoricensis diocesis invenit in quadam legenda nomen beati Martialis, et ibi erat scriptum *Martialis apostoli*. Quod sibi displicuit, quia vocabatur apostolus. Et quid fecit ipse canonicus? Ubi erat scriptum *apostoli*, scripsit *confessoris*, et rasit et amovit vel scindit *apostoli*, et in loco *apostoli* scripsit *confessoris*. Ecce qualiter accidit sibi. Incontinenti mox in illa hora, in qua scripsit et posuit in loco *apostoli confessoris*, factus est caecus et orbatus penitus, et numquam vidit nec de cetero videbit. Aliqui dicunt quod beatus Martialis non est apostolus: quod non stat in veritate, quia potest probari per duas rationes fide dignas, exceptis aliis. Quia potest primo probari, quia apostolus interpretatur missus, et ideo beatus Martialis potest vocari apostolus, quia ex praecepto Dei per bea-

tum Petrum apostolum fuit missus ad praedicandum, dicente Jesu Christo Domino nostro : *Euntes per mundum universum, praedicate evangelium omni creaturae.* Secundo apparet quod sit apostolus, quia Christus, qui sibi apparuit, dixit ei : *Quinto decimo die veniam ad te, et statuam te heredem regni mei cum fratribus tuis et apostolis ;* et nisi esset apostolus, frater apostolorum [nequaquam vocari potuisset]. Et etiam papa Johannes canonizavit eum et posuit in numero apostolorum et interposuit de assensu omnium cardinalium.

Unum magnum mirabile contigit quando beati Martialis anima egressa est de corpore. — Contigit autem unum mirabile, quod dum corpus beati Martialis de basilica beati Stephani ad locum suae sepulturae deportaretur, super portatores caeli aperti fuerunt et viam usque ad locum sepulturae sua apertione* continue ostenderunt. Haec est ergo illa anima cui Christus potuit dicere : *Veni, electa mea, veni de Libano ; veni, coronaberis.* Ejus precibus nos coronet in caelis, qui suis evidentibus miraculis nos assidue illustrat in terris.

* *cod.* aspersione.

Nunc transeamus ad miracula aliqua, et non omnia, quae Deus operatus est per eum post ejus mortem, et primo de quodam paralytico. — In crastinum enim mortis ejus, quidam paralyticus, usu membrorum penitus privatus, statim ut tetigit locum ubi erat ejus corpus, fuit sanitati plenarie restitutus. Nullus etiam infirmus sudario fuit tactus, qui non continuo recessit sanus. Ad tactum illius sudarii hydropicus quidam, de urbe Tolosana adveniens cum sex caecis et quatuor daemoniacis, tam ab hydropisi quam a caecitate et daemoniis sunt plenissime liberati. Puella quaedam, cujus manus altera diriguerat et digitos in palma defixos habebat, celebratis in nocte festivitatis ejus vigiliis, fuit sanitati plenarie restituta. Simile miraculum legitur in quadam alia perpetrasse.

(Sequuntur, compendiatim enarrata, miracula ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Jun., tom. V, p. 553-60, hoc ordine : numm. 17-18, 26, 27-29, 22, 2, 3, 30, 31, 9, 25, 32, 33, 5, 34, 6, 7, 12-13, 14, 15-16, 19-20, 24, 36, 39 ; deinde)

Anno Domini m°cc°lxxxxi°, dum fratrum Minorum capitulum provinciale fuisset Burdeg[alae] in festo beatorum apostolorum Petri et Pauli celebrandum, et ego, in ordine fratrum Minorum minimus, cum redirem de capitulo in conventu fratrum nostrorum Amiliani, frater quidam rettulit mihi miraculum, [quod] se vidisse certitudinaliter asserebat. Prope enim Sanctum Macharium et Lingonium.... (ibid., num. 40.)

Multa et alia signa et mirabilia operatus est Dominus noster Jesus Christus per apostolum suum beatissimum Martialem, quae scribi non possent, quia multum esset longum enarrare. Sed humiliter et devote deprecemur beatum Martialem apostolum, ut ipso intercedente Deus det nobis gloriam sempiternam. Ad quam gloriam nos perducat Dominus noster Jesus Christus. Amen.

DCLI. Codex signatus num. 14654.

Olim San-Vict. 723.

Foliorum 205 (praeter unum insiticium ad calcem), min. ($0^{m},265 \times 0,16$), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° Vita S. Hilarii episcopi Pictavensis, ex dictis Fortunati episcopi (fol. 2^{r}-23^{v}).*

Sequitur Gregorii Turonensis lib. *In gloria confessorum* cap. 2.

2° De translatione beati Hilarii episcopi, VI kalendas julii (fol. 23^{v}-26^{r}).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Mart., tom. I, p. 434-37; nempe translatio facta per S. Fridolinum. Incipit *Beatus Fridolinus*... (n. 4), dein toto capite primo in compendium redacto, transitur ad num. 16 : *dumque ibi per multarum assiduitates*....

Sequitur officium S. Hilarii, notis musicis signatum.

DCLII. Codex signatus num. 14655.

Olim San-Vict. 714.

Foliorum 112, med. ($0,295 \times 0,215$), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Vita S. Bernardi Claraevallensis abbatis (fol. 1^{v}-73^{v}).*

2° Quomodo rex Jerusalem sanctam crucem, quam in praeliis gestabat, apparente et jubente sibi sancto Bernardo Claramvallem miserit, miraculum (fol. 82^{v}-83^{v}).

Ed. P. L., tom. CLXXXV, p. 366-68.

3° De novo miraculo ab abbate Herberto viso et scripto, quo liber miraculorum non modice commendatur (fol. 83^{v}-103^{r}).

Ed. ibid., p. 370-410. Praemissus est index capitulorum.

4° Liber miraculorum quae in Claravalle multisque locis aliis diversis temporibus contigerunt.

Ed. ibid., p. 1273 sqq., nempe capp. 1, 2, 3, 28, 22; dein ibidem ed., p. 455 (*De Schocelino*); dein capp. 20, 11, 14, 8 (quod ultimum desinit mutilum).

DCLIII. Codex signatus num. 14656.

Olim San-Vict. 292 (1).

Foliorum 162, praeter unum insiticium, med. (0m,33×0,225), columnis binis, exaratus saec. XII.

Liber gestorum Barlaam et Josaphat servorum Dei, editus graeco sermone a Johanne Damasceno viro sancto et erudito (fol. 1r-102v).*

Omm. prologus et exordium cap. 1.

DCLIV. Codex signatus num. 14663.

Olim San-Vict. 287.

Chartaceus, insertis hinc inde membranis, foliorum 304 (praeter insiticia duo in capite et totidem ad calcem), med. (0m,292×0,215), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Vita Caroli magni regis Francorum et imperatoris Romanorum, secundum Guertunum (fol. 59r-67v).*

Auctore Einhardo.

DCLV. Codex signatus num. 14703.

Olim San-Vict. 574.

Foliorum 307 (sed fol. 28 bis signatum est, desunt vero folia 101, 117-124, 178-201, 210-241, nec quicquam est scriptum in fol. 257, 259), med. (0m,27×0,195), columnis binis, exaratus saec. XIII et XIV.

1° Historia beatissimi Karoli magni regis (fol. 260r-287r).*

Auctore Pseudo-Turpino. Ut supra in codice 13774 (p. 208, 6°).

2° De corporibus sanctorum qui in itinere Sancti Jacobi requiescunt. (fol. 287r-292r).

Ed. ap. Fita, *Liber de miraculis S. Jacobi* (Paris. 1882), p. 20-36.

(1) *Hunc librum acquisivit monasterio Sancti Victoris Parisiensi Fr. Johannes la Masse, dum esset prior ejusdem ecclesiae* (fol. 162v).

3° Praefatio beati Calixti papae in libro miraculorum sancti Jacobi apostoli Galeciae (fol. 292r-293r);

4° Prologus ejusdem super translationem sancti Jacobi (fol. 293r-293v);

5° Translatio sancti Jacobi apostoli, fratris sancti Johannis evangelistae, quae III kalendas januarii celebratur, qualiter ab Hierosolymis translatus est in Galetiam (fol. 293v-296r);

6° Epistola beati Leonis papae de translatione sancti Jacobi apostoli (fol. 296r-297r);

7° [Liber beati Calixti] de tribus sollemnitatibus sancti Jacobi apostoli (fol. 297r-299r);

8° Argumentum beati Calixti papae de miraculis sancti Jacobi apostoli (fol. 299r-307v).

Haec omnia (3°-8°) ut in cod. 5272 (tom. I, p. 428-29). Ultimum documentum desinit mutilum.

DCLVI. Codex signatus num. 14843.

Olim San-Vict. 504.

Foliorum 253, min. (0m,235×0,16), compactus ex duabus codicum laciniis, altera (usque ad fol. 229) exarata saec. XV, altera saec. XII.

[De sancta Maria Aegyptiaca] (fol. 251r-253v).

Vita metrica, auctore Hildeberto Cenomanensi, ed. P. L., tom. CLXXI, p. 1321-40. Mutila desinit in versu *Ad mensam Christi meretrix a fornice tristi* (p. 1332).

DCLVII. Codex signatus num. 14845.

Olim San-Vict. 472.

Chartaceus, membranis intermixtis, min. (0m,212×0,15), lineis plenis, exaratus saec. XV.

DCLXIII. Codex signatus num. 14903.

Olim San-Vict. (1) 735.

Foliorum 277 (praeter insiticia tria in capite et unum ad calcem), min. (0m,24×0,18), lineis plenis, exaratus saec. XV.

1° Epistola beati Eusebii... de morte sancti Hieronymi.. (fol. 224r-254v).*

2° Epistola venerabilis doctoris Augustini...; Epistola sancti Cyrilli... de miraculis beatissimi Hieronymi presbyteri (fol. 254v-275v).*

DCLXIV. Codex signatus num. 14993.

Olim San-Vict. 537.

Foliorum 142, min. (0m,15×0,10), lineis plenis, exaratus (ultima parte) saec. XIII.

Vita sancti Eustachii (fol. 133r-141v).*

Om. prologus, et mutila desinit in verbis *in hoc finire nos jube, et complaceat* (num. 21 med.).

DCLXV. Codex signatus num. 15005.

Olim San-Vict. 486.

Foliorum 319 (sed fol. 129 bis signatum est et praetermissi sunt in serie foliorum notanda numeri 12 et 238), min. (0m,20×0,15), partim lineis plenis, partim columnis binis, exaratus saec. XIII.

[Passio sancti Guigneri] (fol. 68r-71v).

Auctore Anselmo, ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Mart., tom. III, p. 456-59.

(1) Fol. 275v legitur haec nota : *Hunc librum acquisivit monasterio Sancti Victoris prope Parisius frater Joannes de la Masse, dum esset prior ejusdem ecclesiae.*

DCLXVI. Codex signatus num. 15025.

Olim San-Vict. 796.

Foliorum 250 (praeter unum insiticium ad calcem), min. (0^m,19×135), columnis binis, exaratus saec. XIII.

[Vita S. Mariae Aegyptiacae] (fol. 208^v-231^r).

Metrica, auctore Hildeberto Cenomanensi, ed. P. L., tom. CLXXI, p. 1321-40.

Adjuncti sunt sequentes versus :

Finitur vitae series veneranda Mariae.
Sic metro phariae renovavit gesta Mariae
Vir Hildebertus, apicum splendore refertus,
Lux Cenomanensis, pater urbis, laus Turonensis,
Cum pharia laetus potiatur pace quietus,
Haec bene compuncta, Christo legitur pie juncta,
Quam comitante lena sepelit Zoximus in arena
Deserti calidi magis et sub sidere cancri.

DCLXVII. Codex signatus num. 15029.

Olim San-Vict. 803.

Foliorum 159 (quorum exciderunt fol. 78-87), ex diversis codicibus vel codicum laciniis compactus diversae aetatis et formae, quorum tres hagiographici.

I. (fol. 1-13) min. (0^m,185×0,135), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° [Translatio corporis S. Stephani protomartyris de Jerusalem in urbem Byzantium] (fol. 2^r-6^r).*

2° [Translatio ejusdem Cpoli Romam] (fol. 6^r-12^r).

Ed. ex parte ap. Maium, *Spicil. Rom.*, tom. IV, p. 285-87. Desideratur in cod. clausula *Et hos quatuor versus*... (ibid., p. 287-88).

II. (fol. 14-21) min. (fere 0^m,195×0,115), lineis plenis, exaratus saec. XII.

3° Vita sancti Maximini episcopi et confessoris (fol. 14^r-21^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Maii, tom. VII, p. 21-24.

III. (fol. 22-77) min. (0^m,19×0,13), columnis binis, exaratus saec. XIII.

4° Liber in quo continentur plures legendae sanctorum (fol. 22^r-87^v).

Scilicet de SS. Andrea (fol. 22^r-26^r), Eligio (26^r), Nicolao (26^v-30^r), Thoma ap.

(30r-32r), Stephano protom. (32v-33v), Joanne ev. (33v-36v), Innocentibus (36v-37v), Thoma Cantuar. (37v-39r), Silvestro (39r-41r), Genovefa (42v-43r), Remigio (44r-46v), Maximo et Felice (46v), Fabiano et Sebastiano (47r-49v), Agnete (49v-50v), Vincentio (50v-52r), Blasio (52v-53v), Agatha (53v-54v), Mathia (55r-v), Gregorio papa (55v-56v), Benedicto (56v-58r), Ambrosio (59r-v), Georgio (59v-60v), Marco (60v-61v), Philippo ap. (62r-v), Jacobo Min. ap. (62v-65r), Crucis inventione (65r-67r), Joanne ante Portam latinam (67r), Barnaba (67v-68r), Gervasio et Protasio (68r-69r), Joanne Baptista (69r-v), Joanne et Paulo (69v-70r), Petro ap. (70r-72v), Paulo ap. (72v-75r), Martini translatione (75r-v), Victore (75v-76r), Margareta (76r-77r), Maria Magdalena (fol. 77r-v).

DCLXVIII. Codex signatus num. 15031.

Olim San-Vict. (1) 786.

Foliorum 146 (sed desunt folia 1 et 2), min. (0m,19×0,13), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

1° Libellus historialis Mariae beatissimae Magdalenae (fol. 4r-56r).

Auctore Philippo Cabassola, episcopo Cavellicensi, postea cardinali (qui obiit anno 1372 : non pauca de eo collegit Baluzius, *Vit. Pap. Aven.*, tom. I, p. 1019-24). Indigesta farrago, et inani verborum pompa fucata, eorum omnium quae de sancta tum ex sacra scriptura tum ex popularibus traditionibus collegi potuerunt. Solam inscriptionem hic exhibuisse satis erit, his verbis conceptam :

Reverendissimo in Christo patri domno Henrico de Vilariis, Dei gratia primae sanctae sedis Lugdunensis archiepiscopo, Galliarum primati, domino suo carissimo, Philippus, sola Dei permissione Cavellicensis episcopus.

2° De translatione ejus (fol. 56r-75r).

Ex parte edita ap. Faillon, *Monuments* etc., p. 790-95. Post verba *intuentibus universis*, sequitur in cod. narratio duplicis miraculi, quam legesis infra in Append., et deinde prolixa diatriba adversus Vizeliacenses monachos, qui corpus S. Mariae Magdalenae apud se requiescere contendebant et quorum assertionem ex ipsis eorum dictis confutare nititur scriptor.

3° De certis singularibus miraculis beatissimae dilectricis (fol. 75r-87v).

Quae scilicet sibi contigisse vel a se visa significat Philippus. Haec in Appendice describemus.

(1) Fol. 146v legitur nota prorsus similis illi quam exscripsimus ex cod. 14903 (supra, p. 284).

Appendix ad cod. 15031.

Miracula S^ae^ Mariae Magdalenae (Cfr. supra, p. 286 2°).

Et si haec duo aetate recentissima de illustrissimis exempla electa, scilicet de mandibula et caractere, non sufficiant, duo adiciam sanctitate clarissima, aeternae memoriae. Reclusus quidam in Lugduno nobili civitate, quem virum sanctum et virtute potentem commune judicium reputabat, juxta capellam dilectricis Mariae cum intentivis imaginationibus contemplationi et orationi vacaret, dum quae sursum sunt quaereret, meruit sibi revelari dilectam. Unde apprehendens et percipiens mirabilem visionem, vidit per fenestram mediam suo reclusorio et capellae, infra capellam eandem quandam mulierem decoram, formae elegantissimae et mirabilis speciei, in qua nulla erat macula, cum totam corporis speciem sua formositate formaret stola, circumdatam sanctorum in numero copioso eam comitantium individuo comitatu. Quae dum ad eum accedere videbatur, sinceris respiciebat oculis, ad se attrahens virum Dei ut assurgeret puris motibus dilectricis; et quae esset interrogata per eum, se esse asseruit Magdalenam ipsius dilectricem. Qui dum audita non respuit, legationis officio decoratur, ut sex Praedicatoribus (eorum habitum designando), ante fenestram sui reclusorii hora tertiae transituris, ejus nuntiaret mandato ut in eadem capella sibi conventum eligerent, in signum adiciens quod eorum sancta religio sibi in suo peculiari habitaculo sancti Maximini servirent. Succedunt cuncta denique, nec iotha praeteriit omnium quae Maria dixerat viro Dei; sed sicut audivimus, sic et vidimus in civitate et monasterio sancto ejus. Et fratribus transeuntibus dicta sequenti hora, idem sanctus reclusus singula nuntiavit. Qui fideliter ibi suum construxerunt conventum, modernis tamen inde translatum temporibus ad partem aliam civitatis, effecto loco pristino non capaci fratribus ibidem congregatis saepe numero ampliori. Et fratres dicti ordinis, ordine jam distincto, serviunt hodie dilectrici in monasterio beatissimi Maximini, pro quorum victu perpetuo stipendiis regalibus educandis religiosis eisdem religiosus idem princeps munificus [Carolus II] munera non modica dispensavit, insignes construendo basilicam et conventum in aedificiis mirificis et formosis ad dilectricis honorem, eo perficiente cui est miraculosi [huj]us exordii ratio ascribenda, suis consequentiis finem probabiliter concludentis.

Anno Domini millesimo cc° nonagesimo quinto, in civitate Lausanae, provinciae Bisuntinae, Praedicatores a monasterio Verzelaci, credentes se reliquias sacri Mariae corporis habuisse, cum pro fugando daemonio obsessum ad ipsas putativas reliquias adduxissent, daemon, qui Adamnas graece dicitur, latine Pitus, quem sensus * acumine fecit astutum natura et subtilem longa exercitatio, aut revelatione angelica facile comprehendit arcana, rugiens cum indignatione se non sentire Magdalenae praesentiam confitetur et suo mero officio patefecit aperiens veritatem, dum praeter humana consilia dedit testimonium veritati...

* *cod.* census.

ALIA MIRACULA RECENTIORA (Cfr. supra, p. 286, 3°).

Ecce, pater amantissime, hucusque, ut potui, libellum praesentem conscripsi, cujus series sacrumque mysterium suadet mihi paenitenti naufrago paenitendi consilium et ut commissis delicta non adiciam, ne per accumulationem scelerum in mortis retia reinvolvar, quia dum peccatum per lamenta paenitentiae non deletur, ad aliud mox sua attrahit gravitate. Recogitans igitur in spiritus amaritudine annos meos, ne obstinantia et meorum multiplicatione peccaminum me iratus Dominus feriat et brachium suum, sicut ab initio, erigat ut allidat, me ipsum corripio, ut dirigam in conspectu Domini vias meas et exemplo hujus verae paenitentis dilectae reconcilier ad plenum Domino, quem per maculatae vitae actus detestabiles jam offendi, pia voce humiliter deprecans patronam nostram dilectricem dilectam, ut pro me letaliter vulnerato, quasi mortuo et devicto, ad dilectum suum porrigat pias preces quod mortalis ultimum mihi pro sua pietate remittat vitae spatium, quo peccata propria defleam et paenitentia condigna redimam. Mihi victo victor indulgeat, qui me sibi vinctis manibus offero vere victum..... Sed in omnibus firma spes dilectricis meo semper affixa spiritu affuit, quae tamen nuntiandi praebuit, mediandi ministravit materiam, et dedit libello beneficium complementi, anno nativitatis Dominicae millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, indictione octava, nono kalendas augusti, infra octavas festi natalitii nostrae dilectricis Mariae, quae tunc labori meo finem posuit conclusione membranae, Innocentio sexto in summi apostolatus apice praesidente, Karolo quarto pio et catholico imperante, Johanne regnante in Galliis, Ludovico rege, filio principis Tarentini, et Johanna regina, filia Karoli, filii Roberti regis Jerusalem et Siciliae, conjugibus regnantibus comitibusque Provinciae.

De certis singularibus miraculis beatissimae dilectricis.

Porro ne sacra suorum actuum nos moderna exempla praetereant, relinquens historiographis cetera abundantis virtutis suae gloriosa miracula referenda quae verax fama vera prodidit in aperto, in quibus magnificavit Dominus suam dilectam caram et colendam exhibuit universis, quia ego ab ea dotes et gratias suscepi amplissimas ubertate fecundas, ad instructionem et profectum audientium referam....

De miraculo facto actori in civitate Januae.

1. Cum enim dudum, millesimo ccc^mo^ quadragesimo primo Dominicae nativitatis anno, decimo kalendas junii, indictionis undecimae, essem in Janua civitate insigni, nobili sociatus caterva militum et baronum, admirans pulchritudinem civitatis et mirabilem suorum compositionem murorum marmoreis instructam lapidibus innativorum diversitate colorum, et sacras ecclesias religiosasque

domos variis lapidibus in mirificis imaginum caelaturis, infinitaque palatia formosis aedificiis rubricata, postquam vidissemus gemmam illam pretiosissimam scutellam dominicam smaragdi, dum recto tramite moderatis gressibus et compositione matura conferremus nos per plateas civitatis ipsius, et in platea multae latitudinis, ubi fabri armorum fabricant armamenta, dimissis militibus et baronibus memoratis, ego cum socio domum meae declinationis intrassem, ad fenestras in conspectu plateae incipiens dicere horas meas, ad cujus primam instantiam faber ferrarius, cassidam probaturus, fortissimam distendit balistam et sagittam unam destinato ictu super cassidem ipsam mittit, dum in eam ferientis oculus peritus et animus consentiret, sed reverberans ex cassidis firmitate in multitudinem dictorum militum retorquetur, inter quos aderat germanus et uterinus frater mihi carissimus, mecum ab infantia enutritus. Praeventus igitur ab ea spiritu quae erat tanto casui auxilium praestitura, verens futurum ut ille jaculus apprehenderet fratrem meum, ac tremens ac metuens mortis exinde sibi venire discrimen, affluentis devotionis affectu votum vovens recommendavi eum nostrae dilectrici dilectae, ut eum a morte eriperet et a me tolleret materiam lacrimarum. Unde in instanti, priusquam a me non modo nuntius, sed nec verbum potuisset pervenisse ad eum, cum tamen adeo essem propinquus quod eum potuissem vivis vocibus excitare, est actum ut emissus fusticulus volans retrorsum, completurus impetus velocissimum cursum sui, cum non fuisset in loco destinato affixus, fratrem meum in dextera proprio pectori adhaerente, non obliquo sed recto tramite veniens, percussit sine invidia sanguinis, solo rubicundo sti[g]mate derelicto, et in amflexum, quae directo advenerat, non sine magno miro Dei cunctisque stupendo miraculo transvolavit, fide praeambula, spe astante in dilectrice dilecta, per quam haec et alia plura in me, qui ejus omni tempore sum devotus, dignatus est Dominus operari; et pro meo modulo non ingratus votum quod vovi integraliter adimplevi. In tanti igitur perceptione beneficii pariter exultavimus, quibus grandis affuit causa laetitiae, multaque materia jucunditatis evenit; et ex tunc, licet haberem eam caram, immo carissimam, ab antiquo, sic illam animo meo impressi, sic me totum in illius mancipavi obsequium, ut ipsius verba et opera mihi redoleant dulcedinem, lingua ejus velut redundans favus copiose distillans mihi semper suavia documenta propinet.

De miraculo facto actori in Bayano portu.

2. Demum, fere annis quattuor suis decursibus revolutis, videlicet anno millesimo [ccc°] quadragesimo quinto nativitatis Dominicae, kalendas januarii decimo, indictionis quartae decimae, dum a celebri Campagniae urbe Pompeyos, in profundo hiemis, captato quodam die sereno, cum duabus galeis me posuissem in mari, et navigassemus feliciter illa die, altera tamen, juxta Herculanenses columnas navigantes, invalescente ventorum rabie procellosa, intumuit pelagus in fluctus maximos elevatum, et aera obscuritate caliginis facta sunt nimium

tenebrosa, ac tumefacta maria excelsos tolluntur in montes. Cujus rei causa cum nos omnes maximus timor invasisset et tremor, dum videremus nos in mortis discrimine constitutos, juxta Herculanum oppidum, quod jam ruit, ruderibus apparentibus subtus aquas, ad litus Bayanos * devenimus, et nodatis rudentibus mandavimus alligari galeas, quia nubium obscura congeries in plumarum copiis dissoluta et concitati fluctus a ventis molesti plurimum nobis erant. Ideo terram descendimus et diem festum natalitium Salvatoris decrevimus ibi in subterraneis antiquis palatiis, vetustis nimium et ab olim opere musivo plurimum sponsis, devotione qua erat conveniens celebrare. Iter tamen nostrum salutaris propositi prosequi cupientes, rogabam ut ad nos dilecta intenderet et astaret suis consiliis et auxiliis opportunis, et statum in quo pariter tunc eramus ac spiritus anxios piae consolationis officio dulcius solaretur, et imminentem tempestatem evacuari faceret, nobisque pararet tempus navigationi acceptum. Et statim voto per me cum devotione emisso, marina tempestas evanuit et aer undique serenatus vestes exuit et deposuit nubilosos. Dum vero de nostro tractaremus recessu, circa mediam secundae sacratissimae noctis horam fui per velocem cursorem vocatus ut redirem confestim et natum illa die filium regium de sacro fonte levarem. Gratum tunc fuit mihi impedimentum temporis et largiflua bonitas dilectricis, quae nisi cumulum dilectionis amplificet, delictionis se putat defectibus subjacere; cujus precibus, ut credo firmiter, invaluit adversitas et cessavit, ut sacro baptismate regeneraretur filius regius inter humiles manus meas, cum superesset satis temporis itineris percomplendi; et cum ex opposito vicinus satis essem tunc monasterio Cassinensi, memini qualiter Scholastica quondam virgo sacratissima pro Benedicto fratre suo inopinatum imbrem promeruit, ad cujus instar sentii beneficium dilectricis.

*sic.

De miraculo facto actori in plagia Romana.

3. Adveniente vero die altera mensis, sexto kalendas ejusdem, in sui fulgoris lucida claritate, per tubae sonitum reassumptis omnibus in galeas, nos alto pelago committentes et per quinque dies continuos prospere navigantes, sexta die, videlicet kalendas januarii Dominicae circumcisionis, nativitatis octavo, post secundas vigilias ab Eneydo portu, ex urbis opposito, in plagia dicta Romana, discessimus, cum serenus aer nobis navigantibus arrideret. Sed dum putaremus felici navigare progressu, fere post tria miliaria, dum aequora plena securitate sulcarent, cujusdam rabies tempestatis obduxit aerem. Qui cum esset serenus, est subito factus alter, et caelo obducto nubibus, marina tempestas in nostras galeas irruit, quae patentibus periculis biduo perduravit. Nam robusta ventorum acerbitas spiramine multo prosiliit ab aere liquido, serenitate depulsa, et ventis exasperantibus extollebantur variae summitates, crebras spumas eructantes hinc inde, ut ipsae galeae nunc periculosa ima profundi, nunc undarum inflationibus elevatae per fluctus, peterent montuosa cacumina procellarum, deperieruntque

tunc ipsarum galearum plurima armamenta; rugiebat aether in tonitruorum fulgoribus odiosis. Nostra igitur navigia incerto remige nunc huc nunc illuc ferebantur, et noctem illam et duos dies sequentes cum altera nocte intermedia insomnes duximus sine cibo et potu, de morte nostra timentes potius quam
5 sperantes de vita. Excussis igitur remigibus et firmatis themonis, Morganio Isclano perito nauta nimis firmiter ligato ad clavum, advesperascente jam die, galeae ipsae dum vagae periclitarentur marinos inter fluctus, supervenientibus noctis tenebris duplicatis, ab invicem violento divortio segregantur multa acerbitate ventorum; et altera galea, illam in qua eram praecedens, in potentia
10 tempestatis adversae, dum multa fatigatione per mare discurreret, nunc obliqua, nunc recta, a nobis disparuit, vere putantibus ipsam maris hiatibus periisse. Illam vero in qua eram galeam dum dirigeretur coacta ad Africam, quae Lydiae dicitur Barbaria, circa primam secundae noctis vigiliam, fluviali cursu sive currenti a nautis vulgariter nuncupato, arbor, ut creditur, alterius alibi dissutae
15 galeae, ex transverso veniens, cursu suo dissuisset et confregisset in partes, nisi praevalidi cujusdam adolescentis dextera, qui cum clavis rectore supra galeam erat, obviasset cum remo, cum jam omnes fere, ducenti quinquaginta numero, de mandato patroni ad ima descendissemus galeae, portis indistincte firmatis, casum flebilem signantibus ultimatum. Dolebam super omnes non modicum,
20 dum statum nostrum multis involutum turbinibus conspicerem concuti valida tempestate, et non leviter pungebar in tantis angustiis anxietate spiritum collidente, dum vitam nostram in tam vicini discrimine interitus manifesto cernerem infallibilis mortis periculo subjacere. Continue vero capellani mei et ego psalmodiis, letaniis et orationibus vacabamus. Sed jam die sequenti cursum decli-
25 nante ad nonam, patronus ad me venit, cum fletibus nuntians infallibiliter momento perituram galeam, nisi miraculose bonitas divina succurrat, cum ultra nautarum peritia nihil possit, subjungens ut quilibet de salute animae cogitaret. Tunc omnes pariter in voces tenues aestuans nostrum desiderium sonoritate languida resolventes, misericordiam postulabamus de caelo, duris incussionibus
30 stupefacti. Ego autem in summa fiducia dilectricis dilectae, flexis genibus, levatis ad Deum manibus, ipsam invocans dilectricem crebris supplicationibus in fletu et lacrimis, post votum cum devotione emissum, amaro compunctionis gemitu, semifractis verbis et humiliato spiritu postulavi ut non sineret perire tot animas nec ex hac luce migrare tam improvisae mortis calice per nos sumpto, sed illam
35 nobis divinam clementiam impetraret quae apostolorum principem ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit et coapostolum ejus Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberavit, ipsaque pro se et Marcilio principe Provinciae impetravit. Et ecce subito ventus africus invaluit et ex colatis nubibus immensae pluviae diffunduntur; cujus causa placantur maria, quiescunt fluctus, et nobis
40 navigantibus, a mortis laqueis jam erectis, spiritu confortationis assumpto, in dulci eorum planitie blandiuntur. Sic vero invaluit ille ventus, discrimine tamen periculorum abvulso, quod retrocedere nos coegit ad portum civitatis Eneydi

Gaietorum, cum jam sol ad occasum vergebat, noctis tenebras suadendo. Habeo igitur, nec mirum, unde Domino canticum novum cantem, unde immensae laudis hymnum referam Deo meo, unde devotus Conditori concinam cantiones, dum in me ut in singulari alumno haec patrona mea dilecta sicut tactum oculi tolerat impatienter adversa, in necessitatibus meis occurrat libentius, et mihi succurrat, emergentibus calamitatibus, praesidio caritatis maternae.

Die vero secunda post nostram applicationem felicem, altera galea, cassata plurimum et dirupta, ibidem applicuit (quam per altum pelagus cum sagittariis velocibus, ad [s]cindenda maria sua agili virtute praecipuis et ex industria artificiose armatis, feceramus perquiri), referens sinistros singulos casus suos, et post rerum suarum jactum ad insulam Poncias devenisse, quae illi iniquorum iniquo Poncio Pilato praesidi nomen dedit, quam clarissimae quondam feminarum sub Domitiano pro confessione nominis christiani Flaviae Domitillae nobilitavit exilium. Quid demum in portu jam dicto, dum facilitate invigilum inconsulta galea, in qua eram, tota nocte portus latitudinem cum anchoris exaravit, ut mane facto incauti, remigibus destituti, periclitaremur in fluctibus, cum relaxati per pelagus inciperemus vagari et aequora, letifera lumina tangeremus, quae vitae nostrae erant lumina finaliter ablatura? Quid in litore Gallinariae insulae, ubi Martinus, par apostolis, venenati hellebori potionem, quam sumpserat, oratione fugavit, qualiter ullo ligamine prae nimia fluctuatione aquarum in ipso litore vix galeae poterant retineri? Erat enim tempus hiemis tunc in suo pleno * vigore, quo concitati hiemali impugnatione fluctus a ventis undique contrariis undarum inflationibus faciliter intumescunt et subiciunt patentibus odiosis periculis navigantes. Quomodo utrobique invocata virtus potentissima dilectricis potenter affuerit, firma astantium, nunc viventium, assertione monstratur, qui faciunt rem publice communi miraculo comparere. Certe dies prius quam verba mihi deficerent, si singula vellem describere beneficia, quae recepi ab ea. Ideo abstinendum praevidi; sed exprimere non omitto quae singula vota, per me, ut praedixi, emissa, ne inveniret per ingratitudinis vitium corruisse, perfeci ex integro, visitavique specum et sacratissimum corpus ejus in regio Praedicatorum monasterio sanctissimi Maximini, de collatis mihi immensis muneribus gratias, licet indignus, eidem quae liberalissima mihi fuit referens actiones, antequam ad propria remearem.

* *cod.* pigno.

De quodam miraculo in civitate Massiliae.

4. Verum, dum praesentem miraculorum materiam sequerer et dictarem secundum mei ingenii facultatem, quod congrueret vel etiam conveniret ut ad discussionem eorum cum diligentia pervenirem, miro divinae sapientiae consilio ut in devotis beneficia solitae pietatis dilectricis fierent apertius manifesta, quae dilectis suis a dilecto impetrare non cessat, tale contigit miraculum in famosa Massiliae Provinciae civitate, ubi ipsa in summa veneratione habetur per cives,

recensentes suorum concivium regenerationis primaevae et fidei fundamenta, beneficia per eam exhibita in civitate eadem, incessanterque expertos largiflua dona ejus. Homo quidam, nomine Olivarius, oriundus exinde, dum anno nativitatis Dominicae millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, indictionis primae, incautus per viam pergeret, nilque tale metuens nullius insidias vereretur, dum eum incautum pietas sua fallit, sagitta a quodam jaciente emissa in cujusdam balistae fortitudine brachiorum, crudelem nimis porrigit plagam ei, ut et truncus cum ferro in ejus pectore remanserit affixus supra sinistram mamillam. Qui cum se videret letaliter vulneratum, in labore maximo et copia lacrimarum dum utrumque extrahere conaretur, truncum tantum extraxit, ferro in loco remanente affixo. Successu igitur temporis, ferro carni inseparabiliter adhaerente, saniemque cum sanguine ipso vulnere emittente, continue confundebatur cotidiano dolore, et non quiescens, in multis angustiis et clamoribus ululabat, ut nullus tot dolorosas voces audire per tolerantiam diu posset, cum die noctuque lamentis vacaret et lacrimis. Ideo vicinus casui, dum taliter mortiferae punctionis obsidione constringitur, breviter mori cupit, tamquam ille qui comprimitur nimium prae dolore, quia letifer humor ille, qui per occultas insidias mittebatur, se per angusta venarum itinera impingebat, dum invalescit et occupat quem impugnat mortis nuntius, serpensque paulatim effundebat interemptionis venenum. Ad cujus curam farinatum frustra apponitur, cum nullum conferat remedium seu medelam, dum emplaustris vel fomentis occurrere non proficiat, cauterium, finale surgicorum remedium, morbum non incidat, aut virtus lapidum seu herbarum remedia nulla parerent. Dein inter ipsas doloris angustias moribundus in voce quasi deficiens, et qui mortis proximae dentem sentit, totus aspersus in lacrimis, amplius vivere non affectat, nisi sanetur in brevi, dum nec ferro curandum se videt et in experimento artis non invenit sanitatem, et jam longis diebus et continuis annis fere septem et amplius vacaverit huic laborioso certamini, assidue invocans dilectricem dilectam. Sed demum ad tutiora declinans remedia, expressius votum vovit, sperans firmiter dilectae se conservari auxilio et suis sanctissimis precibus et meritis recipere sanitatem, supplicans ut ferrum a vulnere sui tollatur pectoris et a tam crudelis languoris faucibus liberetur. Et ecce in actu dum sui voti promulgasset arcana, ferrum ipsum velut cujuspiam imperio vel impulsu ab intrinseco emissum prosiliit, potenti manu, ut pie creditur, indevictae virtutis Mariae, cunctis stupentibus in tanto prodigio, quod dilectae suae precibus, in hujus necessitatis articulo, qui ad salutem hominum vulnerat et medetur dignatus est operari dilectus, et sauciato seu languido in reliquo opem parat verus Samaritanus, vinum vulneri superinfundens et oleum pietatis, ut per ejus beneficium brevi tempore infirmitas exhausta furoribus ad convalescentiae blandimenta pervenerit, relicto tamen vestigio cicatricis in testimonium rei gestae, profecto quia medicus dignior et insignis occurrit. Perfecte igitur restitutus pristinae sanitati, non immemor beneficii tam immensi, sed sciens se ex eo teneri obligationis antidoto dilectrici Mariae, in die natalicii festi

ejus ad monasterium Praedicatorum regium Sancti Maximini advenit, voti sui pro collato munere fidem implens et coram sacratissimo corpore agens gratias, priore et conventu praesentibus multisque aliis astantibus suo juramento memorata firmavit, ea comprobans testimoniis fide dignis, anno praesenti millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto nativitatis Dominicae, undecimo kalendas augusti, indictionis octavae. Cujus exemplo humiliter supplicemus ut nos a sagitta percussos et ab inferni latronibus plagis impositis semivivos in via hujus peregrinationis relictos ad stabulum deferre Ecclesiae triumphantis, precibus dilectricis, verus Samaritanus dignetur regnaturos per omnia saecula saeculorum. Amen.

DCLXIX. Codex signatus num. 15032.

Olim San-Vict. 481.

Foliorum 124 (praeter insiticium unum in capite), min. (0m,23×0,16), lineis plenis, exaratus saec. X.

1° [Sulpicii Severi scripta de S. Martino] (fol. 1r-53r).*

2° [Inscriptiones de S. Martino] (fol. 53r-56v).*

Cum descriptione basilicae.

3° Vita sancti ac beatissimi Briccii episcopi et confessoris (fol. 57r-58v).*

4° [Excerpta ex Gregorio Turonensi de gloria postuma S. Martini] (fol. 58v-62v).*

5° [Vita sancti Benedicti] (fol. 64r-87r).*

DCLXX. Codex signatus num. 15033.

Olim San-Vict. 944.

Foliorum 245 quorum priora 20 excisa sunt, et eorum loco additum folium unum insiticium), min. (0m,20×0,15), lineis plenis, exaratus (fol. 21-28) saec. XII et fol. 29-37 saec. XIII.

1° Vita sancti Evurtii episcopi et confessoris Aurelianis (fol. 21r-28v).

Deest prologus.

2° [Miracula sancti Richardi episcopi Cicestriensis] (fol. 29r-36v).

Continentur sermonibus duobus, quorum alter (fol. 29r-32r) *In translatione sancti Richardi*, alter (fol. 32r-36v) *In die depositionis beati Richardi* legendus inscribitur. Haec miracula, majori ex parte inedita, descripta videsis in Appendice.

3° De sancto Eduardo rege (fol. 37r-37v).

Breve compendium Vitae S. Eduardi confessoris, de quo *Act. SS.*, ad d. 5 Jan., tom. I, p. 290 sqq. Sed perperam dicitur exordio fuisse *regis Edgari filius :* is enim pater fuit S. Eduardi martyris, de quo ibid., ad d. 18 Mart., tom. II, p. 638 sqq.

Appendix ad cod. 15033.

Miracula S. Richardi (Cfr. supra, 2°).

In translatione sancti Richardi Cicestriensis.

1. Ob honorem Dei omnipotentis ejusque genetricis beatae virginis Mariae et omnium sanctorum, et praecipue sancti Richardi, mirabilia quae gesta sunt in ejusdem sancti Richardi translatione praesenti schedula enodantur. Accidit in crastino translationis sancti Richardi quod quidam vallettus firmaculum aureum et annulum ad feretrum beati Richardi per dominum suum transmissa in bursa gestaret, et in nimia hominum multitudine constitutus, indiscrete se habens quoad custodiam jocalium praedictorum, repperit bursam suam per medium amputatam. Ipse vallettus anxius et dolens rogabat sanctum Richardum ut sui misertus eadem jocalia sibi restitueret, ne eorundem perditio suae fatuitati, quin potius infidelitati, sibi a suo domino imputaretur et in suam confusionem et scandalum redundaret. Et dum haec devote deprecaretur, quendam sibi astantem, quem super hoc habebat suspectum, alloquebatur, dicens : *Tu amputasti bursam meam.* Et ille respondit : *Verum est ;* et bursam cum jocalibus antedicto valleto restituit. Ipse vero valletus, gratias agens Deo et beato Richardo, ministerium sibi commissum fideliter adimplevit.

2. Quidam miles, nomine Rogerus, infirmitate gravatus, mente stupuit alienatus, et per suos familiares sibi astantes ad sanctum Richardum mensuratus, plicato cum devotione super caput ejus denario, in ipso momento totum* convaluit. Et sanus factus omnino, ad feretrum sancti Richardi cum suis oblationibus et imagine cerea veniens in crastino translationis ejusdem sancti Richardi, hoc omnibus ibidem existentibus denuntiavit, gratias referens Deo altissimo et sancto Richardo ipsius sanctissimo confessori.

* *sic.*

3. Accidit etiam in crastino translationis sancti Richardi quod quidam miles, nomine Andreas Wale, veniens ad feretrum sancti Richardi, exposuit ibidem coram procuratoribus negotiatorum beati Richardi et aliis multis quod quidam vallettus suus in injuriam sancti Richardi quaedam verba derisoria quadam dixit levitate, quae tamen animo ignorabat. Quod factum impune non retraxit, sed in amentiam versus acriter urgebatur. Demum cum idem miles dominus suus ipsum patientem ad sanctum Richardum humiliter devovisset et supra caput suum denarium cum devotione complicasset, statim ab infirmitate convaluit, compos mentis effectus et sanitati pristinae restitutus plenarie, gratias agens Deo et sancto Richardo, qui ipsum a tanta passione liberavit.

4. Accidit etiam die tertia post translationem sancti Richardi quod quaedam mulier de Wyntonn, Alicia nomine, detulerit ad feretrum ejusdem sancti filium suum, Walterum nomine, surdum et mutum, habentem circiter XII annos, qui numquam audierat nec locutus fuerat, ut multorum testimonio ostensum fuerat, in ecclesia Cicestrae. Et cum ad idem feretrum per horam modicam jacuisset, audivit et locutus est, multis astantibus videntibus et audientibus et Deum benedicentibus, qui meritis beati Richardi surdos fecit audire et mutos loqui.

5. Accidit eodem die quod quaedam vetula de Ralretonn, per multos annos antea existens furiosa, more canis rabidi vultu retorto homines est aggressa quantum potuit. Et cum paululum sub eodem feretro per virum suum, qui eam ducebat, fuisset detenta, sanitati pristinae restituta est et compos mentis facta, gratias Deo referens altissimo et sancto Richardo.

6. Die sabbati proxima post translationem sancti Richardi venit ad ecclesiam Cicestrae quaedam puella de Wyntonn, nomine Matillis, filia Adelae Gardemir dicti *; quae quaedam * Matillis sinistrum brachium et digitos manus quidem habuit contractas * et sinistram partem corporis percussam paralysi. Et cum caput reverendum sancti Richardi devote oscularetur et manum contractam et digitos retortos super caput sanctissimum gratia recuperandae sanitatis poneret cum devotione, digitos antea contractos in directum extendit, similiter et brachium, et in ipso tactu capitis sanctissimi Richardi totius corporis sui sanitatem plenissime recuperavit. Praesentibus testibus Waltero Delemayn, domna Alicia uxore Johannis Delemayn, quae eandem puellam educavit, Laurentio filio dictae Aliciae, Johanne Longo, Thoma Palmigero, et multis aliis de civitate Wyntonn. Qui rettulerunt ibidem de quadam puella prolapsa in amnem et mortua, et per amicos suos ad sanctum Richardum devote mensurata. Post unius horae spatium ex quo fuit mortua et ipsam devotionem et mensurationem incontinenti resurgit sana facta omnino, gratias Deo referens et beato Richardo, cujus meritis vita sibi fuerat restituta.

* *sic.*
* *sic.*

7. Die veneris ante festum apostolorum Petri et Pauli quidam vallettus, dictus Lesage, veniens ad feretrum sancti Richardi, rettulit ibidem coram multis quid sibi acciderat, postulans ut ascriberetur et memoriae commendaretur. Accidit enim quod cum staret in obsequio domni Galfridi de Leulenore, sinistrum bra-

chium suum apud Northamtone per infortium est confractum per duo loca a cubitu, supra et etiam infra, et cubitus illius fuerat dislocatus. Quaesito sirsurgico * et adhibita omni arte sirsurgiae, nihil profuit, sed de malo in pejus dolor ipsius magis ac magis vehementer invaluit. Caro enim praedicti brachii siccata est in tantum ut, si pungeretur cultello, non sentiebat acutum nec quicquam sanguinis profluebat. Spretusque a sirsurgico supradicto, alium quaesivit, quem in arte illa credidit peritiorem. Qui viso brachio et omnibus circumstantiis aliis suae passionis, dicebat nullum alium consilium superesse nisi quod idem brachium tamquam membrum putridum, insanabile, a corpore omnino abscinderetur, dicens quod hominis artificio vel ingenio nulla poterat ratione curari. Et dum haec agerentur, quidam nobilis et potens, frater ejusdem patientis, ad memoriam reducens quanta Deus mirabilia meritis beati Richardi fuerat operatus, dicebat fratri suo : *Ecce omni humano consilio es destitutus. Conferas te ad supremum medicorum omnium medicum, Deum videlicet omnipotentem, rogans humiliter et devote ut meritis beati Richardi confessoris sui, pro quo inaudita mirabilia operatus est, te ab ista relevet passione.* Ipse autem, consilio fratris sui, cum magna devotione et cordis contritione ad sanctum Richardum suppliciter se devovit ; et in ictu oculi, facta mensuratione brachii supradicti, statim se sentiebat alleviatum. Gratias Deo et beato Richardo referens, incontinenti ad eundem sanctum iter arripuit. Cumque ad tumbam sancti pervenisset, manum brachii ejusdem ad os erexit, carne brachii, prius mortificata, pristinae reddita sanitati ; et in tantum convaluit quod ab illa die non malum passus est, sed ad usum humanis necessitatibus ordinatum aeque habile, utile, firmum et robustum habuit idem brachium sicut et aliud, quod et semper incolume remanebat.

* *sic.*

8. Accidit etiam parum ante translationem sancti Richardi quod vir quidam, Willelmus nomine, de Cantia, qui per octo annorum spatium fuerat excaecatus, gratia luminis recuperandi apud Evesham se devovit. Cumque illuc accedere decrevisset, [et] in eundo apud Oxoniam pervenisset, videbatur sibi in somnis ibidem quod quidam vir venerandae canitiei sibi apparuit, ipsum interrogans ubi tenderet et ob quam causam. Cui cum respondisset apud Evesham se iturum gratia visus recuperandi, dixit senior : *Visum tuum apud Evesham non habebis, sed quaeras sanctum Richardum apud Cicestre cum devotione, et Deo propitio ipsius sancti Richardi meritis et adjutorio, ibidem visus tuus integer tibi restituatur.* Qui mane facto visionem illam seu monitionem parvipendens, et iter inceptum peragens, apud Chepingenortonn in nocte sequenti moram traxit. Et cum ibidem obdormisset, apparuit ei senior supradictus, ipsum redarguens pro eo quod sibi jussum fuerat non implesset, iterato praecipiens ut apud Cicestre accederet, visum amissum per sanctum Richardum sibi restitui repromisit. Qui expergefactus, de iterata visione laetior et certior effectus, sanctum disposuit adire Richardum. Verum quia locus de Evesham de Chepingenortonn non multum distat, illuc accedens et fere per octo dies ibidem moram

faciens, quod dudum voverat adimplevit. Et cum nihil proficeret exspectando, sed omni spe frustratus ibidem luminis retrahendi, Oxoniam remeavit, et itineris* duce quaesito*, Cicestre usque pervenit. Quadam die sabbati et nocte dominica sequente pernoctans ibidem, in mane, cum missarum sollemnia celebrarentur, ipsius oculi sunt aperti, confracta et diruta quadam tela quae super ipsius oculos antea fuerat superducta. Cujus telae fractura, vestigia autem fracturae praedictae telae satis tunc praesentibus apparebant. Qui jam per octo annos antea semper oculos clausos habebat. Quibus apertis, ut dictum est, primo vidit imaginem crucifixi et lumina ecclesiae, et discernens hominem ab homine, Deum adoravit et sanctum Richardum, cujus meritis et precibus visum acceperat sibi misericorditer repromissum, ut superius est praemissum. Et qui praesens fuit haec vidit, testimonium super his perhibuit veritati.

* *cod.* itinere.
* *cod.* quieto.

9. In capite. Accidit in crastino translationis ejusdem sancti Richardi quod quidam clericus, nomine Robertus, de Wistianestonn, commensalis et consiliarius domni Stephani episcopi Cicestrae, sanus et hilaris ecclesiam Cicestrensem ingressus est, et salutata beata Virgine, transitum fecit per feretrum beati Richardi, dicens corde et ore : *Si sanctus Richardus vere sanctus sit, operetur Deus mirabilia pro eo evidenter, ut ipsius sanctitas hominibus fide appareat oculata.* Dictus vero clericus de ipsius sanctitate haesitabat. Nec multo post lingua ejusdem clerici coepit decurtari et palato ipsius adhaerere, nec loqui poterat ullum verbum. Ipse autem clericus, anxius et tristis, rogavit Deum et sanctum Richardum in corde suo ut restituta sibi lingua posset sua crimina confiteri. Et immissa aqua modica in os suum, loquebatur idem clericus paululum et confessus est. Facta autem sua confessione, loquelam perdidit iterato. Currensque ad tumbam sancti Richardi, ibidem se projecit. Dolor enim ejus coepit ingruere vehementer, et alienatus mente, volutans et vociferans indiscrete more furiosi, ad tumbam sancti Richardi postmodum raptus fuit in spiritu et audivit quasi vocem hominis supplicantis et compatientis. Ipse autem clericus, intellegens sanctum adesse Richardum sibi in adjutorium, rogavit eundem sanctum, dicens : *Sancte Richarde, adjuva me, salva me, ora pro me. Quid faciam ? Quid dicam, quid cogitabo ut liberer ab ista miserrima passione ?* Cui sanctus Richardus dixit : *Dicas orationem dominicam* ; et dixit. Ipse autem sanctus eandem orationem cum *Ave Maria* et *Credo* de verbo ad verbum, ut sibi videbatur, totaliter recitavit. Et quia sanctus in dicendo loquebatur voce demissa, rogavit eum, dicens : *Sancte Richarde, dic altius, quia non bene audio ; auditus enim meus ex una parte obturatus est.* Et dixit ei sanctus : *Tu audies melius.* Adjecit etiam : *Recogita tecum si sis in aliquo peccato, et iterum confitearis.* Quod et factum est. Et videbatur clerico quod quaedam aura levis et dulcis fragrantia miri odoris exibat de tumba sancti Richardi, et sibi refrigerium magnum dabat. Qui aperto ore dulcedinem illam suscepit per septem vices in majoribus aggressionibus suae passionis. Et praecepit ei sanctus Richardus ut diceret psalmum *Magnificat.* Et dixit sancto clericus : *Quid cogitabo ?* Et dixit

ei sanctus : *Cogita de passione Christi*; et cogitavit. Tandem adveniente domino suo, videlicet domno Stephano episcopo Cicestrae, et caput sancti Richardi deferente, dixit clericus : *Confiteor Deo* et cetera, prout loqui poterat. Et audita confessione, domnus Stephanus episcopus absolvit eum. Idem etiam clericus caput sancti Richardi devote osculabatur; et exinde se melius habens, caput suum in tumbam sancti intromisit, et paululum obdormivit. His itaque habitis, dixit clerico praedicto sanctus Richardus : *Ex nunc sis bonus, et gratias Deo et virgini Mariae et caelesti societati* [*age*]. *Sanus enim factus es.* Et per verba absolutionis sanctus clericum dimisit. Clericus autem, ad cor et corpus reversus, compos mentis factus est, et lingua sibi plane restituta est cum auditu et aliis sensibus omnibus, et illo momento in totum convaluit. Benedictus Deus.

DCLXXI. Codex signatus num. 15034.

Olim San-Vict. 945.

Foliorum 152 (praeter insiticium unum in capite), min. (0m,225×0,16), partim lineis plenis, partim (a fol. 32) columnis binis, exaratus duplici manu saec. XIII.

1° Vita beati Marculfi confessoris Christi atque abbatis [Nantensis] (fol. 1r-13v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Maii, tom. I, p. 70-75.

2° Sermo in natali sancti Marculfi de lucerna in ecclesia ejus divinitus accensa (fol. 13v-17v).

Ed. ibid., tom. VII, p. 531-33.

3° Miracula sancti Marculfi confessoris modernis temporibus facta (fol. 17v-21v).

Ed. ibid., p. 533-39.

DCLXXII. Codex signatus num. 15035.

Olim San-Vict. 658.

Constat duplici codicillo. Prior, qui solus hagiographica continet, foliorum est 47, min. (0m,195×0,145), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Vita sancti Roberti confessoris Christi atque abbatis [Casae Dei] (fol. 1r-12v).

Auctore Marbodo, ed. *Act. SS.*, ad d. 24 April., tom. III, p. 317-22.

2° [Ejusdem miracula post mortem] (fol. 12v-25v).

Auctore eodem, ed. ibid., p. 322-26. Inscriptus est prologus *Domino vere sancto et in Christi membris Marbodus unice amplectendo sibi abbati M. peccator.*

3° Liber tripertitus [de miraculis] beati Roberti abbatis Casae Dei (fol. 25v-42r).

Auctore Bertrando, ed. ibid., p. 326-33. Sequitur (fol. 42v-43v) officium S. Marbodi.

DCLXXIII. Codex signatus num. 15036.

Olim San-Vict. 730.

Foliorum 61 (praeter duo insiticia in capite et duo ad calcem), min. (0m,24× 0,165), lineis plenis, exaratus extr. saec. XII.

Totum codicem complet

[Vita sancti Bernardi abbatis Claraevallensis.]

Auctore Alano, ed. P. L., tom. CLXXXV, p. 469-524.

DCLXXIV. Codex signatus num. 15038.

Olim San-Vict. 893.

Foliorum 177 (praeter insiticia sex in capite), min. (0m,26×0,175), partim columnis binis (fol. 1-97), partim lineis plenis, exaratus saec. XII.

Liber gestorum Barlaam et Josaphat servorum Dei, editus graeco sermone a Johanne Damasceno viro sancto et erudito (fol. 1r-96v).*

DCLXXV. Codex signatus num. 15039.

Olim San-Vict. 801.

Foliorum 264 (praeter insiticia tria in capite et unum ad calcem), min. (0m,193 ×0,145), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

Vita sancti Malachiae episcopi (fol. 47r-94v).*

Adnexus est sermo *Liquet, dilectissimi...*, ed. P. L., tom. CLXXXIII, p. 486-90.

DCLXXVI. Codex signatus num. 15067.

Olim fuit *Liber iste de libraria communi insignis monasterii beatissimi Martini majoris monasterii Turonensis* (fol. 99v), dein San-Vict. 732.

Foliorum 99, min. (0m,243×0,15), columnis binis, exaratus saec. XIV.

Vita virginis Mariae matris Jesu Christi (fol. 80r-98v).

Consarcinata ex variis locis sanctorum Patrum, nempe Joannis Damasceni, Hieronymi, Athanasii, Augustini etc.

DCLXXVII. Codex signatus num. 15076.

Olim San-Vict. 476.

Foliorum 166, min. (0m,22×0,15), partim (fol. 1-86) lineis plenis, partim (fol. 88-166) columnis binis, exaratus diversis manibus saec. XIII.

1° Passio sancti Juliani martyris [in Arvernia], quae colitur v° kalendas septembris (fol. 80r-82r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Aug., tom. VI, p. 174-75. Om. num. 7, praeter ultimam sententiam. Sequuntur (fol. 82r-86v) excerpta ex libro Gregorii Turonensis *De miraculis sancti Juliani* ed. ibid., p. 176 sqq.

2° Vita sancti Brendani abbatis (fol. 88r-101v).*

DCLXXVIII. Codex signatus num. 15135.

Olim San-Vict. 548.

Foliorum 261 (sed avulsa sunt folia 25-35, 41-71, 96-112), min. (0m,153×0,123), ex diversis laciniis compositus, exscriptis saec. XIII, XIV, XV.

1° [Translatio sancti Nicolai] (fol. 13r-21r).

Compendium editionis Surianae ad d. 9 Maii. Annexum est officium in translatione S. Nicolai (fol. 21v-24r).

2° Passio sancti Cyrici et [Julittae] matris ejus (fol. 36r-40v).

Narratio contractior, sed affinis passioni editae *Act. SS.*, ad d. 16 Jun., tom. III, p. 28-33. Desinit mutila, foliis avulsis.

DCLXXIX. Codex signatus num. 15149.

Olim San-Vict. 653.

Foliorum 192 (praeter unum insiticium in capite, et fol. 41bis notato), min. (0m,206×0,145), compactus ex laciniis aliis alio tempore exaratis; pars hagiographica pertinet ad saec. XIII et XIV.

1° Vita domni Geraldi (fol. 17r-43v).

Auctore Odone, ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Oct., tom. VI, p. 300-31.

2° [Passio sanctae Catharinae] (fol. 46r-65v).*

Om. clausula *Ego Athanasius...*

DCLXXX. Codex signatus num. 15163.

Olim San-Vict. 670.

Chartaceus, foliorum 243 (sed desunt folia 3-120, et ordine foliorum inverso in compingendo libro, fol. 169-80 posita sunt ante fol. 145-168), min. (0m,213×0,145), partim lineis plenis, partim columnis binis, exaratus saec. XV.

[Miracula B. Mariae Virginis] (fol. 144v-180r).

Nempe series duplex : altera, oratione soluta, triginta sex miraculorum, quorum primum est *de Theophilo* et ultimum *De quodam rustico* ; altera metrica, decem et octo miraculorum, quorum primum est *De quadam virgine moniali*, ultimum vero *De quodam mendico amico*.

DCLXXXI. Codex signatus num. 15425.

Olim Sorbonensis 907.

Foliorum 144, maj. (0m,38×0,27), columnis binis, exaratus saec. XII.

[Vita Caroli magni] (fol. 106v-113v).*

Auctore Einhardo.

DCLXXXII. Codex signatus num. 15436.

Olim *Emptum capitulo sancti Marcelli Parisiensis Petrus de Blager, doctor et socius Sorbonicus, domus Sorbonae procurator et Sancti Marcelli canonicus, dono dedit Bibliothecae Sorbonicae anno Christi 1667* (fol. 189v). Inde Sorbon. 1282.

Foliorum 189, maj. (0m,47×0,34), columnis binis, exaratus saec. XI (praeter folia 1-11, exarata saec. XIV).

1° Legenda in conceptione beatae Mariae virginis (fol. 1r-2v).

Ex *Legenda Aurea.*

2° Vita sanctae Aureae virginis, quae est IIII nonas octobris (fol. 12r-14v).

Ut supra in cod. 11749 (p. 11, 22°). Sed hic inc. *In diebus illis Dagoberti excellentissimi Francorum regis erat quaedam puellula christianissima, nomine Aurea, nobilissimis siquidem natalibus orta, in partibus Orientis.*

3° Vita sancti Apollinaris episcopi [Valentini] et confessoris (fol. 14v-17r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 5 Oct., tom. III, p. 58-62.

4° Passio sanctorum martyrum Sergii et Bacchi, quae est die VII° octobris (fol. 17r-22r).*

5° Passio sanctae Fidis virginis et martyris, quae est II nonas octobris (fol. 22r-24r).*

Aliquanto contractior.

6° Passio sancti ac beatissimi Demetrii martyris, quae recolitur VIII idus octobris (fol. 24r-25r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Oct., tom. IV, p. 88-89. Om. prologus.

7° Actus sanctae Pelagiae, quae peccatrix appellatur, quod est VIII idus octobris (fol. 25r-29r).

Stilo non parum discrepat a Passione ed. ibid., p. 261-66; lectio codicis videtur praestantior.

8° Passio sancti Domnini martyris, quae est VII idus octobris (fol. 29r-29v).

Ed. ibid., ad d. 9 Oct., p. 991-92. Omm. ea omnia quae minus spectant ad sancti historiam.

9° Passio sancti Dionysii (fol. 29ᵛ-42ʳ).*

Auctore Hilduino.

10° Lectiones in octavis sancti Dionysii de sancto Antonino atque Sanctino (fol. 42ᵛ-43ʳ).

Pars epist. Hincmari, ed. *Act. SS.*, tom. V Oct., p. 586-88, scilicet num. 9-13.

11° Passio sancti Nicasii martyris cum sociis suis, quae est v idus octobris (fol. 43ᵛ-46ᵛ).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. I, p. 628-32. Num. 1 paulo prolixius refertur adventus S. Dionysii Romam.

12° Vita sancti Geraldi confessoris (fol. 46ʳ-49ʳ et fol. 52ʳ-52ᵛ).

Vitae ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Oct., tom. VI, p. 300 sqq., numm. 5-15, 18 (omisso fine), 88 (omisso initio), et fragmenta numm. 93, 94.

13° Passio sancti Calixti papae et martyris, quae est mense octobri die XIIII (fol. 52ᵛ-53ʳ).*

Omm. ea omnia quae minus pertinent ad ipsam sancti passionem.

14° Actus sancti Lucae evangelistae, quod est XV kalendas novembris (fol. 53ʳ-55ᵛ).

Inc. *Gloriosus igitur evangelista Jesu Christi Lucas, natione Syrus, Antiocensis, arte nihilominus medicus, discipulus apostolorum fuit. Quorum etiam actus, prout vidit, lucido disertoque sermone prosecutus...*

15° Vita sancti Severini Treverensis episcopi, quae est X kalendas [novembris] (fol. 55ᵛ-57ʳ).

Compendium Vitae ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Oct., tom. X, p. 56 sqq. Inc. *Beatissimi igitur Severini antistitis, fratres carissimi, sollemnitatem celebrantes, decet nos cum summa devotione ejus deprecari clementiam....*

16° Vita sancti Maglorii episcopi, quae est VIIII kalendas novembris (fol. 57ʳ-69ᵛ).

Ed. ibid., ad d. 24 Oct., p. 782-91. Sed num. 4, num. 5 et ante num. 18 non pauca paraenetica ad ornatum inserta sunt. Praeterea post num. 26 leguntur (fol. 66ʳ-68ᵛ) miracula quattuor, quorum primum, *De servo Sulini a pisce liberato*, editum est *Anal. Boll.*, tom. VIII, p. 379-81; tria reliqua, adhuc inedita, legesis infra in Appendice, sicut et alia duo addita post num. 28 (fol. 69ʳ-69ᵛ).

17° Qualiter corpus ejus a Sargia insula ad Britanniam translatum est (fol. 69ᵛ-72ʳ).

Ed. ex hoc cod. *Anal. Boll.*, tom. VIII, p. 372-78. Sed *a*) praefixus est hic prologus : *Descriptis utcumque sancti Maglorii quibusdam miraculis et*

virtutibus, quibus apud Sargiam conversatus, non solum in vita, sed etiam post obitum, nomen ejus celebre multis regionibus enituit, qualiter sacrosanctum corpus illius ad Britanniam Domino ducente ductum est, veridicis litterarum caracteribus intimare [*juvat*]. *b*) In fine adjecta sunt quaedam paraenetica. *c*) Subjuncta sunt (fol. 72r-75v) miracula, hactenus inedita, quae legesis infra in Appendice.

18° Passio sancti Longini martyris, qui latus Domini in cruce perforavit, quae est idus martii (fol. 76r-77v).*

19° Vita sancti Martini abbatis [Vertavensis], quae [est] VIII kalendas novembris (fol. 77-v81v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Oct., tom. X, p. 806-10. Desinit in verbis *Adeptus est gaudium* (num. 18, lin. 26).

20° Miracula [ejusdem] post mortem (fol. 81v-84r).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 375-76, numm. 1-4, 6 et p. 690-91, num. 12-16. Praefixus est prologus qui in ed. desideratur. Vid. infra Append.

21° Vita sancti Paulini Treverorum episcopi, quae est pridie kalendas septembris (fol. 84v-86r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Aug., tom. VI, p. 676-79. Sed *a*) num. 6 omissa sunt ea quae sequuntur post verba *basilica sepelivit*; *b*) numm. 8 et 9 item omissa sunt ea quae non sunt de sancto Paulino; *c*) Vita desinit in verbis *audiretur et planctus* (num. 18 in.).

22° Passio sanctorum martyrum Crispini et Crispiniani, quae est VIII kalendas novembris (fol. 86r-88r).*

23° Passio sanctorum apostolorum Simonis et Judae, quae est V kalendas novembris (fol. 88r-93r).*

24° Passio sancti Lucani martyris, quae est III kalendas novembris (fol. 93r-94v).

De qua *Act. SS.*, ad d. 30 Oct., tom. XIII, p. 246-47, num. 8-10. Inc. *Adolescente divina misericordia per IIII mundi climata promulgata sunt gesta sanctorum martyrum, atque ex eorum veneranda doctrina sancta praecellit Ecclesia...*

25° Passio sancti Quintini martyris, quae est II kalendas novembris (fol. 94v-97v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Oct., tom. XIII, p. 794-99, num. 1-18.

26° Passio sancti Benigni martyris, quae est kalendis novembris (fol. 98r-99r).

Ed. ope hujus cod. ibid., ad d. 1 Nov., tom. I, p. 155-59 (Passio IV).

27° Vita sancti Marcelli episcopi et confessoris (fol. 99v-102r).

Ed. ope hujus cod. ibid., p. 263-66.

28° Passio sancti Caesarii diaconi et martyris, quae est kalendis novembris (fol. 102r-104r).

Ed. ope hujus cod. ibid., p. 106-17 (Passio I).

29° Vita sancti Maturini confessoris, quae est kalendis novembris (fol. 104r-107v).

Ed. ope hujus cod. ibid., p. 250-55.

30° Passio sancti Eustachii martyris, mense novembris die II (fol. 108r-113v).*

Omm. prol. et ea quae in ed. uncinis sunt inclusa.

31° Passio sancti Theodori presbyteri et martyris, quae est idus novembris (fol. 113v-115v).*

32° Passio sanctorum quattuor coronatorum, Claudii, Nicostrati, Symphroniani et Castorii, quae est VI idus novembris (fol. 116r-119v).*

33° Passio sancti Mennae martyris, quae est die XI mensis novembris (fol. 119v-121v).*

34° [Sulpicii Severi scripta de S. Martino] (fol. 121v-155v).*

Post prologum ante Vitam S. Martini, leguntur haec disticha :

Scemate praeliquido Martini floscula gestans
Emicat iste sui comptus honore liber,
Quem recolit totus dimenso climate cosmus,
Coetus et astra tenens concrepat angelicus.

Et inserta sunt, ut saepe alias,

35° [Excerpta ex Gregorio Turonensi de gloria postuma S. Martini] (fol. 133v-135v).*

36° Vita sancti Briccii episcopi et confessoris (fol. 155v-156v).*

37° Vita sancti Gendulfi episcopi (fol. 157v-160r).

Ed. supra ex cod. 5555 (tom. II, p. 252-55). Sed hic. om. prol., et Vita desinit in verbis *sub die idus novembris* (num. 13 extr.).

38° Vita sancti Alexii hominis Dei, quae est VII die mensis julii (fol. 160r-162v).*

39° Passio sancti Victoris martyris, quae est VIII idus maii (fol. 162v-164v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Maii, tom. II, p. 288-90. In cod. leguntur signata ibid., p. 290, ann. *r*.

40° Passio sancti Albani martyris (fol. 164v-166r).*

41° Vita sancti Aniani episcopi et confessoris (fol. 166r-168v).

Ed. ap. Theiner, *Saint-Aignan ou le siège d'Orléans*, p. 27-33. Hic illic add. nonnulla paraenetica.

42° Passio sanctae Caeciliae virginis et martyris, quae est X kalendas decembris (fol. 168v-172r).*

43° Vita et passio sancti Clementis episcopi et martyris, quae est VIIII kalendas decembris (fol. 172r-175v).*

Praemissa est notitia de S. Clemente ex *Libro Pontificali*.

44° Expositio beati Gregorii episcopi Turonensis libri miraculorum beati Clementis martyris (fol. 175r-175v et 178r).

Lib. *In gloria martyrum* cap. 35, praeposito prologo Mombritiano.

45° Vita sancti Aviti confessoris, quae est XV kalendas julii (fol. 176r-177v et fol. 186r-186v).

Ed. ex cod. Brux. 98-100, *Cat. Brux.*, tom. I, p. 57-63. Om. num. 10 et numm. 11 ac 12 paucissimis verbis contracti sunt.

46° Passio sancti Saturnini martyris, quod est tertio kalendas decembris (fol. 178r-178v).

Nonnullis omissis, desumpta ex Passionis sancti Marcelli papae num. 1-8.

47° Passio sancti Andreae apostoli, quae est II kalendas decembris (fol. 178v-181r).*

Epistola ecclesiae Achaiae.

48° Vita sancti Maximini abbatis [Miciacensis], quae est XVIII kalendas januarii (fol. 181r-185v).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 381-91. Omm. prologus, numm. 18, 19 et 20 (praeter ultimam phrasim, *Jam vero...*), 24-28, 35, 36, et pars prior num. 37.

49° Vita sancti Nicholai episcopi et confessoris (fol. 186v-189r).*

Mutila desinit num. 6 init.

Appendix ad cod. 15436.

Miracula S. Maglorii (Cfr. supra, p. 304, 16°).

De inruptione paganorum in Sargiam et de incolis per sanctum Maglorium liberatis. — Quodam itaque tempore, excrescente rabie paganorum, incredibilis multitudo Normannorum, devastatis multis regionibus, ab aquiloni plaga proficiscens, longa levigatione ad Sargiam usque delata est. Quorum adventu tam inopinato incolae perterriti, ut pestem evadere possent, contulerunt se ad quendam angiportum super crepidinem maris inter scopulos situm, ubi sanctus frequenter furtivas exercebat orationes. Cumque sanctus vir intrepidus causam fugae didicisset, suadebat illis fortiter se defendere et pro amore patriae, si ita res exigeret, dulces animas ut milites in morte disponere. At illi laeto animo se facturos pollicebantur, si armorum auxilio non essent destituti : nam primo adventu hostium tam inopinato, obliti arma sumere, inermes ad virum Dei confugerant. Tunc sanctus Maglorius, oculis ac manibus in caelum semper intentus, cautem mirae magnitudinis aspiciens, cuspide baculi percussit, et soluta rupe in partes innumeras, manuales lapillos ad usum totius multitudinis Deo cooperante porrexit. Susceptis itaque lapidibus, incolae mox barbaris irruentibus se obviam contulerunt, et emisso imbre lapideo, orante sancto Maglorio flexo poplite, vix ad naves XIIcim confugientibus, ceteram multitudinem orco remiserunt. (*Sequuntur de more quaedam paraenetice dicta.*)

De serpente illecto et exstincto. — Utrius[que] Testamenti doctores divinis paginis instructi, partim verbo [partim] exemplo satis affirmant divinae potestatis insignia, quae Deus omnipotens, cum sit invisibilis et inlocalis, visibiliter et localiter ad posteritatis utilitatem operatur in suis sanctis, silentio non esse praetermittenda. Igitur sancto Maglorio patrocinante retinacula linguae verbi morosae confidens posse dissolvi, nam et vires quas imperitia denegat caritas administrat, silvam patentem ingrediens, paucos ramusculos illius virtutum attingere conabor.

Quodam itaque tempore, dum praefati viri Maglorii virtutibus Sargia celebris haberetur, Angia insula, eidem Sargiae vicina, a quodam serpente silvestria loca et cavernosa incolente latenter devastari coepit. Cumque jam serpentina feritas insulam maxima ex parte devorasset, et nec minis levibus nec carmis* minacibus nec aliquo ingenio posset expelli, incolae triennio, cum uxoribus et parvulis

* *sic*; *leg.* armis?

et omni suppe[lle]ctile fugam arripientes, praefatam insulam vacuam dimiserunt. Tandem inito consilio cum suo principe, qui insulam jure paterno regebat, sancti Maglorii suffragia lacrimabiliter petierunt. Cumque suam querimoniam beatissimo viro Maglorio lugubri voce referrent, humiliter respondisse fertur : *Fratres, ille cui cuncta famulantur elementa, et cujus voluntati nullus potest resistere, propitietur vestris infortuniis, et liberet vos a faucibus immanissimi serpentis. Sed de me, filioli, qui sum peccator et luteus, fragili carne circumdatus, nolite talia postulare, quem nostis proprii corporis potestatem non habere.* At illi vocibus instabant assiduis, ut condolens illorum calamitati, serpentem e cavernis more solito eiceret, et concessa sibi de pestifero angue victoria, eandem terram suae potestati in perpetuum subjugaret. Sanctus itaque Maglorius, nulla cupiditate ductus, sed eorum lacrimis commotus, XII^cim monachos secum ducens, visurus locum simul cum illis perrexit ad litus. Deinde peracto jejunio triduano, strenuos viros et peritos itineris eligens, cum ternis navibus ad petram cavernosam frutice coopertam, ubi pestifer anguis versabatur, divino non humano fretus auxilio, confidenter accessit. Nec mora, serpens, ut erat naturae callidissimae, cognito illorum adventu, quasi hiulco ore more solito capturus intrepidus obviare non timuit. Sanctus vero Maglorius, videns serpentem torvis luminibus, terribili vultu, fulmineis dentibus, lingua minaci, primitus signo sanctae crucis illius impetum repressit, deinde cuspide baculi, quem forte manu gestabat, per medium guttur, Domino cooperante, insanabile vulnus inflixit. Cumque, suadentibus incolis a sancto Maglorio ad supercilium montis ut ovinum pecus duceretur, talibus verbis orabat dicens : *Deus omnipotens, qui condolens homini fraude serpentina decepto, colla squamea serpentis calcare praecepisti pedibus femineis, cujus praeceptis obtemperat apis somnifera, hemorrois sanguiflua, chersidros aquatica, ophites arenosa, dipsas torrida, biceps amphisibena, et natrix aquae violator, et jaculi volucres, et praester avidus, et seps tabificus, vacuaque regnans in aula basiliscus, et omnia genera draconum, hunc serpentem lividum, humani generis inimicum, tua virtute ineffabili prosterne, ut ablata sibi vulnifica potestate, nullatenus ei liceat tuis fidelibus in antea nocere.* Ad hanc vocem cunctis respondentibus *Amen*, omne venenum in viridi gramine serpens evomuit, per devexa et petrosa montis latera se praecipitans, dissolutis membris minutatim coram cunctis astantibus per virtutem sancti Maglorii, suffragante Domino nostro Jesu Christo, vitam funditus exhalavit. Quo viso, incolae una cum suo principe voluti, obnixis precibus precabantur ut totam insulam a serpente liberatam sibi in perpetuum titularet. Quo audito, sanctus Maglorius tristis effectus, multum ingemuit, humili voce constans tale miraculum non suae virtuti sed illorum devotioni a Domino Jesu Christo fuisse concessum ; tandem ad ultimum seu lacrimis indigenarum seu precibus monachorum victus, insulam per septenas partes dividi praecepit, et tactus divino respectu, dimissis senis partibus incolis heredibus, septimam par-

tem sibi et suis monachis in perpetuum vendicavit, opitulante Domino nostro Jesu Christo, cujus honor et imperium permanet in sempiterna saecula saeculorum. Amen.

De duobus diaconibus illum ad ecclesiam portantibus.

Mirabilem quoque divinae virtutis operationem, quam Spiritu sancto revelante didici, arbitror non esse silendam. Beatissimus itaque Maglorius, longis orationibus et jejuniis fatigatus, cum ad decrepitam pervenisset aetatem, nutante gressu ecclesiam more solito adire non poterat. Cumque propter hoc valde animo esset consternatus, visum est fratribus duos levitici ordinis praestanti corpore fratres ex omni congregatione eligere, quorum solatio et juvamine illius imbecillitas sustentata, oratorium hora competenti facili gressu intitubanter posset adire. At illi, suscepto onere sibi injuncto, gratanter illum ad ecclesiam ducebant, et iterum congruo tempore et finita oratione gratantissime domum reducebant. Cumque tali ministerio sedulo fungerentur, quodam die festo, quando illum in ecclesiam ducebant, unus illorum in medio itinere amissis viribus restitit et illius membra sanctissima levare more solito nullo modo potuit. Quem sanctus Maglorius sagaci investigatione inquisivit quid sibi accidisset et cur opem consuetam implere nequiret. At ille, verecundiam rubore demonstrans, o[b]mutuit et nullam in se virtutem loquendo habere nihil indicavit. Tunc sanctus Maglorius, divinitus inspiratus, statim intellexit illum aliquid culpabile commisisse, pro quo merebatur et a tactu sancti viri removeri et ab ingressu ecclesiae suspendi. Quem sanctus Maglorius paterno affectu corripiens, ammonuit suam culpam citius confiteri, ut divinae pietatis clementiam posset citissime consequi. Dicebat enim magnam et unicam esse medicinam, fateri quod nocet abscondi. At ille talibus dictis confortatus, genibus sancti Maglorii provolutus suam infirmitatem confessus est, dicens : *Pater sancte, hesterna die recolo vidisse me quandam meretricem ad januam ecclesiae stantem, pexis capillis, pedibus nudis, candida cute, lota facie, ornato collo, pectore foliato, in cujus amore confiteor me venerio instinctu vehementer arsisse.* Sanctus Maglorius ad hanc vocem respondit dicens : *Indulgeat tibi cominus, frater, Dominus noster Jesus Christus lubricae cupiditatis offensas, qui beato Petro apostolo trinae negationis culpam benignus indulsit et latroni in cruce confitenti veniam praestare non distulit.* Recepta autem beatissimi viri Maglorii absolutione, diaconus de terra citissime se elevavit et in illius obsequio, ut antea consueverat, sine ullo impedimento sumptis viribus ecclesiam intravit. Eo tempore sanctus Maglorius, prima temptamenta diaboli esse cognoscens accessus mulierum intra claustra monachorum, consensu fratrum praecepit femineum sexum ab ingressu suae ecclesiae in perpetuum esse suspensum, per infinita saecula saeculorum. Amen.

MIRACULA S. MAGLORII POST MORTEM (Cfr. ibid.).

De paganis illius sepulcrum violantibus. — Descriptis hactenus virtutibus beatissimi Maglorii, licet vili caractere, quibus dum adviveret ut caeleste sidus in terris emicuit, nunc restant pauca quae memoriae occurrunt de illius post obitum miraculis praesenti operi inserere. Postquam igitur sanctus Maglorius, fortis athleta, victoria potitus, finito certamine cum antiquo hoste, laeto animo transmigraret ad caelestem patriam, Sargia insula, dives opum, hostili incursu paganorum vehementissime vastari coepit. Cumque totam insulam barbarico ritu devastassent, quibusdam captis, quibusdam occisis, ingenti praeda collecta, monasterium sancti Maglorii cum magno impetu Normanni petierunt. Sed cum loca diversa monasterii, amore pecuniae ducti, sagaci investigatione perlustrassent, ventum est ad locum ubi sacratissima sancti Maglorii ossa cum maximo honore erant tumulata. Quo viso, monachi sancti corporis custodes, timore perterriti, sarcophagum sancti Maglorii strictis manibus amplexantes, voce lugubri, lacrimis obortis, sanctum Maglorium invocare coeperunt, ut pristinae virtutis non immemor, gregem suum non de[se]rens, a faucibus inimici liberaret. Quo viso, barbari, ignotum pondus auri et argenti sarcophagum habere credentes, electis septem viris ceteris fortioribus, sarcophagum aperiunt, sancta membra palliis involuta pollutis manibus tangere praesumpturi. Sed virtus divina palam adfuit. Nam sancti corporis violatoribus primitus orbatis, dein ceteris, qui, ut fertur, erant nongenti, rabie accensi, mutuis vulneribus per virtutem Maglorii invicem se conciderunt.

De filio contumaci cujusdam hominis, qui patris immolationem monasterio subtraxit.

Eodem fere tempore, post obitum sancti Maglorii, quidam homo satis opulentus Bissargiam insulam, Sargiae vicinam, hereditario jure tenebat. Qui subito languore correptus, sicut omni homini obnoxium est Deo jubente debitum mortis exsolvere, ad extremum ductus vitam exhalavit. Sed cum esset adhuc in extremo certamine positus, valedicens fratribus et amicis, suum corpusculum monasterio sancti Maglorii humandi causa deferri praecepit. Quod ita et factum est. Nam illo mox exhalante, cadaver illius, more solito lotum, feretro imponentes, triste ministerium sancti Maglorii * honorifice detulerunt. Cumque diligenti cura a monachis fuisset susceptum et sepulturae traditum, equum illius phaleratum cum balteo aureo et spenoribus aureis et omni ornatu gladii pro illius absolutione, sicuti ille dum adviveret praeceperat, sancto Maglorio et suis monachis obtulerunt. Contigit autem divina dispositione praefati viri filium, contumacem et Deo odibilem, aegrotante patre longinquam regionem adire et funereo patris obsequio obstante terrarum intercapedine defuisse. Qui revertens domum et patris interitum agnoscens, locuturus cum monachis verbis pacificis in dolo

* *sic.*

monasterium sancti Maglorii adiit, ornamenta patria ad redimendum sibi dari humiliter postulavit. Quo audito, monachi, ne tanti viri filius vel ad modicum tristaretur, omnia quae acceperant, pretium recepturi, sponte ad medium deduxerunt. At ille, dona paterna recognoscens, avaritiae facibus accensus, vocatis suis satellitibus, omnia per vim retrahens, praeda potitus, domum cum gaudio, ut sibi videbatur, reversurus, cum terribili impetu iter arripere coepit. Quo viso, monachi, satis edocti divinum adesse suffragium ubi deest humanum, ad corpus sancti Maglorii cucurrerunt et vocibus assiduis, precibus indefessis, pulsatis signis, sanctum Maglorium lacrimabiliter, ut sacrilegium vindicaret, invocare coeperunt. Sanctus vero Maglorius, illorum vota nihil moratus, illi sacrilego novo genere praedandi se jactitanti in itinere obviavit; et cuspide baculi librato ictu visibiliter per mediam frontem percussit. At ille, recognoscens suum reatum, quidquid ad praesens habebat, cum paternis donis quae inlegaliter retraxerat, sancto Maglorio transmisit, et illius precibus et pietati se commendans, veniam petens, lacrimas ubertim fundens, turpissima morte vitam exhalavit. (*Sequuntur rursus paraenetica*).

Miracula S. Maglorii post translationem ejus in Britanniam (Cfr. supra, p. 305, 17°).

De quodam homine ab utero matris claudo, per suggestionem sancti Martini confessoris a beato Maglorio incolumitati restituto.

1. Post multum vero temporis postquam sanctissimus confessor Christi Maglorius bonitatis suae exhibitione scandere caelum et illam quam mundus dare non potest vitam meruit obtinere, inter gloriosa multaque quae in terris dudum beatissime degens operatus est miracula, cujusdam hominis filium, qui erat claudus ex utero matris suae, divina praeveniente clementia incolumem reddidit. Sed quomodo ipse filius hujus salutis remedium adeptus est, fidelibus procuravimus innotesci. Fuit autem territorii Turonensis ex familia ecclesiae domni ac beatissimi pontificis indigena : qui per diversa annorum curricula in quodam lectulo, cruribus ac pedibus post tergum reliquae carni adnexis, languidus jacebat. Pro qua scilicet deformitatis gravedine ut obtentu sancti Martini apud clementiam Domini corporeae restitueretur integritati, a patre et parentibus infra ecclesiam ipsius frequentius deferebatur. Cujus namque salutis restitutio cum protelaretur et parentes ejus praestolarentur ut super eum Dominus meritis sancti Martini misereretur, quia ad sanandum nondum venerat hora ejus, amoverunt eum inde et ad ecclesiam sancti Hilarii, quondam Pictavis episcopi, aliasque quam plures ecclesias, huc illucque circumeuntes ipsum detulerunt. Quibus peragratis, cernentes quod eis non cedebat in prosperum nec qualia volebant accidisset, tristes effecti, ad propria sunt reversi ; languidum quoque, ut antea consueverant, ad

sepulcrum sancti Martini iterum bajulaverunt. Denique vero, non multo post, cum pater vigilias noctis super eum in eadem ecclesia observaret [et] de salute ejus recuperanda jam omnino diffideret, nimiae defectionis taedio circumvallatus, se sopori dedit. Cui sanctus Martinus mox in somnis apparuit, dicens : *O infelix homo, cur me tua invocatione incitas ? Cur ad sanandum filium tuum me inquietas ? Numquid ego sum Deus ut ipsum tibi restituam ? Sed assume parabolam quam tibi dicturus sum. Arripe iter et Britannorum proficiscere partes, donec ad ecclesiam beati Maglorii pertingas, quia a Domino restituendum eum collatum ei est in munere.* Quo audito, evigilans pater, summo diluculo ejusdem loci episcopo suoque clero quae a sancto Martino didicerat rettulit. Qui videlicet episcopus cum haec captu aurium percepisset, exhortatus est eum ut, sicut ammonitus fuerat, quantocius desudare non destitisset, quia qui ei visionem intulerat, eundem in itinere ducem habiturus esset. Qui summa cum festinatione, una cum filio et parentibus, sectis aeris velaminibus, non declinans ad dexteram neque ad sinistram, rectum quem numquam noverat tramitem, verum [ac si] saepius ipsum frequentare solitus esset, celerrime percucurrit, supradictorumque Britannorum fines adgressus, usque sancti Maglorii limina pervenit : quod non est dubium quia, sicut episcopus illi indixerat, in hoc exercendo sancti Martini circundatus fuit praesidio. Ubi inventus, pro qua re illuc venerat ab abbate ipsius ecclesiae et clericis est percunctatus. At ille quamdiu et quanta pro eodem filio perpessus esset, et quomodo ad extremum beatus Mártinus in visionem ei apparens praecepisset ut hanc ecclesiam expeteret, omnibus intulit. Qui haec audientes, hunc ante ipsius confessoris sancti Maglorii altare obtulerunt filium, et ut devotissima ejus devotio subveniret infirmo assiduis obsecrationibus deprecati sunt Dominum. In cujus namque infirmi ingressu contigit ut letaniarum secunda feria sollemnitas celebraretur. Secunda autem die, cum sacris interesset mysteriis ubi corpus et sanguis Christi conficitur, adstante * coram sancto altare clero et plebeio tegmine, antequam *Pax Domini* peroraretur, coeperunt ipsius infirmi bases et plantae vehementer formidari et paulatim crura a posterioribus, quibus innexa erant, amoveri, quousque cunctis cernentibus utroque pede sursum totus homo videretur erigi. Cujus viscera dum crebris poenarum sudoribus et multimodis anxietatum doloribus suo consolidarentur loco, clamabat vocibus magnis : *Sancte Maglori, cur me tuis allidis precibus ? Obsecro, citius occurre mihi, ne mori videar.* Quem cum omnes qui aderant stantem viderunt, gavisi sunt gaudio magno et lacrimabili affectu glorificaverunt Deum, qui per meritum sancti Maglorii hunc salvavit infirmum. In crastinum namque, quae tertia dies est letaniarum, opitulante pietate Dei tantae redintegratus est sanitati ut pariter cum comitatu plebis earundem letaniarum in it[in]ere sollemnia excoleret. Super quem jam tunc expletum videtur quod Lucas evangelista de quodam caeco a Domino illuminato ait : *Omnis plebs, ut vidit, laudem dedit Deo.* In quo siquidem loco aliquandiu, videlicet triennium, conversatus, utriusque ab abbate et spiritalium instrumen-

* *cod.* adstantem.

torum, ut in supernae aspirationis cultum pro restauratione sui perseveraret, est edoctus et temporalium donis extat victuum fulcitus. Post trienne, ut jam dictum est, tempus, ipse abbas ut ad propriam rediret contiguitatem liberam dedit et facultatem, sed saepissime ab eo ammonitus ut non immemor beneficiorum sancti Maglorii, quibus auxiliatus est, jugiter sincera mente existeret. A cujus praesentia digressus, ad praefatam contiguitatem, non jam claudus sed plena membrorum quantitate restitutus, non infirmus sed validus, non doloribus carnis attritus sed vigore sanitatis circumseptus, non in lectulo positus sed totis viribus praeerectus, non maestitiae deditus sed hilaritate perfusus, rediit. Cum autem in reditum sui Sancti Martini propinquaret coenobio, immensus utriusque sexus popularis conventus, insuper et clerus, occurrentes ei obviam, admirati sunt super eum quem numquam abire viderant. Clerici autem, pulsantes signa, hymnum *Te Deum laudamus* cecinerunt, et omnis populus ex eo Christum Dominum magnificaverunt.

De quodam juvenculo, qui postquam in aethereis assumptus [est], a mortuis resuscitavit.

2. Multa quidem, fratres carissimi, et valde admiranda hujus sanctissimi confessoris lampadae caelestis Maglorii, quae gloriose gessit in terris, in paginis exarata leguntur miracula, ex quibus perpauca, ne forte in hac sacra hodiernae diei sollemnitate audientibus fiant onerosa, hinc texere censuimus. Sed adhuc unum restat, quod licet ultimum habeatur in ordine, praecellit tamen in virtute. Qui videlicet confessor, postquam hujus lucis abruta dereliquit et caelestia regna subiit, hymnicam quoque angelorum et hominum curiam penetravit, quendam illato sibi ab arce divinae majestatis munere adules[cen]tem, factum triduo exanimem, de morte reduxit ad vitam. Sed quomodo hunc ipse redintegratus est vitae strictim volumus perstringere. Hujus autem adulescentis vocabulum Tanetloguen hoc erat; genitoris namque ejus Cloithloguen, immo etiam genitricis Habrethloguen, qui uterque ex accolis ecclesiae ipsius confessoris duxerunt propaginem carnis. Cum vero idem adulescens VIIIIem ab alvo matris esset annorum, parentes ejus ipsum accipientes, cum luminaribus et quibusdam donariis ad praefatam contulerunt ecclesiam, ita provocatu supplici illum ultro offerentes ut vita comite ad ostium ejusdem ecclesiae conservaretur, et procurrentibus annis cum debitae servitutis obsequio intus circa officinalia monachorum inibi Domino famulantium diversoria commodas celebraret excubias. Quibus cum usque ad annum sine offensione vicesimum implicatus est, languore fortissimo correptus, exhalavit spiritum. Quo defuncto, praemissi ejus parentes, ut moris est, huic funereas paraverunt exsequias, et feretro imponentes corpusculum, ante beati viri pertulerunt sepulcrum. Cujus funebria flens et hejulans mater ejus prosecuta coepit violenter pectus tundere....* Protinus autem ad ejusdem confessoris sepulcrum concito gressu percurrens, atque illud fletu amarissimo

* *nonnulla prolixius digesta hic et infra praeterimus.*

perstringens palam... coepit vociferari.... Quae taliter vociferans, non solum plebis in eadem ecclesia adstantis, verum etiam monachorum, qui magnis pro defuncto insistebant precibus, ad dolorem animos inflexit, ita ut ab his desisterent et lacrimosa suspiria protraherent. Factum est autem, cum hunc omnes ad sepeliendum extra ecclesiam deferrent, pro foribus ejusdem ecclesiae caelitus pristinae restitutus est vitae. Qui cum nutu divino spiritus penetravit corpus ejus, olim praemortua coeperunt vivificari membra. Quem vero cum omnes, qui ipsum suis deferebant humeris, vivere, et feretrum quo jacebat huc illucque fluctuari sentirent, ad terram deponentes miserunt. Idem vero confestim cilicium simul cum linteo, quibus erat accinctus, coram circumstante populo et admirante prae gaudio dissolvit et sudarium quo[d] fuerat super caput ejus a se removit, et exiliens et laudans Deum, sanum et incolumem omnibus se manifestavit.... Nam vero hujus miraculi fama longe lateque percrebrescens, e diversis urbibus ad ipsius sancti confessoris ecclesiam diversi cum luminaribus etiam invisere populi resuscitatum convenerunt....

De scala aurea cuidam monacho per visionem angelicam in illius monasterio ostensa.

3. Quanto crebrius et miracula beati Maglorii venerabilium fratrum veridico famine nobis ad memoriam reducuntur, tanto noster animus, ad scribendum ultra vires avidus, ardentius inflammatur. Unde vel sancti Maglorii [fratrum] precibus constrictus, inscientiam meae imperitiae jam non audeo excusare, ne illorum caritati, cui omnia debeo, nolle videar, quod absit, oboedire. Tolerabilius enim est verba [minus] composita et minus trutinata a me proferri quam tanti viri vires et miracula contegi silentio. Igitur inter cetera sancti Maglorii praeconia hanc quoque visionem cuidam fratri in monasterio illius conversanti divinitus ostensam decrevimus inserendam*.

* *cod.* inserendum.

Postquam itaque beatissimi viri Maglorii sacratissimum corpus [per] furtum fidele a Sargia insula ad Britanniam Deo volente delatum est, religiosi viri totius Britanniae ad Leonense monasterium, quod pro loci amoenitate sic vocitatur, neglectis aliis coenobiis fluitare coeperunt. Cumque in eodem loco monastice viventes more militum fortissimorum contra hostis machinamenta strenue dimicarent, unus illorum, Woedoc nomine, qui mira patientia, incredibili oboedientia ceterisque virtutibus jam emeritus, ceteros regali disciplina praeire videbatur, Deo permittente febribus vehementissime agitari coepit. Qui cum in extremo agone esset constitutus, mirabili exstasi supra se ductus, auream scalam mirae magnitudinis, inaestimabilis pulchritudinis, ut ipse rettulit postea in se reversus, aspexit. Nam inferior pars illius terrae innixa, primum ecclesiae vestibulum tenebat, superior vero caeli cacumina pulsare videbatur. Gradus quoque, per quos ab inferioribus ad superiora erat ascensus, omnes erant aurei, pretiosis lapidibus et gemmarum multicolorum varietatibus intertincti. Qui cum diutissime vel puri auri venusta-

tem vel inaestimabilem gemmarum pulchritudinem seu etiam viae amoenitatem sine ulla difficultate gradatim ad caelestia ducentem attonitis luminibus adspiceret, subito a splendidissimis viris se circumseptari conspexit. Quorum incredibili splendore licet fuerat satis attonitus, tamen examinare cupiens quid vidisset, vel quid esset haec scala vel cur opere tam magnifico esset constructa, sagaci investigatione praefatos viros adgressus est sciscitari. Qui respondentes dixerunt : *Hoc quod cernis, frater, et miraris, non est anilis aut inanis fabula, sed hanc scalam auream quam cernis et viam amoenissimam quam miraris, sancti Maglorii meritis noveris certissime attributam a Domino omnipotente, ut omnes, qui in monasterio ejus devote atque strenue Deo servierint, per eandem scalam, intercedente beato Maglorio, sine ulla difficultate valeant ascendere, deinde ad gaudia indefectiva et sine fine mansura coetibus angelicis adjuncti feliciter pervenire.* Qua visione omnibus qui aderant manifestata, multorum, ut credimus, utilitati profutura, tam laetus de egressione quam certus ex angelica promissione, valedicens fratribus, carnea membra luto coaequali, animam vero factori consimili commendans, feliciter migravit ad Christum, cujus laus et potestas imperiumque per manet in saecula saeculorum. Amen.

Praefatio ad miracula S. Martini abbatis (Cfr. supra, p. 305, 20°).

De beati Martini Vertavensis vitae qualitate vel virtutum numerositate pauca admodum diximus. Restat ut promissionis nostrae mem[ores], quae vel ipsi vidimus vel scripta legimus sive etiam fidelis famae opinione didicimus, quae vel ipse vivens vel post obitum exercuit, addere curemus. Ipsius est enim quicquid virtutum de Martino dicitur qui in quo et per quem vult hominem operatur, id est Christus, quem in principio locutionis nostrae rogantes, ut infundat nobis de Martino suo loquentibus sapientiae suae rorem et ariditatem pectoris nostri irroret alluvio dulci fontis aeterni. Nos autem vix pauca de viro Dei Martino dicturi sumus, quia liber vitae ipsius olim in castro Toarcinse exu[s]tus est, cum quo etiam ornamenta beati viri paene incomparabilia perierunt. Superfuit autem volumen exiguum, in quo varia continebantur carmina, inter quae ipsius sancti viri adbreviata invenitur vita, dulci et tinnulo rhythmo depicta. Itaque cum venissem ego indignus, soloque habitu monachus, ad coenobium quo nunc ejusdem sancti viri membra quiescunt, compulsus sum a fratribus loci, maximeque a venerabili viro Rainaldo, qui eodem in loco praepositurae fungitur officio, ut de eodem rhythmo planae orationis texeretur conscriptio. Quod quia renuere non potui, prout Deus concessit cuncta quae libellus protulit, exceptis his quae poetice dicebantur, planiori oratione contexui et more interpretis non verbum e verbo, sed sensum ex sensu expressi, et juxta fratrum petitionem aliquantulo dilatavi. Verum quia seniorum aetas usque ad nostra duravit tempora, qui ex libro vitae beati viri memoriae commendarant plurima, quorum unus, id est Rainaldus.

usque hodie venerabiles exigit annos, quicquid eorum relatu comperimus, quae in libello jam dicto inserta non erant, velut alterum voluminis corpus efficientes, separatim ponendum existimavimus, incipientes quae ipse vivens in corpore gessit et pertingentes ad ea quae post sui obitum, Christo per se operante, com-
5 plevit. De fide autem dictorum nulli ambigendum suademus, qui noverimus, quae vota sint voluntatis voto mentiri : maxime namque de his, quae verita[s] gessit, falsitas fugienda est. Quamvis enim per se sit ipse culpabilis, ex comparatione tamen veri, quod depravare nititur, ejus tortitudinis deformitas amplius manifestatur. Vos autem, discipuli Christi, juvate precibus quem jussione cogitis,
10 et quod arripere compellitis, Christo, ut perficiatur, attentius commendate.

DCLXXXIII. Codex signatus num. 15437.

Olim ecclesiae Sancti Marcelli Parisiensis, deinde Sorbon. (1) 105.

Foliorum 217, maj. (0m,47×0,365), columnis binis, exaratus saec. XI (praeter fol. 1 et ultimum, exarata saec. XII lineis plenis).

1° Vita sanctorum Fusciani et Victorici (fol. 1r-1v).

Ed. ap. J. Ghesquière, *Act. SS. Belgii*, tom. I, p. 166-69.

2° Vita sancti Martialis Christi discipuli, cujus festum colitur II kalendas julii (fol. 2r-14r).*

3° Passio sancti Barnabae apostoli, quae est tertio idus jūnii (fol. 14r-17v).

Ut in cod. Namurc. 53 (*Anal. Boll.*, tom. I, p. 512, 4° et tom. II, p. 301-2). Sequuntur (fol. 17v-18r) versus aliquot, qui inc.

Continet hoc corpus Christus quos lumina pandit
Sol mundi pariter esse sacrata Dei.

4° Passio sanctae Praxedis (fol. 18r-18v).*

5° Passio sancti Victoris martyris [Massiliensis] cum sociis suis, quae est XIII kalendas augusti (fol. 18v-20v).*

(1) Fol. 217v legitur haec nota : *Emptum ex capitulo S. Marcelli Parisiensis Petrus de Blanger doctor et socius Sorbonicus, domus Sorbonae procurator et S. Marcelli canonicus, dono dedit bibliothecae Sorbonicae 1667. — Iste liber est ecclesiae sancti Marcelli Parisiensis ; quicunque eum furatus fuerit vel titulum ejus deleverit vel eum celaverit anathema sit.* Eadem legitur gallice in capite codicis, ubi et add. *C'est le second volume du numéro 1056.*

6° Passio sancti Christophori martyris, quae est VIII kalendas augusti (fol. 20v-22v).*

Omm. ultimae lineae *Hanc orationem...*

7° Passio sancti Cucuphatis martyris, quae est VIII kalendas augusti (fol. 22v-26r).

Ed. ap. Surium, ad d. 25 Julii (p. 298).

8° Passio sanctorum martyrum Nazarii, Gervasii, Protasii et Celsi pueri (fol. 26r-28r).

Ed. ex cod. Namurc. 53, *Anal. Boll.*, tom. II, p. 302-7.

9° Vita sancti Leutfredi confessoris, quae est XI kalendas julii (fol. 28r-30r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Jun., tom. IV, p. 105-11.

10° Vita sancti Turiavi episcopi, quae est III idus julii (fol. 30r-31v).

Ed. ibid., ad d. 13 Jul., tom. III, p. 617-18.

11° Vita sancti Paulini episcopi et confessoris (fol. 31v-32v).

Lib. III Dialogorum S. Gregorii M., cap. 1. Inc. *Cum saevientium....*

12° Passio sanctorum martyrum Processi et Martiniani, quae est idus julii (fol. 32v-33v).*

13° Passio sanctae Symphorosae martyris, uxoris beati Getulii martyris, cum VII^tem^ filiis suis, die XXVII mensis julii (fol. 33v-34v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 18 Jul., tom. IV, p. 358-59. Praefixa sunt ed. ibid., p. 353, num. 22, et in fine legitur additamentum de quo p. 359, ann. *u*.

14° Passio sanctae Felicitatis cum septem filiis suis (fol. 34v-35v).*

15° Passio sancti Apollinaris martyris, quae est X kalendas augusti (fol. 35v-40v).*

Omm. ea quae in ed. uncinis inclusa sunt.

16° Passio sancti Jacobi [Majoris] apostoli, quae est mense julio die XX°IIII° (fol. 40v-42r).*

17° Passio sancti Petri apostoli, quae est III kalendas julii (fol. 42r-47v).*

Ut ap. Mombritium, tom. II, fol. 196r-200v.

18° Passio sancti Pauli apostoli, quae est II kalendas julii (fol. 47v-51v).*

Auctore Pseudo-Lino.

19° Vita sancti Wandregisili confessoris, quae est XV kalendas julii (fol. 51v-59r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jul., tom. V, p. 272-81.

20° Passio sanctae Christinae virginis, quae est VI kalendas augusti (fol. 59r-64r).*

Inc. *Erat quaedam sancta et sacra puella de Tyro, spem Dei habens in virginitate custodienda, nondum annorum undecim...*

21° Vita sancti Samsonis episcopi et confessoris, quae est V kalendas augusti (fol. 64r-67r).

Ex Vita ed. *Anal. Boll.*, tom. VI, p. 79 sqq.; scilicet libri I capp. 1-4, 8 ex parte, 14; libri II capp. 6, 15, 26.

22° Passio sancti Pantaleonis martyris, quae est V kalendas augusti (fol. 67r-70v).*

23° Passio sanctorum martyrum Felicis, Simplicis, Faustini et Beatricis, IIII kalendas augusti (fol. 70v-71r).*

24° Passio sanctorum martyrum Abdon et Sennen, III kalendas augusti (fol. 71r-72v).*

Inserta est passio sanctae Olympiadis.

25° Passio sancti Hyacinthi martyris, quae est VII [kalendas] augusti (fol. 72v-73r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Jul., tom. VI, p. 304.

26° Vita sancti ac beatissimi Germani patroni nostri Antisiodorensis ecclesiae antistitis et confessoris, quae est II kalendas augusti (fol. 73r-86v).*

Deest epitaphium.

27° Passio sanctarum Sophiae, Fidei, Spei et Caritatis, quae est kalendas augusti (fol. 87r-89r).

Ex *Legenda Aurea.*

28° Passio sancti Justini martyris, quae est kalendas augusti (fol. 89r-92r).

Scilicet, quod res narratas spectat, Passio S. Justi pueri, mutato nomine Justi in Justini. In hac Passione pater martyris nuncupatur Matthaeus, captivus

vero nomine Justinianus, qui Ambianis in domo Lupi requiritur, frater dicitur sancti martyris.

Inc. prol. *Cum Deus omnipotens numerum saeculorum multiplicari permittit, cognitionem sui gloriosi nominis per totum mundum adcrescere concedit.*

Inc. Passio. *Sanctus igitur et nomine et actu Justinus, catholicis parentibus ortus, salutiferi quoque lavacri lymphis coruscus, sacramentis apostolicae fidei sol justitiae affatim enituit comptus.*

29° Vita sancti Exuperii episcopi et confessoris, quae est kalendis augusti (fol. 92r-95r).

Genere quodam liberiori rhythmi conscripta, ut non paucae aliae sanctorum Vitae (cfr. Édélestand du Méril, *Poésies populaires latines du moyen âge*, p. 61 sqq.). Haec illud singulare exhibet quod, cum in sex lectiones distributa sit, omnium sententiarum membra in prima desinunt per litteram *a*, in secunda per litteram *e*, et sic deinceps per litteras *i*, *o*, *u*, in sexta vero per sonum *as*. Itaque eam edendam duximus infra in Appendice, cum praesertim hactenus una tantummodo nota sit Vita S. Exuperii, e codice saec. XVII edita a cl. v. J. Lair (cfr. supra, p. 232, 42°).

30° Passio sancti Stephani papae et martyris, quae est III nonas augusti (fol. 95r-98r).*

Desinit in verbis *in coemeterio Callisti, via Appia* (num. 22 extr.).

31° Inventio corporis sancti Stephani protomartyris et sociorum Gamalielis, Nichodemi atque Abibon, quae est III nonas augusti (fol. 98r-100v).*

32° Vita sancti Cassiani episcopi et confessoris, quae est nonis augusti (fol. 100v-103r).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. IV, p. 159-66. Om. prologus et in fine reperitur lectio varians indicata ibid., p. 166, not. 8.

33° Passio sancti Sixti episcopi et martyris, quae est VIII idus augusti (fol. 103r-104v).*

34° Passio sancti Donati episcopi et martyris, quae est VII idus augusti (fol. 104v-106v).

Ed. ap. Mombritium, tom. I, fol. 234r-235v.

35° Passio sancti Laurentii archidiaconi et martyris, quae est IIII idus augusti (fol. 106v-108v).*

36° Vita sancti Gaugerici episcopi et confessoris, quae est III idus augustas (fol. 109r-110v).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. VII, p. 388-98.

37° Passio sanctae Susannae virginis et martyris, quae est III idus augusti (fol. 110v-115r).

Prior pars ed. *Act. SS.*, ad d. 18 Febr., tom. III, p. 61-64; altera ibid., ad d. 11 Aug., tom. II, p. 631-32.

38° Passio sancti Hippolyti martyris, quae est idus augusti (fol. 115r-116v).*

39° Passio sancti Eusebii presbyteri et martyris, quae est XVIII kalendas augusti (fol. 116v-117r).

Ed. ap. Mombritium, tom. I, fol. 253r.

40° Passio sancti Agapiti martyris, quae est XV kalendas septembris (fol. 117r-118v).*

41° Passio sancti Genesii [mimi] martyris, quae est VIII kalendas septembris (fol. 118v-119v).

Ed. ap. Mombritium, tom. I, fol. 333.

42° Passio santae Savinae martyris [Romae], quae est IIII kalendas septembris (fol. 119v-120r).*

43° Passio sanctorum martyrum Felicis et Adaucti, quae est III kalendas septembris (fol. 120r-120v).*

Inc. *Cum fervor Diocletiani et Maximiani sanctos Dei diversis poenis interficeret...*

44° Passio sancti Symphoriani martyris, quae est XI kalendas septembris (fol. 120v-121v).

De qua *Act. SS.*, ad d. 22 Aug., tom. IV, p. 493-94, numm. 14, 15.

45° Passio sancti Bartholomaei apostoli, mense augusto die XIIII* (fol. 122r-124v).* * *sic.*

46° Passio sancti Juliani martyris, quae est V kalendas septembris (fol. 124v-126r).*

Ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Aug., tom. VI, p. 174-75. Loco prologi praefixa est praefatio Gregorii Turonensis ed. ibid., p. 176, additis nonnullis sententiis ex numm. 2, 7 et quadam clausula.

47° Passio sanctorum martyrum Georgii monachi, Aurelii atque Nathalis, quae est VI kalendas septembris (fol. 126r-131r).

Ut supra in cod. 13760 (p. 197, 6°).

48° Vita sancti Audoeni episcopi et confessoris, quae est VIIII kalendas septembris (fol. 131r-136v).

Auctore Fridegodo, ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Aug., tom. IV, p. 810-19. Omm. prologus et numm. 41-46.

49° Vita sancti Augustini episcopi et confessoris, quae est V kalendas septembris (fol. 136v-141v).*

50° Vita sancti Hieronymi presbyteri et confessoris, quae est II kalendas octobris (fol. 141v-144r).*

Auctore anonymo.

51° Vita sancti Mederici confessoris, quae est IIII kalendas septembris (fol. 144r-145v).

Vitae ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Aug., tom. VI, p. 520-24, numm. 7-17.

52° Vita sancti Agili confessoris atque abbatis, quae est III kalendas septembris (fol. 145v-148r).

Vitae ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 316-26, numm. 1-8, 9 (omisso fine), 19, 20, 25, 24, 26.

53° Passio sanctorum Timothei et Apollinaris, quae est X kalendas septembris (fol. 148r-149r).*

Lectionibus variantibus ut in cod. Brux. 98-100 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 40,84°).

54° Passio sanctae Afrae martyris, quae est nonis augusti (fol. 149r-151v).*

Omm. num. 21 et tres ultimae linae num. 20.

55° Passio sancti Prisci martyris cum ingenti multitudine, quae est kalendis septembris (fol. 151v-152v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Maii, tom. VI, p. 365-67.

56° Vita sancti Lupi episcopi et confessoris, quae est kalendis septembris (fol. 153r-155v).

Ed. ibid., ad d. 1 Sept., tom. I, p. 255-64. Omm. numm. 26, 27.

57° Passio sancti Chrodogandi martyris, quae est III nonas septembris (fol. 155v-157r).

Auctore Herardo, ed. *Act. SS.*, ad. d. 3 Sept., tom. I, p. 768-69. In fine haec add. : *Passus est autem sanctus antistes et martyr Crodogangus, ut supra rettulimus, in confessione Christi, sepultusque est apud Sagiensem civitatem, unde episcopus extitit, tertio nonas septembris. Post multum vero temporis, imminente causa persecutionis, translatum est*

ejus venerabile corpus in villa quae dicitur Monciacus, ab Atlelelmo venerabili viro, supradictae civitatis episcopo. Praetereunte autem longo temporis spatio, ad notitiam cujusdam Adae praeclari militis tanti viri pervenit opinio. Qui nimio accensus desiderio, secum dum diu tractaret eum quoquo pacto suo quiret ferre in castro, quamvis non ilico, tamen annuit Deus tali voto. Quadam autem die, sumptis canonicorum cantionibus, cum cereis et lampadibus digne occurrit sancto viro, sanctaque membra suis imposita humeris suo defert in castro. Qui tempore in modico, sollerti studio et devotissimo desiderio, Dei et sanctorum ut erat amator et cultor, in monasterio, quod Adan in honore sanctae et intemeratae virginis Mariae ipsiusque praefati sancti aedificavit, anno incarnationis Dominicae millesimo quarto decimo, regnante Roberto rege XXmo VIIIvo, cum digno honore III kalendas junii tumulavit. Ad cujus memoriam crebro miracula fiunt ad laudem et gloriam Domini nostri Jesu Christi, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

58° Passio sancti Marcelli martyris [Cabilonensis], quae est II nonas septembris (fol. 157r-157v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Sept., tom. II, p. 196-97.

59° Vita sancti Evurtii episcopi et confessoris, quae est VII idus septembris (fol. 157v-161r).*

Om. clausula *Ego Lucifer...*

60° Vita sancti Clodoaldi presbyteri et confessoris, quae est VI idus septembris (fol. 161r-164r).

Ed. ope hujus cod. *Scr.Rer. Merov.* (*Mon.Germ.*, ser. in-4°), tom. II, p. 350-57.

62° Vita sancti Syri Ticinensis episcopi, quae colitur pridie idus septembris (fol. 166v-168v).

Ed. ap. Prelini, *San Siro*, etc., p. 178-216. Desinit in verbis *voce clara confiteretur* (num. 10 fin.).

63° Passio sancti Adriani martyris, quae est VIII idus septembris (fol. 168v-173v).*

64° Passio sancti Hyacinthi martyris, quae est VIII idus septembris (fol. 173v-174r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Jul., tom. VI, p. 304.

65° Translatio sancti Gorgonii martyris, quae est V...* (fol. 174r-175v).

Ut supra in cod. 14364 (p. 229, 9°).

66° Exaltatio sanctae crucis, quae est XVIII kalendas octobris (fol. 175v-176v).*

* *voces erasae.*

67° Passio sancti Cornelii papae urbis Romae, quae est XVIII kalendas octobris (fol. 176v-177r).*

68° Eodem die, passio sancti Cypriani episcopi et martyris [fol. 177r-178r).*

Acta proconsularia.

69° Vita sancti Leobini episcopi et confessoris, quae est XVII kalendas octobris (fol. 178r-180v).

Ed. ope hujus cod. *Mon. Germ.* (ser. in-4°), *Auct. Antiq.*, tom IV, part. II, p. 72-82.

70° Passio sancti Gorgonii martyris, quae est V idus septembris (fol. 180v-182r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 9 sept., tom. III, p. 348-42.

71° Passio sanctae Euphemiae virginis et martyris, quae est XVI kalendas octobris (fol. 182r-184v, 193r).*

72° Passio sanctorum Mauritii sociorumque, quod est X kalendas octobris (fol. 185v-187r).*

Ut ap. Surium. In fine, ut saepissime, numerorum ordo immutatus est.

73° Passio sanctae Theclae virginis et martyris, quae est mense februarii die XXII (fol. 187r-188r).

Inc. *Sub Nerone Romanorum principe Paulus apostolus verbum Dei evangelizando orienti ecclesiae praedicabat. Cui credidit virgo quaedam nobilis, Tecla nomine, civis Nicomedis. Quae cum audisset Paulum laudantem virginitatem, amplexata est eam.*

74° Passio sanctorum Florentini et Hilarii, quod est V kalendas octobris (fol. 188r-190r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Sept., tom VII, p. 392-94. Om. prol.

75° Vita sancti Sollemnis episcopi et confessoris, quae est VIII kalendas octobris (fol. 190r-192r).

Ed. ibid., ad d. 25 Sept., tom VII, p. 66-69. Om. num. 1, et num. 2 inc. *Fuit quidam venerabilis vir, Carnotensium scilicet civis, clericatus officio fungens, merito et nomine qui et sanctitate Sollempnis, nobilis quidem natalibus...*

76° Passio sanctorum martyrum Cypriani episcopi et Justinae virginis, quae est mense septembris die XIIII (fol. 192r-192v, 201r-202v).

Pars prior ed. ibid., ad d. 26 Sept., tom. VII, p. 200-2; posterior apud Martene, *Thes. nov.*, tom. III, p. 1645-50.

77° Passio sanctorum martyrum Luciae et Geminiani, quae est mense septembris die VII (fol. 193r-196v).*

78° Passio sanctae Faustae virginis et martyris, quae est XII kalendas octobris (fol. 196v-197v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Sept., tom. VI, p. 144-46. Desinit in verbis *Quidam autem, nomine Eusebius* (num. 10, fin.).

79° Passio sancti Matthaei apostoli et evangelistae, quae est XI kalendas octobris (fol. 197v-200r, 185r-185v).*

80° Passio sanctorum martyrum Cosmae et Damiani, quae est mense septembris die XXmo VIIo (fol. 202v-204v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Sept., tom. VII, p. 444-47.

81° Passio sanctorum martyrum Florentini et Hilarii, quae est V kalendas octobris (fol. 204v-205v).

Ut supra 74°. Hic mutila desinit in fine num. 8.

82° Memoria sancti Michaelis archangeli, quae est III kalendas octobris (fol. 206r-207r).*

83° Vita sancti Hieronymi presbyteri et confessoris, quae est II kalendas octobris (fol. 207r-210r).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 201-14. Omm. quae leguntur p. 203 med. (*Postquam vero*...) - p. 205, et desinit Vita ut indicatur ibid., p. 203, annot. *c*.

84° Passio sancti Piati martyris, quae est kalendis octobris (fol. 210r-212v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Oct., tom. I, p. 57-58. Om. num. 3, sed paucis praetermissis inserta sunt ed. ibid., p. 69, ann. *e*, *i*.

85° Passio sancti Leodegarii episcopi et martyris, quae est VI nonas octobris (fol. 212v-216v).*

Om. prologus.

86° Vincula Petri (217r).

Breviores lectiones, referentes festivitatis institutionem.

Appendix ad cod. 15437.

VITA S. EXUPERII EPISCOPI BAIOCENSIS (Cfr. supra, p. 320, 29°).

Incipit vita sancti Exuperii episcopi et confessoris, quae est kalendis augusti.

[**Lectio prima.**]. — Igitur postquam Dei Filius, relinquens et non et amittens primitus caelestia, | semper procul dubio virginis possidendo hospitia, | coeperunt circumquaque mox per quadrifida hujus mundi climata | ejusdem redemptoris clementia | multa per fideles Christi fieri miracula.

Inter quos, post ascensionem Domini supernam, | sicut non sub modio debet abscondi lucerna, | ced supra candelabrum posita, | ut qui ingrediuntur videant luminaria, | et laudent devotis mentibus, velut decet, Dei magnalia, | erat quidam puer, nomine Exuperius, ab infantia | totius rei malitiae salubri postponens continentia, | desideravit, quoniam ceu fecit, esse in Domini nostri Jesu Christi clementia.

Iste nimirum de nobili procreatus parentela, | et super primaevae fidei catholicae mandatela, | in ejus permansit cum bonis operibus clientela.

* *cod.* quondam.

Quodam * vero die, dum sub magna tyrannidis persecutione et incredulitatis perfidia | torqueretur undique secus Gallia, | beatus Clemens, urbis Romae papa, | multos transmittens discipulos per hujus orbis convallia, | qui summi Salvatoris cotidie praedicarent mirabilia.

De quibus fuit jam praefatus vir Exuperius, ut refert fama, | felicissimus indubitanter collega, | fidei autem sacrae devotione Christi athleta, | exosa certe habens in quantum idola potuit vana | et eorum destruxerat funditus fana, | in quibus ad invocandum nomen Domini construeretur ara, | quae adhuc, proh dolor ! usquam visa est rara.

Pallida nituerunt membra sibi juvenilia, | et tenuis caro nocturna vigilia, | quo non imitaretur puerilia, | venum per omnia quae gessit opera, senilia.

Frequentabat igitur sacri ordinis monasteria, | qua sedulis circumiens precibus cimiteria, | in sua defunctorum animas retinuit memoria.

Viduis, orphanis et pauperibus pietatis praebens solamina, | illis victus ac vestium tribuendo juvamina, | neminem reliquit aliqua constrictum angustia | quin ille sua confortaretur industria ; | et ipsa sic fatetur Neustria.

Omnibus factus est omnia, | ut cum voce psalmigraphi cantare posset commoda : | *Incola ego sum, Domine, in hac terra ;* | *non abscondas ab omnibus me quaerentibus mandata tua.* | *Concupivit anima mea* | *illos te desiderare per omnia tempora.*

Jam tunc in divina profecto scriptura | cunctis innotescens, quod de carne pro Christi nomine castigatura | anima posset salvari per peccatum moritura, |

maxima consistens infirmis sanandi cura, | debilibus et mancis sive claudis sanitatum reddidit lucra.

Daemones expellens immundos per obsessa corpora, | sensifica doctrinae gradu eorum roboravit pectora.

5 Haud secus in hujus rutilabat saeculi orbita, | ab universis peccatorum auferens nubila, | quam luna sub medio caeli cardine posita.

Quid plura? certe si ferrea nobis adesset natura | aut mille vocum ora contra usum sonatura, | nullo modo beati Exuperii exuperantis viribiliter vitia, | quae Deus pius per illum dum vixerat operatus est in saecula.

10 **Lectio secunda.** — Cum autem almus esset Exuperius aetatis provectae, | dogmatis ac sacri refertus profunditate, | quo non jam sub alterius maneret docentis regimine, | verum ipse cunctis foret sub magistrali norma vincimine, | elegit eum Dominus trium sanctorum, scilicet beati Dionysii, Saturnini atque Martialis, ordinatione | ad pontificalis culmen honoris Baiocensis ecclesiae.

15 In hoc comprobatur vocis sermo evangelicae, | quod ubicumque duo vel tres videntur nomine sub Domini congregati fore, | eum in medio eorum [esse] procul dubio cum decore.

Valde etenim, fratres, creditur decere, | ut quem tot compares elegere, | illum virtutibus multimodis ante plures fulgere, | qui per ejus conversationis exempla 20 fidem catholicam petiere.

In primitus post acceptam, a Domino benedictionem vere | divulgatur non modicum construendarum amorem ecclesiarum habere, | sicut in praesenti potestis opusculo meminere.

Parvum quondam oratorium in eadem Baiocensi collocans urbe, | quo praedi- 25 cationis ministerium fidelium suggereret turbae, | in honore sanctae Dei genetricis Mariae, | et inibi nomen Christi invocavit nocte ac die.

Semper enim caelestis postulans adjutorium gratiae, | ut sibi commendatum populem Dei digne | posset super omnium vitiorum defendere igne.

Etenim illo non confunderetur Daviticae prophetia paginae: | *Voluntas ejus* 30 *est in Domini lege* | *et in ipsa meditabitur die ac nocte.* | *Et erit lignum quod plantatum est secus decursus aquae,* | *quod fructum suum dabit in convenienti tempore,* | hoc est animas in die judicii praesentabit Christo simul cum corpore, | *et folium ejus*, id est praedicatio divina sedule, | quasi folium de arbore | ita procedens praedicationis eruditio super hoc sancto homine, | *nequit* 35 *ullo modo diffluere,* | *sed in omnibus quaecumque faciet non promittit se in aliquod facinus ruere,* | quoniam supra firmam legitur petram consistere.

Cumque talia comperissent per circuitum ejusdem regionis incolae, | mox quidam publice appropiantes, clancule | aliqui conducuntur beato viro sub pellectilibus Baianolae; | omnibusque languidis abstulit infirmitatis detrimentum 40 malivolae, | impendens sapientiae medelam erudiendo benivole.

Interea denique sub ejusdem partibus provinciae, | quidam paganus, Regnobertus, haec audiens, nomine, | sicut de Dei cunctipotentis accidit homine, |

coepit infra se volutasse sobrie, | ut deposito veteris indumento nebridae, | ad praefatum Christi famulum veniret citissime, | et fidei super eo callem agnosceret sanctissimae.

Quod et ceu cogitavit Domini inspirante gratia in corde, | sic statim absque impeditionis complebat sorde. 5

Taliter enim praefinitus est Daviticae versiculus prophetiae : | *Jacta cogitatum tuum in summi Sabaoth pietate*, | *et ipse te enutriet sine ulla paupertate*, | *ac non dabit tibi fluctuationem in longiturna perpetuitate.*

O magnum donum altipotentis misericordae, | qui paganum nemine adhuc imbutum sapiente | revocavit ad unitatem concordiae | et jussit sancto praesuli 10 oboedire | usque ad finem suae vitae.

Lectio tertia. — Jam eodem Regnoberto veniente ad beati casulam viri, | coeperat corde virili | ut ei viam veritatis ostenderet deprecari.

Intellexit autem mens Exuperii | illum desiderasse donum Pneumatis aetherei, | magno repletus gaudio animi. | Interrogatus si vellet accipere gratiam 15 baptisterii, | ille respondens confestim sermone mirabili : | *Si esset tantum voluntas Domini*, | *ut per manus tuas vel una merear cenedictione potiri.*

* *ita cod.* Sanctus autem Exuperius conatu hilari | certans sibi baptisma largiri, | quo* videretur diutius a consortio christianitatis alienus fieri ; | et faciens caticumi- 20 num, baptizavit eum in nomine Domini nostri Jesu Christi.

Tantam sibi Dominus gratiam post trinam contulit mersionem lavacri, | ut non solum nosceretur de caelestibus meditari, | sed incessanter in terrestribus pio Sothero famulari.

Neque de quoquam viventium potuit contristari, | immo omnes oppre[s]sos non 25 neglegens consolari | et in quibuscumque paupertatis angoribus suffragari, | qua[m] saepius beati reducens ad memoriam dicta apostoli : | *Frater auxilietur fratri* | *ut ambo valeant consolari*, | et alibi : *O filii cari*, | *studetote me imitari* | *et hilarem datorem a Deo sciatis amari.*

Conspexit in ipso vir sanctus Exuperius sensum prudentem gratulari | vitam- 30 que bonis operibus multiplicari ; | antequam quindecim esset annorum provectus aetati, | baptizavit eum in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

Ipse vero de fonte suscipiens lavacri, | factus est ei pater lege spirituali, | et in eodem articulo diei | concessit septem dona sibi Spiritus sacri.

Crastina autem die hora matutinali, | circumiens plateas civitatis more medi- 35 cinali, | coepit nomen Domini per totam urbem famari | et baptismum in remis-
* *cod.* et. sionem totius peccati, | ut* omnes audientes inciperent vehementer ex ejus prudentia admirari.

Caecus quidam interim sedebat ad portas fani, | ut lumen oculorum acciperet a daemonis perversitate sperans vafri, | velut fuerunt alii quam plurimi, | quos 40 diabolus per artem suam arbitratus est posse sanari.

Audiens idem caecus ab eodem neophyto moenia civitatis perlustrari, | evange-

licum necnon Dei verbum mirifice praedicari, | clamore quis esset interrogans miserabili.

Respondens noviter conversus illi : | *Ego sum nomen portans christiani* | *qui Regnobertus baptismo merebar baptizari.* | *Tu vero dic cito mihi,* | *ex quo tempore non vidisti.*

Caecus pandens sibi | a prima nativitate sui, | ad haec sanctus Regnobertus dixit illi : | *Si credideris quem ego credo dominatorem caeli,* | *ejus misericordia* [*usum*] *captabis videndi.*

Dicit ergo illi : | *Quis sit ipse factor olympi,* | *postulo ut enucle*[*e*]*s mihi.* | Sanctus autem Regnobertus praesumens fari | quod ipse esset Christus, filius Dei vivi, | conceptus sine semine virili, | natus ex Mariae utero virginali, | qui passus est pro salute nostra sub lege Pontii Pilati, | et quem Judaei infigentes turpissimae morti, | resurrexit tamen inde potentia forti, | summa visibiliter penetrans poli ; | et antequam ascenderet, Spiritus adventu sui | voluit discipulos paternaliter illuminari, | leprosos mundari, | mortuos suscitari, | ac se unicuique redditurum vovens praemium meriti | per omne saeculum saeculi.

Lectio quarta. — Tunc caecus, talibus auditis a Domino, | confestim supplicat sibi monstrari de Regnoberto, | quomodo in Christum credere deberet corde cooperto.

Ad haec respondens idem vir cito : | *Veni, sequere me simplici animo,* | *et quod te oporteat facere indicabo.*

Eodem mox per manum apprehenso, | sancto patri conduxit Exuperio.

Cum deambularent in itinere medio, | antequam venirent quo ibant castello, | aperti sunt oculi misello.

Tunc coepit gratias Omnipotenti referre glorificanter pio, | qui sibi lumen oculorum reddebat in imo, | et qui beato permisit Regnoberto | talia per praedicationis opus patrare eodem in regno.

Perduxit autem illum ad sanctum patrem ejus Exuperium fraternali studio, | et indicabat ipsi nimio | qualiter accidisset in itinere cum gaudio.

Beatus Exuperius ergo Domino | conferens laudes unigenito, | quo deprecante neophyto | dignatus est succurrere visui perdito ; | statimque ipsius diei spatio | Regnobertum ordinando | ostiariorum adjunxit consortio.

Die quoque crastino | exorcistam sacro sublimans ministerio, | et caeco de primo nativitatis edito | septiformem sancti Spiritus gratiam contulit in baptisterio.

Sic complebantur almo | quae scripta constant in nablo : | *Inlumina oculos meos qui habitas in caelo,* | *ne umquam obdormiam peccati leto* | *et ne quando dicat inimicus meus : Adversus eum praevalebo.* | *Oculi mei semper in Domino Deo,* | *quoniam ipse evellet pedes meos de diaboli laqueo.*

Silendum nobis non est aliarum virtutum praeconio, | quanta miracula ipsius dieculae termino | cunctipotens Pater sancto concesserat Exuperio.

Erant quidem septem viri repleti daemonio. | Parentes eorem illuminati con-

tingens caeci opinio, | omnes venerunt cum sanctae spei gaudimonio, | conducentes cum illis daemoniacos felici Exuperio.

Ad ipsum cum pervenissent, ilico | deprecabantur pariter prostrati solo, | ut imposuisset illis manus, postulatu nimio, | minime dubitantes venisse juvamen ex ejus auxilio. 5

Ipse vero cum lacrimis ac genu flexo | Dominum rogitavit, dicens sedulo : | *Intende in adjutorium meum, Domine Deus habitans in caelo,* | *et his inimicis satanae filiis imperato* | *ut recedant ab hominibus gressu festinato.* | *Miserere, Domine, miserere mihi famulo tuo,* | *quia ego servus tuus sum procul dubio* | *ad invocandum nomen sanctum tuum assiduo ;* | *et cognoscant omnes ex hoc miraculo,* | *quia tu es benedictus in praesenti saeculo.* 10

Lectio quinta. — Completo denique, sicut audistis superius, orationis fatu, | malignis praecipiens spiritibus exire de corporum statu | sub Patris et Filii et Spiritus sancti flaminis invocatu, | qui eos de proprio pepulit paradisi dominatu, | et de Maria Magdalenae sine quonam jussit exire moratu, | illis statim trinalium audientibus personarum horribili denominationem metu, | fugerunt a beati Exuperii praesulis aspectu, | infernali se pariter occulentes specu ; | ut impleretur quod Davidico legitur versu : | *Tu vero, Deus, deducens eos in puteum interitus tristifico mersu.* 15 20

Cumque dereliquissent atri daemones homines obsessos citissimo cursu, | omnes circumstantes prono ceciderunt in terram vultu | et laudabant nimio Dominum caeli laudationis tumultu : | *Magnus est Deus quem praedicat Exuperius cunctis in auditu,* | *per cujus potestatem diaboli fugantur tali mugitu.* 25

Et crediderunt illa die in Dominum animae quingentae salubri conventu, | quoniam deinceps Christi salvatae sunt obtentu ; | ipsi autem qui super daemoniaco curabantur coetu, | baptizati sunt tripliciter eorum sine metu.

Vir autem Domini Exuperius, conversans divino sub cultu, | erat enim pulcherrimus et amabilis vultu, | ac nemine sciente induebatur cilicio carnis udultu, | ut cum apostolico posset canere dictu : | *Castigo corpus meum parvo cotidie victu* | *et in servitutem redigo nullius impediente criminis ictu,* | *ne forte cum aliis praedicaverim, ipse reprobus in aliquo reperiar ritu.* 30

Ac in quantum populus eum multiplici praedicabat sanctum laudatu, | tanto magis se confessus est peccatorem humiliatu, | habens Salomonis sermonem recordatu : | *Quanto magnus es laudantium sublimatu,* | *tanto humilia te jugi famulatu.* 35

Venientes ad beatum quam plurimi Exuperium debilitatu, | et ab eo sospites sunt reversi sanitatis coronatu.

Dum haec agerentur Dei clementia nutu, | semper Regnobertus prudentiae et justitiae crescens in tantum usu, | ut jam a sancto praesule herili fungeretur presbyteratu | et de cunctis digno quaereretur veneratu, | necnon caperent 40

salutem omni vitae suae statu, | secundum quod evangelico legitur dictatu : | *Dato bonae operationis affectu* | *et dabitur vobis quandoque utili profectu.* | *Cunctis hilari concedite donatu* | *gratis quod sumpsistis benigno de Jesu,* | *cui curvatur caelestium, terrestrium, merito genu* | *et de cujus procul dubio jussu* | *temperatur aestas ac gelu* | *usque dum in fine mundi bissenario judicabitur omnis caro, tribu.*

Lectio sexta. — Contigit autem in ipso tempore talis Domini pietas, | quod quidam extitit mas, | ejus christiana venerabili conversatione vas, | in ipso quoniam viguit bonae spei religiositas, | cui nominis Zenon enituit dignitas.

Quem beatus Dei miles Exuperius, scilicet Ecclesiae quasi Cephas, | per sacri baptismatis regenerans phas, | tulit totius delicti misericorditer sibi nefas, | et ipse inter manus levans de fonte sacras, | constituit exaltando ceteros ad archimandritas, | postea vero laudes jugiter meditans divinas, | sicut jam medius inter Christi consederet convivas | et fructiferas sanctae Dei ecclesiae plantasset olivas, | juxta Davidis prophetias : | *Plantata in domo Domini lampas* | *per mentes florebit audientium amplas* | *et sacro Spiritus dogmate malignas persecutus est talpas.*

Venerando quippe confessori Exuperio decrepita imminens aetas, | sed die noctuque in Domini lege ejus voluntas, | usque mortis dum conveniret ad metas.

Assiduo preces pro populo [fundebat] almas | ad caelestes velut bonus pastor aulas, | quo talem post ejus obitum successorem eadem adipisci mereretur civitas, | qui sibi pontificales decenter persolveret sollertias | et ovium Christi solatarum suo praedicamine purgaret feliciter ejus admonitionibus uranicas.

Febres dehinc per longum corripiente tempus validas | et plebis hortationes suggerente quam plurimas, | Domino totius gregis corpora simul commendans et animas, | tales pro cunctis Christi fidelibus complevit orationes debitas :

Domine Deus omnipotens, consistens summa majestas, | *qui quadrifidum tua pietate mundum gubernas,* | *te deprecor ut quicumque christianorum per omnes circumquaque terras* | *tuum per me famulum nomen invocaverit, quasdam necessitas tum ob angustias,* | *clementer, Pater potentissime, exaudias* | *et exauditam per hoc praesens festum ab omni periculo protegas,* | *et eorum facinora dimittas,* | *in tuae pacis tranquillitate vitam longaevam disponas,* | *et post ineffabiles sibi temporum rotas,* | *perpetuae mecum hereditatis, misericors Christus, primas largiri digneris coronas.*

Post has vix postulationes completas, | vidit ad se venire angelicos athletas, | sibique promisisse caelicas laetanter * zetas.

* *cod.* laetantur.

Accipiens corporis et sanguinis Domini eucharistias, | dansque universis adstantibus paternales eulogias, | lamentante populo beatissimi Exuperii exequias, | feliciter cum ipsis migravit ad elysias | sanctorum sine fine saeculi suorum patrias.

Sepelierunt autem venerabilem virum in monte, qui vocatur Eclesyas, | qua beatus Regnobertus ad Dei laudes sacras | contruxit ac boni Exuperii dilectique

ecclesiolam juges per memorias, | quatinus inibi Domino magistri sui ceterorumque fidelium animas | perenniter devotis precibus commendaret custodiendas.

DCLXXXIV. Codex signatus num. 15638.

Olim Sorbon. 210.

Foliorum 129, med. (0m,295×0,21), lineis plenis, exaratus saec. X.

Vita sancti Machuti episcopi et confessoris (fol. 126r-129v).

Ed. ap. D. Fr. Plaine et Arth. de la Borderie, *Deux vies inédites de saint Malo*, p. 131-57, non paucis lectionibus variantibus. Mutila desinit in fine cap. VIII.

DCLXXXV. Codex signatus num. 15681.

Olim, « ex legato magistri Roberti de Sorbonio » (fol. 110v), Sorbon. 1413.

Foliorum 111, med. (0m,27×0,16), lineis plenis, diversis manibus exaratus saec. XII.

1° Vita [sancti] Pauli primi eremitae (fol. 65v-68v).*

2° Vita beati Antonii (fol. 68v-69r)*

Scilicet prologus et exordium capitis 1 ; reliqua avulsa sunt.

3° Inventio sancti Stephani protomartyris (fol. 88r-92v).*

Nota in hoc codice reperiri omnes variantes lectiones codicis Germanensis, de quo P. L., loc. cit. Adnexa sunt miracula ed. ibid., p. 766-71.

4° Translatio sancti Stephani de Constantinopolitana urbe ad Romam (fol. 92v-95r).

Ed. partim ap. Mai, *Spic. Rom.*, tom. IV, p. 285-88.

5° Historia passionis apostolorum Petri et Pauli (fol. 96r-100r).*

Auctore Pseudo-Marcello.

DCLXXXVI. Codex signatus num. 16050.

Olim Sorbon. 870.

Foliorum 121, min. (0m,26×0,18), lineis plenis, exaratus saec. XI.

1° [Historia monachorum] (fol. 1r-43r).*

Auctore Rufino.

2° Vita sancti Pacomii (fol. 50r-57v).*

3° Vita [sancti] Hilarionis (fol. 57v-74v).*

4° Vita sancti Frontini (fol. 75r-77v).

Stilo diversa ab ed. P. L., tom. LXXIII, p. 438-42.

5° Vita [sancti Malchi] monachi captivi (fol. 77v-82r).*

6° De sancto Paphnutio (fol. 82v-82r).

Fragmentum.

7° De sancto Paulo (fol. 82v-87r).*

8° Vita beati Antonii monachi (fol. 87r-119r).*

DCLXXXVII. Codex signatus num. 16051.

Olim Carthusiae de Monte Dei, dioecesis Remensis (fol. 144v), deinde Sorbon. 845.

Foliorum 146 (deest primum), med. (0m,335×0,235), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° De quodam Spiridione et de gestis ejus (fol. 79v-80v).

Compendium Vitae S. Spiridionis Trimithuntis episcopi.

2° De actibus et conversatione sanctorum patrum a Postumiano monacho (fol. 81v-109).*

Nempe *Historia monachorum*, auctore Rufino.

3° Mirabilis conversionis actuumque et morum vita et paenitentiae magnum virileque certamen venerabilis Mariae Aegyptiacae, qualiter in eremo expleverit tempora vitae, quam de graeco transtulit in latinum Paulus venerabilis diaconus sanctae Neapolis ecclesiae (fol. 130r-137v).*

4° [Historia Lausiaca] (fol. 138r-145v).

Fragmenta. Praemissa est loco prologi epistola Heraclidis ed. P. L., tom. LXXIII, p. 1087 sqq.

DCLXXXVIII. Codex signatus num. 16052.

Olim Sorbon. 341.

Foliorum 162, med. (0m,325×0,23), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1° Liber gestorum Barlaam et Josaphat servorum Dei, editus graeco sermone a Johanne Damasceno viro sancto et erudito (fol. 5r-28v).*

Historia abbreviata.

2° Vita sancti Pauli primi eremitae (fol. 29r-30v).*

3° Actus beati Antonii Aegyptii monachi (fol. 30v-43v).*

4° Vita beati Hilarionis monachi (43v-49r).*

5° Actus et vitae sanctorum patrum, a Postumiano monacho edita (fol. 49r-66r).

Id est *Historia monachorum*, auctore Rufino. Praemissus est index capitulorum.

6° Narratio Leontii episcopi de vita beati Johannsi archiepiscopi [Alexandrini] (fol. 118r-135v).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 337-83. Inter epistolam Anastasii interpretis et Vitam insertus est index capitulorum.

7° Vita beatae Mariae Aegyptiacae (fol. 135v-141v).*

8° Vita sanctae Euphrosynae (fol. 141v-144v).*

9° Vita beatae Mariae neptis Abraham (fol. 144v-146v).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 651-58.

10° Vita et conversio beatae Pelagiae meretricis (fol. 146v-149r).*

11° Vita beatae Paulae matronae, a beato Hieronymo scripta fol. 149r-157r).*

12° Miraculum beatae Mariae de Theophilo (fol. 157r-160v).*

DCLXXXIX. Codex signatus num. 16056.

Olim, « ex legato magistri Petri de Cuissy » (fol. insit. in cap.), Sorbon. 831.
Foliorum 152, med. (0m,34×0,225), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Liber miraculorum Dei genitricis semperque virginis Mariae (fol. 1r-30v).

Prolog. *Ad omnipotentis Dei laudem*... Series quinquaginta novem miraculorum : primum est *de Hildefonso* et ultimum *de quodam Teuthonico languido*.

2° Libellus editus a domno Hugone Farsito de quibusdam miraculis sanctae Mariae (fol. 30v-35r).

Ed. P. L., tom. CLXXIX, p. 1777 sqq. ; at non integrum libellum continet codex.

3° [Miracula B. Virginis] (fol. 35r-49v).

DCXC. Codex signatus num. 16057.

Olim Sorbon. 262 A.
Foliorum 55 (quorum quinque prima insiticia sunt), med. (0m,345×0,26), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° [Sulpicii Severi scripta de S. Martino] (fol. 6r-50v).*

Vitae et Dialogo I praefixus est index capitulorum.

2° [Excerpta ex Gregorio Turonensi de obitu S. Martini] (fol. 50v-53r).*

Sequitur sermo de S. Martino.

3° Vita sancti Briccii episcopi et confessoris (fol. 54v-55v).*

DCXCI. Codex signatus num. 16246.

Olim Sorbon. 526 A.
Chartaceus, foliorum 296 (quorum quaedam vacua relicta sunt, et post folium 296 sequitur *Liber qui dicitur dyalogus creaturarum*..., typis impressus, finitus anno Domini 1481), med. (0m,28×0,21), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Martyris Albani venerabilis ecce legenda,

Utilis erranti quia fertilis est relegenda (fol. 257r-261r).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. II, p. 444-55. Nulli subjuncti sunt versus in fine, sed prolixus titulus, in quo praeter duos versus supra citatos traditur summarium legendae.

DCXCII. Codex signatus num. 16253.

Olim Sorbon. 449.

Foliorum 44, min. (0m,26×0,19), partim lineis plenis, partim (a fol. 39) columnis binis, exaratus saec. XIV.

[Passio S. Laurentii] (fol 41v-43r).

Vita fabulosa.

DCXCIII. Codex signatus num. 16329.

Olim, « ex dono domni Stephani de Abbatisvilla », Sorbon. 1371.

Paginarum 293 (praeter folia insiticia duo in capite ; p. 153 signata est ter, omissa est autem in notatione p. 42), min. (0m,25×0,145), lineis plenis, exaratus saec. XII.

Post *Prosam in S. Gualaricum Luxoviensem monachum et S. Columbani discipulum* (fol. 40v) sequuntur :

1° Passio sancti Thomae apostoli (pag. 41-46).

Compendium Pseudo-Abdiae. Cfr. Fabricium, *Cod. apocr. N. T.*, part. III, tom. II, p. 687-720.

2° [Translatio sancti Nicolai] (p. 75-56).

Stilo paulo diversa ab ed. Suriana, ad d. 9 Maii.

Inc. *Igitur millesimo octogesimo septimo anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi, indictione decima, in Argolicis partibus imperante sanctissimo Dei cultore domino Alexio, in Teutonicis vero regnante glorioso imperatore domno Henrico, sub praesulatu domni Clementis universalis papae Romanae et apostolicae sedis...*

3° Vita beati Barnabae apostoli, quae celebratur III idus junii (p. 101-116).

Ut supra in cod. 15437(p. 317, 3°).

4° Vita vel actus sancti Lucae evangelistae, quae est XV kalendas novembris (p. 117-126).

Scilicet, paucis subinde mutatis vel contractis, alibi vero additis, sermo Bedae, ed. P. L., tom. XCV, p. 1530-35.

5° Vita sancti Simeonis monachi et confessoris, quae recolitur nonis januarii (p. 126-135).

Paucis mutatis Vita ed. *Act. SS.*, ad. d. 5 Jan., tom. I, p. 269-74.

6° Vita sancti Johannis, cognomento Chrysostomi, quae celebratur VI kalendas februarii (p. 135-189).

Auctore Leone, qui et Johannes cognomine, ed. supra ex cod. 11749, p. 17-45.

7° De inventione sanctae crucis (p. 189-199).*

8° Passio sancti Justi martyris (p. 199-207).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 18 Oct., tom. VIII, p. 340-42.

9° Passio sanctorum martyrum Rufini et Valerii (p. 207-212).

Ed. ibid., ad d. 14 Jun., tom. II, p. 796-97.

10° Passio sancti Martini papae (p. 212-214).

Compendium brevissimum.

DCXCIV. Codex signatus num. 16330.

Olim Sorbon. 1416.

Foliorum 79, min. ($0^m,20 \times 0,145$), lineis plenis, exaratus saec. XII.

Passio sancti Thomae Cantuariensis archiepiscopi et martyris (fol. 46^r-55^v).

Auctore Joanne Salisburiensi, ed. P. L., tom. CXC, p. 195-208.

Sequitur (fol. 58^r-59^r) prosa de S. Thoma, notis musicis signata.

DCXCV. Codex signatus num. 16352.

Olim Sorbon. 1411.

Foliorum 131 (sed bis signata sunt folia 29, 36, 45, 101, 103), min. ($0^m,25 \times 0,15$),

constans duplici parte, altera lineis plenis, exarata saec. XI, altera (a folio 66) columnis binis, saec. XII.

Vita sancti Alexis confessoris (fol. 76v-77v).*

DCXCVI. Codex signatus num. 16357.

Olim « Iste liber assignatus est ad usum Fratrum Minorum Parisiensium ex parte sancti Ludovici quondam illustris regis Franciae » (1); deinde Sorbon. 1474.

Foliorum 189, min. (0m,245×0,155), columnis binis, exaratus saec. XIII.

Relatio qualiter corpus beati Medardi a civitate Suessionum Divioni sit translatum (fol. 185v-187v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Jun., tom. II, p. 95-97.

DCXCVII. Codex signatus num. 16515.

Olim « ex legato magistri Godefridi de Fontibus » (fol. 480v), Sorbon. 1693.

Foliorum 485, min. (0m,16×0,11), columnis binis, exaratus saec. XIII.

Vita sancti Johannis Eleemosynarii (fol. 109r-128v).

Auctore Leontio, ed. P. L., tom. LXXIII, p. 339 sqq. Mutila inc. cap. 2 (*Promotus ergo...*).

DCXCVIII. Codex signatus num. 16565.

Olim Sorbon. (2) 1739.

Foliorum 72, min. (0m,22×0,15), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° Miracula sanctae Mariae de Rocamajor (fol. 1r-35r).

Nempe miracula in ecclesia de Rupe Amatoris.

2° [Libellus Hugonis Farsiti de miraculis B. M. V.] (fol. 35r-54v).

Ed. P. L., tom. CLXXIX, p. 1777 sqq.

(1) Cfr. Delisle, *Le Cabinet des Mss.*, tom. III, p. 297, n° 7. — (2) Fol. 71v legitur haec nota : *Istum librum ego J. de Mercier Cameraco emi...*

DCXCIX. Codex signatus num. 16566.

Olim Geroldi de Abbatisvilla (fol. 66v), deinde Sorbon. 1740.

Foliorum 66, min. (0m,24×0,155), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1° Passio beatae ac gloriosae virginis Catherinae (fol. 1r-5v).

Contracta ex Passione prolixiori ed. inter *Act. SS. Hiberniae*. Sequitur hymnus de S. Catharina (inc. *Jocundare, plebs fidelis*...).

2° Passio gloriosissimi martyris Thomae Cantuariensis (fol. 7v-10v).

Ed. P. L., tom. CXC, p. 317-24. Sequitur hymnus de S. Thoma (inc. *Virgo gaudet filio*...).

3° Vita sancti Servatii episcopi (fol. 11v-28v).

Inc. (post prologum) *Trojugenarum metropolis Francorum Tungris*...

4° [Miracula sancti Servatii] (fol. 28v-58v).

Quorum major pars ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Maii, tom. III, p. 219-28, num. 25-67.

5° Passio et vita et conversatio sancti Eustachii (fol. 58v-66v).*

Om. prologus.

DCC. Codex signatus num. 16568.

Olim Sorbon. 1381.

Chartaceus, hinc inde membranis intertextus, foliorum 79, min. (0m,20×0,145), lineis plenis, exaratus saec XV.

Vita sancti Bernardi primi abbatis Claraevallis (fol. 42r-79v).

Auctore Alano, ed. P. L., tom. CLXXXV, p. 470-524. Mutila desinit in verbis... *accedentibus ad beata* (cap. 87 med., p. 523).

DCCI. Codex signatus num. 16699.

Olim « liber sancte Marie de Prato » (in capite et ad calcem codicis), deinde Sorbon. 1444.

Foliorum 183, min. (0m,228×0,145), lineis plenis (praeterquam fol. 121v-133), exaratus extr. saec. XII.

1° Vita sancti Laurentii martyris (fol. 125v-127r).

Metrica, auctore Hildeberto, ed. P. L., tom. CLXXI, p. 1607-14.

2° Passio sancti Vincentii martyris (fol. 127r-127v).

Metrica, diversa ab editis inter opera Hildeberti et Alphani.

Inc. prol. *Si fas sit dici, quod non confertis, amici,*
Fert mea musa in carmine multiplici...

Inc. Passio. *Natus, donatus studiis, gemino geminatus*
Sensu, sensatus sepsit utrumque latus...

Des. *Redditur ergo solo victor non nomine solo,*
Et jubilante polo conjubilare volo.

DCCII. Codex signatus num. 16732.

Olim coenobii Sancti Martini a Campis 1.1.

Foliorum 187, maj. (0m,472×0,335), columnis binis, exaratus saec. XII.

Manifeste descriptus est codex iste ex eodem exemplari unde cod. 5297 (supra, tom. II, p. 11 sqq., sed in hoc codice desunt tria priora documenta foliis in capite codicis avulsis), posterior pars (a num. 61°) codicis 5318 (ibid., p. 178 sqq.) et codex 5352 (ibid., p. 301 sqq.). Eadem scilicet documenta continet, eodem ordine disposita et iisdem titulis inscripta, nisi quod desinit in Vita S. Eustasii. Itaque solum indicem materiarum, adjectis numeris foliorum quibus continentur, hic tradere satis visum est.

1° Vita sanctae Brigidae (fol. 1r-5r).
2° Passio sancti Ignatii (fol. 5r-8r).
3° Epistola sancti Cypriani de Celerino (fol. 8r-8v).
4° Passio sancti Tryphonis (fol. 8v-11v).
5° Passio sancti Phileae (fol. 11v-15v).
6° Passio sanctae Agathae (fol. 15v-16v).
7° Vita sancti Amandi (fol. 16v-19v).
8° Suppletio addita huic libello... (fol. 19v-24v).
9° Translatio sancti Amandi (fol. 24v-26r).
10° Elevatio corporis sancti Amandi (fol. 26r-28r).
11° Vita sancti Vedasti (fol. 28r-32r).
12° Miracula sancti Vedasti (fol. 32r-33r).

13° De virtutibus sancti Vedasti (fol. 33r-35r).
14° De sancto Antoliano martyre (fol. 35r-35v).
15° Passio sanctae Dorotheae (fol. 35v-37v).
16° Vita sancti Severini abbatis (fol. 37v-39r).
17° Vita sanctae Euphrasiae (fol. 39r-44v).
18° Passio sancti Saturnini et sociorum (fol. 44v-48r).
19° Passio sancti Valentini episcopi (fol. 48r-49r).
20° Passio sancti Blasii (fol. 49r-51r).
21° Passio sanctorum Faustini et Jovitae (fol. 51r-55r).
22° Passio sanctae Julianae (fol. 55r-57r).
23° Passio sancti Polycronii (fol. 57r-58r).
24° Vita sancti Silvini episcopi (fol. 58r-60r).
25° De electione sancti Mathiae (fol. 60r-62v).
26° Inventio capitis sancti Johannis (fol. 62v-64v).
27° Vita sancti Alexandri (fol. 64v-70r).
28° Vita sanctae Austrebertae (fol. 70r-76v).
29° Vita sancti Albini ep. Andegavensis (fol. 76v-78r).
30° Miracula post ejus transitum (fol. 78r-80r).
31° Passio sancti Focae (fol. 80r-83v).
32° Passio sanctarum Perpetuae, etc. (fol. 83v-84v).
33° Passio sanctorum Philemonis et Arriani (fol. 84r-87r).
34° Passio sanctorum quadraginta martyrum (fol. 87r-88v).
35° Vita sancti Gregorii papae (fol. 88v-93v).
36° Vita ejusdem altera (fol. 93v-148r).
37° Vita sancti Pauli episcopi (fol. 148v-155r).
38° Passio sancti Longini (fol. 155r-156r).
39° Vita sanctae Geretrudis (fol. 156r-157v).
40° Virtutes ejusdem (fol. 157v-159v).
41° Vita sancti Johannis Penariensis (fol. 159v-160r).
42° Vita sancti Caloceri (fol. 160r-162r).

43° Vita beati Vulfranni (fol. 162r-165r).
44° Vita sancti Benedicti (fol. 165r-174r).
45° Vita sancti Ermenlandi (fol. 174r-181r).
46° Passio sancti Irenaei episcopi (fol. 181r-181v).
47° Vita sancti Joannis eremitae (fol. 181v-185r).
48° Vita sancti Eustasii abbatis (fol. 185r-187v).

DCCIII. Codex signatus num. 16733.

Olim Sancti Martini a Campis 1.a.

Foliorum 145, maj. (0m,41×0,36), columnis binis, exaratus saec. XII.

Eadem prorsus continet, eodem ordine disposita et iisdem fere titulis insignita quae cod. 5353, 8° sqq. (supra, tom. II, p. 504 sqq.), nisi quod in hoc cod. 5353 desunt Passio S. Calixti et Passio S. Januarii (hic 46° et 47°), foliis scilicet eo loco avulsis. Itaque rursus Vitarum inscriptiones et folia quibus continentur indicasse satis erit.

1° Eodem die, de paenitentia Theophili (fol. 2v-5r).
2° Passio sancti Adriani martyris (fol. 5r-8v).
3° Vita sancti Audomari episcopi, v idus septembris (fol. 8v-10r).
4° Passio sancti Gorgonii martyris, VIII idus septembris (fol. 10r-11v).
5° Vita beati Maurilii Andegavensis episcopi (fol. 11v-14r).
6° Vita sancti Amati abbatis, item idus septembris (fol. 14r-16r).
7° Historica relatio de exaltatione sanctae crucis, XVIII kalendas octobris (fol. 16r-17r).
8° De miraculis yconiae Domini, item VIII kalendas octobris (fol. 17r-18r).
9° Passio sancti Cornelii papae sociorumque ejus, item XVIII kalendas octobris (fol. 18r-19r).
10° Eodem die, passio sancti Cypriani episcopi et martyris (fol. 19r-19v).

11° Passio sancti Valeriani martyris, XVII kalendas octobris (fol. 20r-21r).

12° Vita sancti Apri episcopi, item XVII kalendas octobris (fol. 21r-22r).

13° Vita sancti Bercharii abbatis et martyris, item XVII kalendas octobris (fol. 22r-25v).

14° Passio sanctae Euphemiae virginis et martyris (fol. 25v-27v).

15° Passio sanctorum Luciae et Geminiani, item XVI kalendas octobris (fol. 27v-29v).

16° Passio sancti Lamberti episcopi et martyris, XV kalendas octobris (fol. 29v-31v).

17° Vita sancti Floscelli martyris, item XV kalendas octobris (fol. 31v-33v).

18° Passio beati Ferreoli martyris, XIIII kalendas octobris (fol. 33v-34r).

19° Vita sancti Sequani abbatis, XIIII kalendas octobris (fol. 34r-35v).

20° Vita beati Goerici abbatis, XIII kalendas octobris (fol. 35v-39r).

21° Passio sancti Matthaei apostoli et evangelistae, XI kalendas octobris (fol. 39r-41v).

22° Passio sanctorum martyrum Mauritii sociorumque ejus, X kalendas octobris (fol. 41v-44v).

23° Vita sanctae Salabergae abbatissae, item X kalendas octobris (fol. 44v-47v).

24° Passio sanctae Theclae virginis, IX kalendas octobris (fol. 47v-49v).

25° Passio sancti Andochii martyris, VIII kalendas octobris (fol. 49v-50v).

26° Conversio Justinae sanctae virginis et Cypriani martyris, XI kalendas octobris (fol. 50v-57r).

27° Passio sanctorum martyrum Cosmae et Damiani, V kalendas octobris (fol. 57r-58v).

28° Revelatio beati Michaelis archangeli (fol. 58v-59v).

29° Item revelatio sancti Michaelis archangeli in Monte qui dicitur Tumba... (fol. 59v-60v).

30° Vita sancti Hieronymi presbyteri, II kalendas octobris (fol. 60v-63r).

31° Vita sancti Remigii episcopi et confessoris, kalendis octobris (fol. 63r-71r).

32° Passio sancti Piatonis martyris, item kalendis octobris (fol. 71r-72r).

33° Passio sancti Leodegarii episcopi et martyris, (fol. 72r-75r).

34° Liber secundus de miraculis sancti Leodegarii (fol. 76r-77r).

35° Vita sancti Apollinaris episcopi, III nonas octobris (fol. 77r-78r).

36° [Passio sanctae Fidis virginis et martyris, II nonas octobris] (fol. 78r-79r).

37° Passio sanctorum martyrum Sergii et Bacchi, nonis octobris (fol. 79r-82r).

38° Vita sanctae Pelagiae, VIII idus octobris (fol. 82r-84r).

39° Passio sanctae Reparatae virginis, VIII idus octobris (fol. 84r-84v).

40° Passio sanctae Benedictae virginis, VIII idus octobris (fol. 84v-86v).

41° Passio sancti Domnini martyris, VII idus octobris (fol. 86v-87r).

42° Passio beatorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii, VII idus octobris (fol. 87r-94v).

43° Vita sancti Venantii abbatis, III idus octobris (fol. 94v-95v).

44° Passio sanctorum Faustini, Januarii et Martialis, item III idus octobris (fol. 95v-96r).

45° Vita sancti Geraldi confessoris, item III idus octobris (fol. 96r-99v).

46° Passio sancti Calixti papae et martyris, II idus octobris (fol. 99v-101r).*

47° Passio sancti Januarii martyris, II idus octobris (fol. 101r-102v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Sept., tom. VI, p. 866-68.

48° Vita sancti Basoli confessoris, II idus octobris (fol. 102v-105v).

49° Vita sancti Magnobodi episcopi et confessoris, item VII kalendas octobris* (fol. 105v-111r). * *sic.*

50° Sermo de sancto Luca evangelista, XV kalendas novembris (fol. 111r-112v).

51° Passio sanctorum martyrum Servandi et Germani (fol. 112v-113r).

52° Vita sancti Martini Vertavensis abbatis, IX kalendas novembris (fol. 113r-114v).

53° Passio sanctorum Crispini et Crispiniani, VIII kalendas novembris (fol. 114v-115v).

54° Vita sancti Frontonis episcopi, item VIII kalendas novembris (fol. 115v-117v).

55° Passio sanctorum apostolorum Simonis et Judae, V kalendas novembris (fol. 117v-120v).

56° Vita sancti Faronis episcopi, item V kalendas novembris (fol. 120v-123r).

57° Passio sancti Quintini martyris, II kalendas novembris (fol. 123r-125r).

58° Inventio corporis ejusdem (fol. 125r-125v).

59° Sermo in natale ejusdem (fol. 125v-126v).

60° Vita sancti Hilarionis monachi, II kalendas novembris (fol. 126r-131v).

61° Passio sancti Benigni martyris, item kalendis novembris (fol. 133v-137v).

62° Miracula ejusdem martyris (fol. 137v-141r).

63° Passio sancti Caesarii martyris, item kalendis novembris (fol. 141r-142r).

64° Vita sancti Marcelli episcopi, item kalendis novembris (fol. 142r-143r).

65° Passio sanctae Mariae virginis et martyris, item kalendis novembris (fol. 143r-144v).

66° Vita sancti Vigoris episcopi, item kalendis novembris (fol. 144v-145v).

Fine mutila, foliis avulsis.

DCCIV. Codex signatus num. 16734.

Olim Sancti Martini a Campis 1.3.

Foliorum 176, maj. (0m,46×0,33), lineis plenis, exaratus saec. XII.

Eadem omnino continet, eodem ordine disposita et iisdem fere titulis inscripta, quae cod. 11758 (supra, p. 93). Unde et hic titulos (eosque compendio, ubi prorsus iidem sunt), recensere satis erit.

1° Vita sancti Carilephi sacerdotis, cujus transitus celebratur kalendis julii (fol. 1r-6r).

2° Passio sancti Salvii... (fol. 6r-10r).

3° Passio sanctorum Processi et Martiniani... (fol. 10r-10v).

4° Vita sancti Goaris... (fol. 10v-13v).

5° Passio sanctae Felicitatis cum VIItem filiis suis, VI idus julii (fol. 13v-14r).

6° Translatio corporis sancti Benedicti et sanctae Scholasticae... (fol. 14r-16r).

7° Passio sanctae Margaretae virginis et martyris, III idus julii* recolenda (fol. 16r-19r).

* corr. XIII kal. augusti.

8° Passio sancti Eugenii... (fol. 19r-31r).

9° Relatio Pastoris de sancta Praxede virgine... (fol. 31r).

10° Vita sanctae Mariae Magdalenae... (fol. 31r-33v).

11° Relatio qualiter beata Maria Magdalena pervenerit in Aquensem provinciam (fol. 33v-34r).
12° De translatione corporis beatae Mariae Magdalenae (fol. 34r-35v).
13° Miracula post ejus translationem patrata (fol. 35v-36r).
14° Passio sancti Apollinaris... (fol. 36r-39r).
15° Miracula per eundem facta (fol. 39r-41v).
16° Passio sanctae Christinae... (fol. 41v-44v).
17° Passio sancti Jacobi apostoli... (fol. 44v-46r).
18° Passio sancti Christophori... (fol. 46r-48v).
19° Passio sancti Cucuphatis... (fol. 48v-50v).
20° Revelatio VII Dormientium, VI kalendas augusti recolenda (fol. 50v-53r).
21° Passio sancti Pantaleonis, V kalendas augusti celebranda (fol. 53r-56r).
22° Passio sanctorum Nazarii et Celsi... (fol. 56r-60r).
23° Vita sancti Samsonis, cujus transitus celebratur V^to^ kalendas augusti (fol. 60r-70r).
24° Revelatio quae ostensa est sancto papae Stephano... (fol. 70r-70v).
25° Passio sancti Felicis papae... (fol. 70v-71r).
26° Passio sanctorum Simplicii, Faustini et Beatricis... (fol. 71r-71v).
27° Vita sancti Lupi episcopi... (fol. 71v-72v).
28° Passio sanctorum Abdon et Sennis... (fol. 72v-74r).
29° Vita sancti Germani Autisiodorensis episcopi... (fol. 74r-83v).
30° Argumentum de celebratione festivitatis quae vocatur sancti Petri ad vincula, kalendis augusti recolenda (fol. 83v).
31° Passio sanctorum Macchabaeorum... (fol. 83v-86v).

32° Passio beati Eusebii Vercellensis episcopi... (fol. 86ᵛ-91ʳ).

33° Passio sanctarum virginum Spei, Fidei et Caritatis... (fol. 91ʳ-92ᵛ).

34° Passio sancti Felicis [Gerundae]... (fol. 92ᵛ-93ᵛ).

35° Passio sancti Stephani papae, IIII nonas augusti recolenda (fol. 93ᵛ-96ʳ).

36° Revelatio sancti Stephani protomartyris... (fol. 96ʳ-97ᵛ).

37° Vita sancti Cassiani episcopi... (fol. 97ᵛ-98ᵛ).

38° Vita sancti Memmii episcopi... (fol. 98ᵛ-99ᵛ).

39° Passio beatissimi Sixti papae... (fol. 99ᵛ-100ᵛ).

40° Passio sancti Donati episcopi... (fol. 100ᵛ-101ʳ).

41° Passio sancti Cyriaci diaconi sociorumque ejus, quorum natalia celebrantur VI idus augusti (fol. 101ʳ-103ʳ).

42° Passio sancti Laurentii... (fol. 103ʳ-104ᵛ).

43° Vita sancti Taurini episcopi, cujus transitus colitur III idus augusti (fol. 104ᵛ-106ᵛ).

Auctore Deodato, ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Aug., tom. II, p. 639-43.

44° De miraculis ejusdem (fol. 106ᵛ-107ᵛ).

Ed. ibid., p. 643-44.

45° Passio sancti Hippolyti sociorumque ejus, idus augusti completa (fol. 107ᵛ-108ᵛ).

46° Vita sanctae Radegundis... (fol. 108ᵛ-115ᵛ).

Sequitur (fol. 115ᵛ-121ʳ) *Sermo beati Jeronimi presbyteri de assumptione beatae virginis Mariae, quae celebratur XVIII kalendas septembris.*

47° Vita sancti Deicoli abbatis... (fol. 121ʳ-126ʳ).

48° Vita sancti Arnulphi... (fol. 126ʳ-128ᵛ).

49° Passio sancti Mammetis, XVI kalendas septembris completa (fol. 128ᵛ-130ʳ).

50° Passio sancti Agapiti, XV kalendas septembris celebranda (fol. 130ʳ-131ʳ).

51° Vita sanctae Helenae matris Constantini Magni,

cujus transitus colitur XV kalendas septembris (fol. 131r-141r).

52° Vita sancti Philiberti abbatis... (fol. 141r-143v).

53° Passio sancti Timothei... (fol. 143v-144v).

54° Passio sancti Symphoriani, XI kalendas septembris (fol. 144v-145v).

55° Passio sancti Bartholomaei... (fol. 145v-147r).

56° Passio sanctorum martyrum, qui nuncupantur Massa candida... (fol. 147v-148r).

57° Vita sancti Audoeni... (fol. 148r-152r).

58° Passio sanctorum Eusebii, Vincentii, Peregrini et Potentiani, VIII kalendas septembris completa (fol. 152r-154r).

59° Passio sancti Genesii Arelatensis... (fol. 154r).

60° Passio sancti Genesii [mimi]... (fol. 154r-155r).

61° Vita sancti Augustini episcopi... (fol. 155r-162r).

62° Passio sancti Juliani... (fol. 162r-168v).

63° Passio sanctae Sabinae virginis, cujus natalis celebratur IIII kalendas septembris (fol. 168v).

64° Vita sancti Agili abbatis... (fol. 168v-172r).

65° Passio sanctorum Felicis et Adaucti... (fol. 172r).

66° Vita sancti Turiavi archiepiscopi (fol. 172r-173r).

67° Vita sancti Alexii (fol. 173r-174v).

68° Passio sancti Ionii (fol. 174v-176r).

69° Narratio beati Gregorii Turonensis de sancta Radegunde regina (fol. 176r).

DCCV. Codex signatus num. 16735.

Olim Sancti Martini a Campis 1.4.

Foliorum 199, maj. (0m,50×0,345), columnis binis, exaratus extr. saec. XII et (a fol. 191) saec. XIII et XIV.

1° Passio sancti Eustachii, IIII° nonas novembris celebranda (fol. 1r-4r).*

Omm. prol. et, ut plurimum, ea quae in ed. uncinis inclusa sunt.

2° Vita sancti Leonardi, VIII idus novembris (fol. 1r-6v).*

3° Miracula post translationem ejus (fol. 6v-7r).

Ed. ap. Surium, stilo mutato, ad d. 6 Nov. (p. 167)., num. 8-12.

4° Passio sanctorum Claudii, Nicostrati, Castorii, Sympronii, VI idus novembris (fol. 7r-9v).*

5° Passio sancti Theodori martyris (fol. 9v-11r).*

6° [Sulpicii Severi scripta de S. Martino] (fol. 11r-31r).*

7° [Excerpta e Gregorio Turonensi de gloria postuma S. Martini] (fol. 31v).*

8° Liber miraculorum [sancti Martini] (fol. 31v-53r).*

Auctore Gregorio Turonensi.

9° Passio sancti Mennae martyris (fol. 53r-54r).*

10° Vita sancti Joannis Eleemosynarii, Alexandriae civitatis patriarchae (fol. 54r-66v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Jan., tom. II, p. 498-517.

11° Vita sancti Briccii episcopi et confessoris (fol. 66v-67r).*

12° Vita sancti Machutis episcopi et confessoris (fol. 67r-72v).

Ed. ap. Joannem a Bosco, *Bibl. Floriac.*, p. 485-515.

13° Vita sancti Gregorii Turonensis episcopi (fol. 72v-75v).

Auctore Odone, ed. P. L., tom. LXXI, p. 115-27.

14° Vita sancti Aniani Aurelianensis episcopi (fol. 75v-76v).

Ed. ap. Theiner, *Saint-Aignan ou le siège d'Orléans*, p. 26-33.

15° Passio sancti Romani monachi et Baralis pueri (fol. 76v-78r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 244r-46r.

16° Vita sancti Odonis abbatis (fol. 78r-89r).

Auctore Joanne, ed. P. L., tom. CXXXIII, p. 43-86. Om. libri III num. 12.

17° Passio sancti Eadmundi regis (fol. 89r-92r).

Auctore Abbone, ed. P. L., tom. CXXXIX, p. 507-20.

18° Vita sancti Columbani abbatis (fol. 92r-100r).

Auctore Jona, ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 5-29.

19° Miracula sancti Columbani abbatis (fol. 100r-105r).

Ed. ibid., p. 40-55.

20° Passio sanctae Caeciliae virginis, cujus natalitia celebrantur x kalendas decembris (fol. 105r-109r).*

21° Passio sancti Mauri martyris (fol. 109r-109v).

Ed. ex cod. Brux. 9289, *Cat. Brux.*, tom. II, p. 297-99.

22° Passio sancti Clementis martyris (fol. 109v-111v).*

Om. prol. praefixus miraculis.

23° Passio sanctae Felicitatis cum filiis suis (fol. 111v-112r).*

24° Vita sancti Clementis episcopi [Metensis] et confessoris (fol. 112r-115r).

Prolixior quam vita ed. ap. Bosquet, *Eccl. Gall. Hist.*, tom. I, p. 17-22, eadem tamen referens.

25° Passio sancti Chrysogoni martyris (fol. 115r-116r).*

Pars prior amplioris legendae, desinens in morte sancti Chrysogoni.

26° Passio sancti Petri martyris (fol. 116r-116v).

Ex Adone ad d. 25 Nov. (P. L., tom. CXXIII, p. 401-3).

27° Passio sive revelatio [sanctorum] Vitalis et Agricolae martyrum (fol. 116v-117r).

Epistola Ambrosii, ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Jun., tom. III, p. 821-22, num. 17-23.

28° Vita sancti Maximi episcopi [Regiensis] et confessoris (fol. 117r-120r).

Ed. ap. Surium, ad d. 27 Nov. (p. 609).

29° Passio sancti Saturnini martyris (fol. 120r-121r).

Ed. ibid., ad d. 29 Nov. (p. 650). Sequitur Gregorii Turonensis *In glor. mart.* cap. 47.

30° Passio sancti Andreae martyris (fol. 121r-122v).*

31° Miracula sancti Andreae (fol. 122v-128v).*

In fine add. Gregorii Turon. lib. *In glor. mart.* cap. 78.

32° De sancto Trojano episcopo (fol. 129r).

Ex Gregorii Turonensis lib. *In glor. conf.*, cap. 58.

33° Vita sancti Eligii (fol. 129r-142v).

Auctore Audoeno, ed. P. L., tom. LXXXVII, p. 479-570.

34° Miracula post ejus transitum (fol. 142ᵛ-144ʳ).

Ed. ibid., p. 570-77. Desinit in verbis *ardet et superfunditur* (col. 77, lin. 3), et add. clausula *His ita dispositis*... (col. 592 med.).

33° Passio sanctorum Chrysanthi et Dariae (fol. 144ʳ-147ʳ).*

36° Vita sancti Nicholai episcopi et confessoris (fol. 147ʳ-152ʳ).*

Post cap. XIII sequuntur cap. XIV, ed. ap. Carminium p. 126 in notis, et capp. XVII, XVIII, sed paucis verbis contracta.

37° Vita sancti Romarici abbatis (fol. 152ʳ-156ᵛ).

Vita prolixior, passim citata in annotatis ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 416-20.

Inc. prol. *Postquam genus humanum in primo parente praevaricans ab illa regione beatitudinis, in qua lumen incomparabile divinitatis contemplari poterat, decidit in tenebras hujus miserae peregrinationis*...

Inc. vita. *Tempore Sigiberti regis Burgundionum et Austrasiorum, beatissimus Columbanus, omni sanctitate et religione praeditus, ab Hibernia insula, in ultimo oceano sita, egrediens, Gallias intravit, ac veluti sol fulgidus ab occiduis mundi partibus miro ordine surgens, coruscos fulgurantis lucis radios in toto orbe diffudit.*

38° Passio sanctae Eulaliae virginis (fol. 156ᵛ-157ᵛ).

Ed. ap. Florez, *España Sagrada*, tom. XIII, p. 398-406. Om. ultima pars num. 8.

39° Passio sanctae Luciae virginis (fol. 157ᵛ-158ᵛ).*

40° Passio sancti Thomae apostoli (fol. 158ᵛ-162ʳ).

Ed. ap. Max. Bonnet, *Acta Thomae*, p. 133-60.

41° Passio sancti Gregorii [Spoletani] martyris atque pontificis (fol. 162ʳ-163ʳ).

Ed. ap. Surium, ad d. 24 Dec. (p. 307).

42° Passio sanctae Anastasiae virginis et martyris (fol. 163ʳ-166ᵛ).*

Passio amplior.

43° Vita sanctae Eugeniae virginis et martyris (fol. 166ᵛ-170ᵛ).*

44° Passio sancti Marini martyris (fol. 170ᵛ-172ᵛ).

Ed. ex cod. Brux. 7984, *Cat. Brux.*, tom. II, p. 184-91.

45° Assumptio sancti Johannis evangelistae (fol. 172ᵛ-174ᵛ).*

46° Vita sancti Silvestri papae (fol. 174v-182v).*

In fine subjuncta sunt notitia ex Libro Pontificali, additamentum ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 119-20, et compendiaria narratio inventae sanctae crucis.

47° Passio sanctae Columbae virginis (fol. 182v-183v).

Ed. ex cod. Brux. 1820-27, *Cat. Brux.*, tom. I, p. 302-6.

48° Vita et passio sanctorum martyrum Saviniani et Potentiani sociorumque eorum (fol. 183v-186r).

Ed. ap. Duru, *Bibl. hist. de l'Yonne*, tom. II, p. 340-53. Sed

a) Haec notatu digna subjuncta sunt in fine praefationis : *De cujus quidem gestis plura admiratione digna in medio proferri poterant, si libelli textus de catalogo virtutum ejus a patribus digestus prae manibus haberetur. Verum quoniam ea tempestate qua Wandalorum acerbitas per universam Galliam tanta caede grassata est ut omnium paene urbium atque ecclesiarum apothecas variamque supellectilem direptione populaverit, flammis vastaverit, ejusdem historiae tomum deperisse credimus. Ut eorum quae scriptis de eo paternae traditionis didicimus vel relatu fidelium comperimus quaedam succincte expediamus...*

b) In fine Vitae, post verba *unius praedii concluderet locus*, add. :

Horum interea cineres cum per multa annorum spatia in loco eorum quievissent, ut diligentior eis cultus et reverentia a populis exhiberetur, nuper a venerabili Wenilone praedictae sedis antistite translati sunt in basilicam beati Petri apostolorum principis contiguam, cujus etiam pro foribus et in cujus fundis eatenus jacuerant; at domu[*s*]..., ut tom. cit., p. 316, lin. 1-9, nisi quod in fine pro *xiiii. kal. novembris* legitur in cod. Par. *vii° kalendas septembris*, et subjuncta est narratio ed. ibid., p. 316, de cantu angelorum audito in vigilia translationis.

49° Passio sancti Potentiani episcopi et martyris, excerpta ex gestis sancti Saviniani (fol. 186r-186v).

Ed. ap. Duru, tom. cit., p. 313-15.

50° Vita sancti Reguli episcopi Silvanectis et confessoris (fol. 186v-190v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Mart., tom. III, p. 820-27.

Sequitur exordium Passionis S. Georgii, mox abruptae.

51° Passio sanctae Catherinae virginis et martyris, quae celebratur VII kalendas decembris (fol. 191r-197r).*

Om. clausula *Ego Athanasius...* Subjunctus est in fine hymnus, qui inc. *Ave gemma claritatis ad instar carbunculi, ave rosa paradisi...*

52° Vita beati Albani martyris, apud Maguntium metropolim jacentis, cujus natale recolitur kalendis decembris (fol. 198r-199v).

Eadem scilicet, sed stilo paululum diverso, cum Vita ed. ex codice quondam Thomae Philipps 343, nunc Bibliothecae regiae Bruxellensis, *Cat. Brux.*, tom. II, p. 444-55; ubi tamen desunt prologus et clausula, quae hic ex codice Parisiensi subicimus.

Solet animis placere fidelibus sanctorum merita dignis praedicare praeconiis et ibi devotionis figere desiderium ubi consequi valeant sanctitatis augmentum. Nobis igitur ut quietum possit esse studium et attentum silentium, Albani vita proponitur prosequenda, de cujus exemplis instructa, cujus praesidiis animata mens nostra, nec de viribus propriis nec de clementia audeat diffidere Redemptoris. Quam quidem ab alio nostris temporibus insigniter eloquente digestam et rhetoricis legibus novimus insignitam, ita ut propter insolitum ornatum linguae scintillantis ipse nitor eloquii praeferretur materiae dignitati. Hujus vero nostri itineris ille merebitur ductor existere qui quasi ante faciem meam narrationis meae visus est superficiem percurrisse et de suorum copia exuberante dictaminum nostrum supplebit extractio argumentativa defectum. Ita enim pauper editio non polluere poterit, sed pollere, et si aliquam habeat cui innitatur originem, cujus disserendo non deserat veritatem.

Iste est Albanus qui, ut certa narratione didicimus, in Moguntio metropoli tumulatus, animarum morbis medetur et corporum, ita ut ei domesticae civitates reverentiam devotam exhibeant et longinquarum regionum ad eum multitudo concurrat. Igitur Jesu Christo Redemptori nostro sit honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

DCCVI. Codex signatus num. 16736.

Olim Sancti Martini a Campis 1.5.

Foliorum 192 (quorum 1um et 2um mutila sunt), maj. (0m,45×0,32), columnis binis, exaratus saec. XII.

Eadem omnino documenta continet (praeter duo ultima quae hic desunt), eodem ordine disposita et, admodum paucis aliquantum variantibus, eisdem titulis insignita, quae cod. 5319 (supra, tom. II, p. 191 sqq.). Itaque ea compendio recensuisse satis erit.

1° Vita sancti Basilii (fol. 1r-7r).

2° Passio sancti Concordii (fol. 7r).
3° Passio sanctae Martinae (fol. 7r-10r).
4° Vita sanctae Euphrosynae (fol. 10r-12r).
5° Vita sancti Fulgentii (fol. 12r-20r).
6° Vita sancti Eugendi (fol. 20r-23r).
7° Passio sancti Petri [Balsami] (fol. 23r-23v).
8° Passio sancti Theogenis (fol. 23v-24r).
9° Vita sanctae Genovefae (fol. 24r-27v).
10° Vita sancti Simeonis monachi (fol. 27v-29v).
11° Vita beati Melanii episcopi (fol. 29v-31r).
12° Vita sancti Gregorii Lingonensis episcopi (fol. 31r-32r).
13° Passio sancti Luciani presbyteri Antiochensis (fol. 32r-33r).
14° Passio sancti Luciani Belvacensis (fol. 33r-34v).
15° Passio sanctae Martianae (fol. 34v-35v).
16° Passio sanctorum martyrum Juliani et Basilissae (fol. 35v-42v).
17° Vita beati Pauli primi eremitae (fol. 42v-44r).
18° Passio sancti Archadii (fol. 44r-44v).
19° Vita sancti Hilarii (fol. 44v-47v).
20° De miraculo per sanctum Hilarium in synodo ostenso (fol. 48v-50r).
21° Depositio sancti Remigii (fol. 50r-51r).
22° Vita sancti Viventii (fol. 51r-57r).
23° Inventio et translatio corporis sancti Firmini (fol. 57r-58r).
24° Gregorius Turonensis de Felice Nolano presbytero (fol. 58r-58v).
25° Passio sancti Felicis presbyteri hujus germani (fol. 58v-59r).
26° Passio sancti Felicis episcopi Tubizacensis (fol. 59r-59v).
27° Vita sancti Boniti (fol. 59v-62r).

28° Translatio ejusdem sancti Boniti (fol. 62r-63r).
29° Epistola Odonis de sancto Mauro (fol. 63r-63v); epistola Fausti (fol. 63v-64r); vita sancti Mauri (fol. 64r-70v).
30° Liber miraculorum serie decurrente... (fol. 70v-75v).
31° Passio sancti Marcelli papae (fol. 75v-77v).
32° Sermo sancti Hilarii de sancto Honorato (fol. 77v-82r).
33° Vita sancti Fursei (fol. 82r-84v).
34° Passio sanctorum trium geminorum... (fol. 84v-87r).
35° Vita beati Sulpicii episcopi (fol. 87r-91r).
36° Vita sancti Genulphi (fol. 91v-97v).
37° Vita sancti Richmiri (fol. 97v-99r).
38° Vita sancti Antonii monachi (fol. 99r-110r).
39° Passio sancti Pontiani (fol. 110r-111r).
40° Vita sancti Leobardi (fol. 111r-111v).
41° Vita beati Launomari (fol. 111v-114v).
42° Passio sancti Valentini presbyteri et sociorum (fol. 114v-116v).
43° Passio sancti Sebastiani (fol. 116v-125r).
44° Passio sanctae Agnetis (fol. 125r-126v).
45° Passio sanctorum martyrum Fructuosi, Augurii et Eulogii (fol. 128r-129r).
46° Passio sancti Patrocli (fol. 129r-130r).
47° Passio sancti Timothei (fol. 130r-130v).
48° Passio sancti Vincentii levitae (fol. 130v-133r).
49° Inventio corporis ejusdem (fol. 134r-135v).
50° Passio sancti Anastasii monachi (fol. 135v-139v).
51° Passio sanctorum martyrum Vincentii, Orontii et Victoris (fol. 139v-141v).
52° Passio sancti Asclae (fol. 141v-142r).
53° Passio sancti Babylae (fol. 142r-143v).

54° Passio sancti Saviniani (fol. 143v-145r).
55° Passio sancti Praejecti episcopi (fol. 145r-147r).
56° Passio sancti Polycarpi episcopi (fol. 147r-149r).
57° Epistola Smyrnaeorum de passione sancti Polycarpi (fol. 149r-150r).
58° Vita sancti Juliani episcopi Cenomanensis (fol. 150r-153r).
59° Vita sanctae Paulae (fol. 153r-159v).
60° Vita sancti Johannis episcopi Constantinopolitani (fol. 159v-164r).
61° Vita sanctae Savinae virginis (fol. 164r-165v).
62° Passio sancti Thyrsi cum sociis suis (fol. 165v-170v).
63° Vita sancti Johannis abbatis (fol. 170v-174r).
64° Vita sanctae Aldegundae virginis (fol. 174r-177r).
Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 807-15.
65° Vita sanctae Bathildis (fol. 177r-179r).
66° Vita sancti Malachiae (fol. 179r-191r).

DCCVII. Codex signatus num. 16737.

Olim sancti Martini a Campis 1.6.

Foliorum 136, maj. (0m,46×0,335), lineis plenis, exaratus extr. saec. XII.

Eadem documenta continet quae cod. 11757 (supra, p. 68 sqq.), eodem ordine disposita et iisdem prorsus titulis inscripta, nisi quod, codice initio et fine mutilo, desunt hic initio Vitae S. Hugonis et fere tota Passio Sae Theodosiae. Praeterea hic insertae sunt Passio sancti Georgii (infra, 5°) et Passio sanctorum Cyrici et Julittae (infra, 49°), quae desunt in cod. 11757, et in fine codicis repetita Passio sancti Gengulphi, jam superius descripta. Rursus elenchum compendio recensuisse satis erit.

1° Passio sanctae Theodosiae (fol. 1r).

Superest tantum ultima pars.

2° Vita sanctae Mariae Aegyptiacae (fol. 1v-6r).
3° Vita sancti Ambrosii (fol. 6r-10v).

4° Epistola sancti Cypriani de laude Mappalici martyris (fol. 10^{v}-11^{r}).

5° Passio sancti Georgii martyris, cujus natale est IX kalendas maii (fol. 11^{r}-13^{v}).

Inc. *Eo tempore quo Diocletianus Romani orbis gubernandum suscepit imperium, cum undique res publica multis ac diversis quateretur incommodis...*

6° Passio sancti Felicis, Fortunati et Achillei (fol. 13^{v}-15^{r}).

7° Vita sancti Roberti abbatis (fol. 15^{r}-18^{r}).

8° Passio sancti Marci evangelistae (fol. 18^{r}-20^{r}).

9° Vita sancti Richarii (fol. 20^{r}-22^{v}).

10° Passio sancti Vitalis martyris (fol. 22^{v}-23^{r}).

11° Gregorius Turonensis de sancto Eutropio martyre (fol. 23^{r}).

12° Passio sancti Jacobi apostoli (fol. 23^{r}-23^{v}).

13° Vita sancti Philippi apostoli (fol. 23^{v}-24^{r}).

14° Passio sancti Andeoli (fol. 24^{r}-26^{v}).

15° Passio sancti Sigismundi regis (fol. 26^{v}-27^{v}).

16° Vita sancti Amatoris episcopi (fol. 27^{v}-32^{r}).

17° Vita sancti Athanasii episcopi (fol. 32^{v}-36^{v}).

18° Inventio sanctae crucis (fol. 36^{v}-38^{r}).

19° Passio sancti Alexandri, Eventii et Theoduli (fol. 39^{r}-42^{v}).

20° Passio sancti Quiriaci episcopi (fol. 42^{v}-44^{r}).

21° Passio sancti Gordiani (fol. 44^{r}-44^{v}).

22° Passio sancti Pancratii (fol. 44^{v}-45^{r}).

23° Passio sancti Gengulphi (fol. 45^{r}-47^{v}).

24° Passio sanctorum Nerei et Achillei (fol. 47^{v}-50^{v}).

25° Passio sancti Pontii (fol. 50^{v}-53^{r}).

26° Passio sancti Victoris et Coronae (fol. 53^{r}-54^{r}).

27° Vita sancti Pachomii (fol. 54^{r}-65^{v}).

28° Passio sancti Petri et Andreae, Pauli et Dionysiae (fol. 65^{v}-66^{r}).

29° Vita sancti Fidoli abbatis (fol. 66r-67r).
30° Passio sancti Torpetis (fol. 67r-68v).
31° Passio sancti Baudelii (fol. 68v-69v).
32° Vita sancti Austregisili episcopi (fol. 69v-71v).
33° Miracula post obitum ejus facta (fol. 71v-73r).
34° Passio sancti Desiderii Lingonensis episcopi (fol. 73r-74r).
35° Passio sanctorum Donatiani et Rogatiani (fol. 74r-74v).
36° Passio sancti Urbani papae (fol. 74v-79v).
37° Vita beati Germani episcopi [Parisiensis] (fol. 79v-84r).
38° Passio sancti Carauni (fol. 84r-85v).
39° Vita sancti Maximini episcopi [Trevirensis] (fol. 85v-87v).
40° Passio sanctorum Marcellini et Petri (fol. 87v-88v).
41° Passio sanctorum Photini et Blandinae cum sociis suis (fol. 88v-91).
42° Passio sancti Erasmi (fol. 91r-92v).
43° Passio sancti Bonifacii (fol. 92v-94r].
44° Vita sancti Medardi episcopi (fol. 94r-97v).
45° Passio sanctorum Primi et Feliciani (fol. 97v-98v).
46° Sermo in natali sancti Barnabae (fol. 98v-99v).
47° Passio ejusdem, edita a beato Johanne, qui et Marcus (fol. 99v-100v).
48° Passio sancti Viti (fol. 100v-102v).
49° Passio sanctorum Cyrici et Julittae, XVI kalendas julii consummata (fol. 102r-104r).*
50° Epistola sancti Ambrosii de passione et inventione sanctorum Gervasii et Protasii (fol. 104r-106r).
51° Sermo beati Ambrosii de inventione sanctorum Gervasii et Protasii (fel. 106r-107r).

52° Passio sanctorum decem millium (fol. 107r-109v).
53° Passio sancti Gallicani (fol. 109v-110v).
54° Passio sanctorum Johannis et Pauli (fol. 110v-111r).
55° Vita sancti Maxentii (fol. 111r-112r).
56° Passio sancti Petri apostoli (fol. 112r-115v).
57° Passio sancti Pauli apostoli (fol. 117v-120v).
58° Passio sancti Marcelli (fol. 120v-121v).
59° Vita sancti Martialis (fol. 121v-129v).
60° Vita sancti Theobaldi (fol. 129v-131v).
61° Vita beati Attali abbatis (fol. 131v-133r).
62° Vita beati Urbani Lingonicae urbis episcopi (fol. 133r-134v).
63° Passio sancti Gengulphi (fol. 134v-136v).

Ut supra, 23°. Sed hic fine mutila est.

DCCVIII. Codex signatus num. 16819.

Olim coenobii Sancti Cornelii Compendiensis, deinde Compendiensis (*Fonds de Compiègne*) 26.

Foliorum 334, maj. (0m,39×0,29), columnis binis, exaratus saec. X.

1° [Transitus sancti Joannis apostoli] (fol. 41v-45v).*
2° Martyrium sancti Pauli apostoli, a Lino episcopo Romano graeca lingua conscriptum et ecclesiis orientalibus destinatum (fol. 240v-241v).*

Usque ad verba *Haec audiens Nero et ira succensus, quia mundi figuram per ignem Paulus dixerat resolvendam, jussit omnes Christi milites igne cremari.*

DCCIX. Codex signatus num. 16820.

Olim « Sancti Cornelii Compendiensis, Congr. S. Mauri, » deinde Compendiensis 49.

Foliorum 180, med. (0m,35×0,25), columnis binis, exaratus extr. saec. XII.

1° Lectiones in inventione sancti Dionysii (fol. 10v-14r).

Desumptae ex *Gestis Dagoberti* (*Rec. des Hist.*, tom. II, p. 580 sqq.).

2° De inventione sanctae crucis (fol. 18v-21r).*

3° In natale sancti Peregrini episcopi et martyris (fol. 26r-29r).

Vita ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Maii, tom. III, p. 563-64.

4° In translatione sancti Martini episcopi (fol. 61v-63v).

Narratio desumpta ex Gregorii Turonensis libri I *De virtutibus sancti Martini* cap. 6, praemissa relatione ordinationis S. Martini in episcopum Turonensem ex Sulpicio Severo.

5° In translatione sancti Benedicti (fol. 70v-77r).*

6° In octavis sancti Benedicti (fol. 77r-79r).

Scilicet duo priora capita libri Adrevaldi Floriacensis de miraculis S. Benedicti.

7° In consecratione altaris (fol. 96r-97v).

Scilicet epistola Stephani papae ed. ap. Surium, ad d. 9 Oct. (p. 130).

8° In natali sancti Hippolyti martyris (fol. 113v-117v).*

9° In exaltatione sanctae crucis (fol. 160v-164r).*

10° In natale sancti Firmini (fol. 173v-178r).

Ed. ap. Salmon, *Saint Firmin*, p. 308-409. Omm. numm. 1-6, et in fine subjunctum est additamentum editum ibid., p. 410.

Praeterea continet codex lectiones plus minus compendiarias de SS. Ambrosio (fol. 7v), Marco ev. (14r), Philippo et Jacobo app. (15r), Germano ep. Par. (29r), Marcellino ep. (31v), Medardo (34r), Barnaba ap. (41v), Gervasio et Protasio (44r), Martiali (67v), Maria Magdalena (80r), Apollinari (83r), Cucuphate (85v), Jacobo Maj. ap. (90v), Germani ep. Autis. (97v), Stephani protom. inventione (103v), Laurentio (110v), Philiberto (125v), Bartholomaeo (133r), Audoeno (137r), Augustino (140r), Aegidio (148r), Evurtio (150r), Matthaeo ap. (164r), Mauritio et soc. (168r).

DCCX. Codex signatus num. 16821.

Olim coenobii « S. Cornelii Compend[iensis], Congr. S. Mauri, » deinde Compend. 27.

Foliorum 256, maj. (0m,382×0,27), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° Martyrium sancti Pauli apostoli, a Lino almo

episcopo Romano graeca lingua conscriptum et ecclesiis orientalibus destinatum (fol. 48r-50r).*

Mutila desinit in verbis *Haec audiens Nero... jussit omnes Christi milites igne cremari.*

2° Passio sancti Jacobi apostoli, fratris sancti Johannis evangelistae (fol. 88v-93v).*

3° Passio beati Pantaleonis (fol. 93v-101r).*

4° De vita et virtutibus sancti Germani Autisiodorensis (fol. 101r-126v).*

Omm. num. 18, penultima phrasis num. 37 (*Cujus sancta conversatio....*), argumentum libri primi et secundi, epitaphium in fine Vitae. Singulis capitulis praefixa est sua rubrica.

5° Ad vincula sancti Petri, kalendis augusti (fol. 126v-127v).

Inc. fere ut in cod. 5278 (tom. I, p. 470, 67°).

6° [Inventio sancti Stephani] (fol. 129v-131r).

Ex Adonis Martyrologio, ad d. 3 Augusti (P. L., tom. CXXIII, p. 315-17).

7° Passio sancti Laurentii levitae atque martyris Christi, qui passus est sub Decio caesare IIII kalendas* augusti (fol. 242v-247v).* *sic.*

8° [Passio sancti Hippolyti] (fol. 251r).

Ex Adonis Martyrologio, ad d. 13 Augusti (P. L., tom. CXXIII, p. 329-31).

DCCXI. Codex signatus num. 16822.

Olim « Sancti Cornelii Compend. Congr. S. Mauri », deinde Compend. 28.

Foliorum 68, med. (0m,358×0m,242), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° Passio sancti Philippi apostoli, quae est kalendis maii (fol. 37v-39r).*

Compendium.

2° Passio sancti Jacobi apostoli (fol. 39r-43v).*

Inc. *Tempore illo suscepit Ecclesia...*

3° Passio sanctorum Gervasii et Protasii puerique Celsi sive Nazarii (fol. 43v-48v).*

Stilo diverso. Inc. *Sanctus Nazarius secundum saeculi dignitatem clarissimis natalibus Romae ortus...*

DCCXII. Codex signatus num. 16836.

Olim coenobii Sancti Cornelii Compendiensis, deinde Compend. 15.

Foliorum 216, maj. (0m,38×0,26), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° In exaltatione sanctae crucis (fol. 17v-20v).*

2° Passio beatissimi Cornelii papae urbis Romae (fol. 20v-30v).

Passio de qua *Act. SS.*, tom. IV Sept. p. 145, num. 14 sqq. Ed. partim *Cat. Brux.*, tom. II, p. 65-67.

3° Passio sancti Cypriani episcopi et martyris (fol. 30v-32v).

Passio quae incipit *Temporibus Valeriani iniquissimi imperatoris fuit in Carthagine, quae est in Africa, gloriosissimus vir, nomine Cyprianus...* Cfr. *Act. SS.*, tom. IV Sept., p. 193, num. 13.

4° Passio sancti Matthaei apostoli (fol. 155v-163v).

Deest finis (*Zaroes autem et Arfaxat, illi duo magi....*).

5° Passio sanctorum martyrum Mauricii, Exuperii, Candidi, Innocentii atque Victoris sociorumque eorum (fol. 163v-170r).

Passio interpolata, praemisso prologo consueto, ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Sept., tom. VI, p. 345-49, cum omnibus mutationibus indicatis pp. 340, 341, num. 199-202.

6° In commemoratione sancti Michaelis Archangeli (fol. 170r-174r).*

7° Vita sancti Hieronymi (fol. 174r-175v).

Compendium Vitae ed. P. L., tom. XXII, p. 175-84.

8° Vita sancti Remigii archiepiscopi (fol. 179v-182v).*

Attributa Fortunato.

9° Passio sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii (fol. 182v-185v).*

Adscripta Fortunato. Om. prologus.

10° In natale sancti Lucae evangelistae (fol. 199r-200r).

Tres lectiones desumptae ex sermone Pauli diaconi ed. P. L., tom. XCV, 1530-35.

11° Passio sanctorum martyrum Crispini et Crispiniani (fol. 202r-207r).*

12° Passio sanctorum apostolorum Simonis et Judae (fol. 207r-216r).*

Ultimo folio prorsus lacerato, mutila desinit in verbis *Omnia ex quadratis marmo...*

DCCXIII. Codex signatus num. 16838.

Olim Coenobii Sanctae Mariae Karoli loci, deinde Sancti Martini a Campis 12.

Foliorum 158, maj. (0m,375×0,25), columnis binis, exaratus saec. XII.

Visio quaedam Petri abbatis Igniacensis (fol. 157r-158v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Oct., tom. XIII, p. 73-75, num. 25-34.

DCCXIV. Codex signatus num. 17002.

Olim coenobii Moissiacensis (1), deinde Claudii Joly, postea *Notre-Dame* 97.

Foliorum 272 (quorum 1um duplex), maj. (0m,46×0,295), columnis binis, exaratus saec. X, praeter folia, 1, 1bis et 245-72, exarata saec. XI.

1° Lectiones sancti Marcelli Cavilonensis (fol. 1v-1bis r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Sept., tom. II, p. 199-200. Omm. ultima sententia num. 7 et numm. 8, 9.

2° [De sancto Apollinari Ravennate] (fol. 1bis r-1bis v).

Fragmenta quaedam ex Passione decerpta.

3° [Passio sancti Cyrilli episcopi] (fol. 1bis v-2v).

Ut in cod. 5304 (tom. II, p. 41, 20°).

4° Passio sanctorum Cyrici et Julittae matris ejus, XVI kalendas julii (fol. 2v-6r).

Haud absimilis Passioni ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Jun., tom. III, p. 28-33.

5° Passio sanctarum virginum Justae et Rufinae, quae

(1) Fol. 1r legitur haec nota « Hoc Mss. mihi dono datum est ex parte DD. Religiosorum Abbatiae Moissiacensis ad instantiam et commendationem D. Dadini de Altaserra Doctoris utriusque juris et Professoris in Academia Tolosana. Cl. Joly (M. Aug. 1656). » Et fol. 221v : « Libri divini omnes quos Sancti Petri Musciacensis armarium continet sunt numero sexaginta, exceptis his qui foris sunt, id est... »

passae sunt in civitate Hispali xv kalendas augusti (fol. 6v-7r).

Paulo amplior Passione ed. ibid., ad d. 19 Jul., tom. IV, p. 585, num. 10-11.

6° Passio sanctae Margaritae virginis, quae passa est in Antiochia civitate sub Olibrio praefecto XIII kalendas augusti (fol. 7r-11r).*

7° Passio sanctae Juliae virginis et martyris, quae passa est Trecas civitate sub Elidio praefecto III kalendas augusti (fol. 11r-12r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Jul., tom. V, p. 133-34.

8° Passio sanctae Christinae virginis, quae passa est VIIII kalendas augusti (fol. 12r-16v).*

Inc. *Erat quaedam sancta et sacra puella de Tyro, spem habens virginitatem custodiendam.*

9° Conversio seu transitus sanctae Segolenae abbatissae, cujus corpus in pago Albiensium quiescit et est transitus ejus VIIII kalendas augusti (fol. 16v-20v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Jul., tom. V, p. 630-37.

10° Passio sancti Jacobi apostoli, fratris Johannis evangelistae, qui passus est VIII kalendas augusti (fol. 20v-21v).*

Fine mutila.

11° [Passio sancti Christophori] (fol. 22r-24r).

Bene convenit cum Passione ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Jul., tom. V, p. 146-49.

12° Passio sancti Cucuphatis martyris, qui passus est VIII kalendas augusti (fol. 24r-25r).

Ut in cod. 5306 (tom. II, p. 57, 111°).

13° Passio sancti Felicis, qui passus est Nola civitate sub Marciano imperatore VI kalendas augusti (fol. 23r-27r).

Ut ibid., 113°.

14° Vita vel passio sanctorum martyrum Nazarii et Celsi pueri, qui passi sunt Mediolano sub Anolino praeside V kalendarum augustarum (fol. 27r-31v).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 179v-84v.

15° Passio sancti Pantaleonis martyris, qui passus est Nicomedia sub Maximo imperatore v kalendas augustas (fol. 31v-32v).*

Fine mutila, foliis excisis.

16° [Vita sancti Germani episcopi Autisiodorensis] (fol. 33v-34r).*

Initio mutila inc. *ecce hodie reddidisset. Contremuit diaconus...*

17° Passio sanctorum VII Macchabaeorum fratrum, qui passi sunt sub Antiocho rege kalendis augusti (fol. 34r-34v).

Ex *Lib. Macchabaeorum* II, cap. v.

18° Passio beatissimi Fabii martyris, qui passus est sub Diocletiano et Maximiano kalendis augusti (fol. 34v-36v).

Ed. ope hujus cod. *Anal. Boll.*, tom. IX, p. 123-34.

19° Passio sancti Felicis martyris, qui passus est sub Daciano praeside in civitate Gerunda kalendis augusti (fol. 36v-38r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Aug., tom. I, p. 26-28.

20° Kalendis augusti, passio sanctorum Eleazari et septem filiorum ejus, qui passi sunt pro lege Dei et mandatis Domini nostri Jesu Christi (fol. 38r-38v).

Ex *Lib. Macchab.* II, cap. VI, v. 8-31, et cap. VII.

21° Passio sanctae Theodotae virginis et filiorum ejus, IIII nonas augusti (fol. 38v-39r).

Ut in cod. 5306 (tom. II, p. 59, 124°).

22° Passio sancti Procopii martyris, qui passus est sub Fabiano judice IIII nonas augusti (fol. 39r-39v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Jul., tom. II, p. 556.

* *cod.* Mimii.

23° Vita sancti Memmii* episcopi et confessoris, qui obiit in civitate Cathalaunicae nonis augusti (fol. 39v-40r).

Ed. ibid., ad d. 5 Aug., tom. II, p. 11-12.

24° Passio sanctorum martyrum Xysti episcopi, Lau-

rentii diaconi, Hippolyti ducis, qui passi sunt in urbe Roma sub Decio Cesare IIII idus augusti (fol. 40r-41r).

Ut in cod. 5306 (tom. II, p. 60, 130°).

25° Item alia, eodem die, sancti Sixti episcopi et Laurentii vel Hippolyti (fol. 41r-44v).*

26° Passio sanctorum martyrum Justi et Pastoris, qui passi sunt sub Datiano praeside VIII idus augusti (fol. 44v-45r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Aug., tom. II, p. 154.

27° Passio sanctae Afrae, quae passa est in civitate Augusta VII idus augusti (fol. 45r-45v).*

In cod. descriptum est tantum cap. II, omissis hic illic sententiis nonnullis et add. quae ed. sunt ann. *m*, p. 59.

28° Passio sancti Mammetis martyris, qui passus est sub Alexandro imperatore VII idus augusti (fol. 45v-47v).

Ut in cod. 5306 (tom. II, p. 60, 133°).

29° Passio sancti Cypriani martyris, qui passus est VI idus augusti (fol. 47v-48r).*

Acta proconsularia.

30° Passio sancti Cassiani, qui passus est idus augusti (fol. 48v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Oct., tom. XIII, p. 283-84.

31° Passio sancti Vamnae martyris, qui passus est XVI kalendas septembris (fol. 51r-52r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Aug., tom. III, p. 287-89.

32° Passio beatae Faustae virginis Christi et Evilasii ducis, qui passi sunt in civitate Quizicos sub Maximiano imperatore XII kalendas septembris* (fol. 52r-53v).

* *corr. saec. XV* octobris.

Ed. ibid., ad d. 20 Sept., tom. VI, p. 144-46.

33° Passio sancti Symphoriani martyris, qui passus est sub Aureliano XI kalendas septembris (fol. 53v-54v).

Passio de qua *Act. SS.*, ad d. 22 Aug., tom. IV, p. 493-94, numm. 14, 15.

34° Passio sanctorum trium fratrum Claudii, Asterii, Neonis, qui passi sunt x kalendas septembris (fol. 54v-55v).

Ed. ibid., ad d. 23 Aug., p. 571-72.

35° Passio sancti Bartholomaei apostoli, qui passus est VIIII kalendas septembris (fol. 55v-57v).*

36° Translatio corporis beati Bartholomaei (fol. 57v-58v).

Ut in cod. 3809 A (tom. I, p. 333, 8°).

* sic. 37° Item ejusdem translationis historiam*, sicut apud praefatam urbem Beneventum a viris fidelibus digesta et ad nos per supra memoratum episcopum perlata est simul cum miraculis apostoli (fol. 58v-59v).

Ut ibid., 9°.

38° Vita sancti Eptadii presbyteri et confessoris, qui observatur VIIII kalendas septembris (fol. 59v-61r).

Ed. *Act. SS.*, ad 24 Aug., tom. IV, p. 778-80.

39° Passio sancti Genesii martyris, qui passus est in civitate Arelatensi sub die octavo kalendas decembris (fol. 61r-62r).

Ed. ibid., ad d. 25 Aug., tom. V, p. 131.

40° [Passio sancti Genesii mimi] (fol. 62r-62v).

Stilo non parum discrepat a Passione ed. ap. Mombritium, tom. I, fol. 333.

41° Vita sancti Licerii episcopi et confessoris, qui obiit in territorio Tolosano in civitate quae vocatur Coserandis seu Austria VI kalendas septembris (fol. 62v-64r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Aug., tom. VI, p. 47-49 (cfr. supra, tom. I, p. 334, not.).

42° Passio sancti Juliani martyris, qui passus est V kalendas septembris (fol. 64r-64v).*

43° Passio sanctae Sabinae virginis [Tricassinae], cujus vita et nobilitas fuit in Samon civitate IIII kalendas septembris (fol. 64v-66v).*

44° Passio sancti Antonini martyris, qui passus est

in Apamiae civitate IIII nonas septembris (fol. 68v-70v).

Ut in cod. 3809 A (tom. I, p. 335, 19°).

45° Passio sanctae Reginae virginis, quae passa est sub Maximiano imperatore et Olibrio praefecto septimo idus septembris (fol. 70v-72v).

Ut ibid., 22°.

46° Passio sancti Adriani et comitum ejus, qui passi sunt in Nicomedia VI idus septembris (fol. 72v-77r).*

47° Vita sancti Salvii episcopi Albiensis sedis (fol. 77r-78r).

Ut ibid., 25°.

48° Passio sanctae Eugeniae virginis et sociorum Proti et Jacincti, qui passi sunt sub die III idus septembris (fol. 78r-83r).*

49° XVIII kalendas octobris, exaltatio sanctae crucis (fol. 83r-84r).*

50° Passio beatae Euphemiae virginis, quae passa est in civitate Calcedonii die XVI kalendas octobris (fol. 84r-86r).*

51° Passio sancti Matthaei apostoli et evangelistae, qui passus est XI kalendas decembris (fol. 86r-89r).*

52° Passio sanctorum martyrum Mauricii cum sociis suis (fol. 89r-90v).*

53° Passio sancti Andochii martyris sociorumque ejus, qui passus est Augustuduno civitate sub Aureliano imperatore VIIII kalendas octobris (fol. 90v-92v).

Ut in cod. 3809 A (tom. I, p. 336, 30°).

54° Passio sanctae Justinae virginis et Cypriani martyris, qui passi sunt in Antiochia sub Diocletiano imperatore et Claudio caesare et Eutholalio duce VI kalendas octobris (fol. 92v-97v).

Ed. ap. Martene, *Thes. nov. Anecd.*, tom. III, p. 1621-50.

55° Passio sanctorum Cosmae et Damiani, Antimi,

Leontii et Eupropi, qui passi sunt in Egea civitate, die v kalendas octobris (fol. 97v-98v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Sept., tom. VII, p. 474-78.

56° Revelatio sancti Michaelis archangeli, III kalendas octobris (fol. 98v-100r).*

57° Vita et actus beati Hieronymi presbyteri, cujus sollemnitas est pridie kalendarum octobrium (fol. 100r-101r).*

Auctore anonymo.

58° Passio sancti Leodegarii martyris, qui passus est sub Ebroino principe e[t] Vaingo duce in Gallia VI nonas octobris (fol. 102r-104r).

De qua nuper fuse disseruit, eam cum utraque Vita edita conferens, cl. v. B. Krusch, *Neues Archiv*, etc., tom. XVI (1891), p. 565-94.

59° Item de mirabilibus sancti Leodegarii (fol. 104r-104v).

Ed. B. Krusch, tom. cit., p. 594-96.

60° Passio sanctae Reparatae virginis, quae passa est VIII idus octobris (fol. 104v-105r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Oct., tom. IV, p. 39-40.

61° Passio sanctorum martyrum Dionysii episcopi, Rustici et Eleutherii, qui passi sunt VII idus octobris (fol. 105r-106r).*

Auctore Fortunato.

62° Passio sanctorum martyrum Fausti, Januarii et Martialis, qui passi sunt Cordua in civitate sub Eugenio praeside die tertio idus octobris (fol. 106v-107r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Oct., tom. VI, p. 193-94.

63° Passio sancti ac beatissimi Caprasii martyris, qui passus est in civitate Aginno sub Aureliano imperatore die XIII kalendas novembris (fol. 107r-108r).

Passio illa, secundum Acta S. Symphoriani concinnata, de qua *Act. SS.*, ad d. 20 Oct., tom. VIII, p. 816, num. 4.

64° Passio sanctorum Servandi et Germani, qui passi sunt die x kalendas novembris (fol. 108r-109r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Oct., tom. X, p. 28-30.

65° Passio sanctorum apostolorum Simonis et Judae, qui passi sunt v kalendas novembris (fol. 109r-112r).*

66° Passio sanctorum martyrum Vincentii et Christetae et Savinae, qui passi sunt in urbe Abela sub Daciano praeside die v kalendas novembris (fol. 112v-114r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Oct., tom. XII, p. 204-5; prologus autem editus est ap. Florez, *España Sagrada*, tom. VI, p. 315-16, num. 1-3.

67° Passio sancti Marcelli martyris, qui passus est sub Agricolano principe III kalendas novembris (fol. 114r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Oct., tom. XIII, p. 281. Om. pars num. 1 ibidem uncinis inclusa.

68° Textus passionis martyris Christi Quintini, qui passus est pridie kalendas novembris (fol. 114r-117r).

Ed. ibid., ad d. 31 Oct., p. 794-99, num. 1-18. Omm. versiculi singulis capitulis praefixi.

69° Revelatio corporis ejus (fol. 117r-117v).

Ed. ibid., p. 785-86, num. 14-19.

70° Item alia inventio ejusdem (fol. 117v-118v).

Ed. ibid., ad d. 3 Jan., tom. I, p. 154-55, num. 4-10.

71° Vita sancti Amancii episcopi [Ruthenensis] et confessoris, cujus celebratio est kalendas novembris (fol. 122r-125v).*

72° Gesta et passio beati Eustachii illustri[s] viri, quae observatur kalendis novembris (fol. 125v-129v).*

73° Passio sanctae Marcianae virginis, quae passa est in civitate Caesarea IIII nonas novembris (fol. 129v-131r).

Acta prolixiora quam ed. *Act. SS.*, ad d. 9 Jan., tom. I, p. 569.

74° Vita sancti Dalmacii Rutenae urbis episcopi, cujus celebratio est IIII nonas novembris (fol. 131r-132v).

Ed. ap. Labbe, *Nov. Bibl. mss.*, tom. II, in Supplemento.

75° [Sulpicii Severi scripta de S. Martino] (fol. 132v-158r).*

76° [Inscriptiones de S. Martino] (fol. 158r-159r).*

77° [Excerpta ex Gregorio Turonensi de gloria postuma S. Martini] (fol. 159v-160v).*

78° Eodem die, passio sancti Mennae martyris (fol. 160v-162v).*

79° [Vita] sancti Briccii episcopi Turonensis (fol. 162v-163r).*

80° Passio sanctorum Aiscli et Victoriae, qui passi sunt in civitate Corduba sub Dion praeside die XIII kalendas decembris (fol. 163r-165r).

Ed. ap. Florez, *España Sagrada*, tom. X, p. 485-91.

81° Passio sancti Romani et comitum ejus, qui passi sunt XIIII kalendas decembris (fol. 165r-167r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 244r-46r.

82° Passio sancti Lauriani episcopi et martyris, qui passus est sub Mariano et Hermogenio et Deodato et Andelabo Spaliensi[bu]s latrunculis XIIII kalendas decembris (fol. 167v-168v).

Ut in cod. 3506 (tom. II, p. 55, 97°).

83° Passio sanctorum martyrum Valeriani, Tiburcii atque Caeciliae, qui passi sunt X kalendas decembris (fol. 168v-174v).*

84° Passio sancti Clementis episcopi, qui passus est VIIII kalendas decembris (fol. 174v-176r).*

Omm. miracula Vitae annexa.

85° Passio sancti Grisogoni martyris, qui passus est in urbe Roma sub Diocletiano imperatore VIII kalendas decembris (fol. 176r-178r).*

Scilicet prior pars Passionis sanctae Anastasiae.

86° Passio sancti Julii, qui passus est IIII kalendas decembris (fol. 178r-178v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Maii, tom. VI, p. 660-61.

87° Passio sanctorum martyrum Saturnini et Sisinnii, qui passi sunt III kalendas decembris (fol. 178v).*

Desumpta ex Passione S. Marcelli papae, num. 1-9.

88° Passio sanctorum Chrysanti et Dariae virginis, qui passi sunt kalendis decembris (fol. 179r-182v).*

Om. prologus.

89° Passio beatissimi Saturnini Tolosae episcopi et martyris, qui passus est III kalendas decembris (fol. 182v-185r).

Ed. ap. M. J. de Maceda, *Actas sinceras de los sanctos Saturnino*, etc., p. 243-74.

90° De mirabilibus sancti Saturnini martyris (fol. 185r-185v).

Ut in cod. 3809 A (tom. I, p. 342, 75°). Fine mutilum, folio exciso.

91° [Passio sancti Andreae] (fol. 186r-187v).*

92° De mirabilibus sancti Andreae (fol. 187v-195r).*

93° Passio sanctae Leocadiae virginis, quae est V idus decembris (fol. 195r-195v).

Ed. ap. Florez, *España Sagrada*, tom. VI, p. 315-17.

94° Passio sanctae Eulaliae virginis, quae passa est in civitate Barcinona sub Daciano praeside IIII idus decembris (fol. 195v-196v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Febr., tom. II, p. 577-78.

95° Passio sanctae ac beatissimae Eulaliae virginis et martyris Christi, quae passa est in civitate Emerita sub Calpurniano praeside idus decembris (fol. 196r-199r).

Ed. ap. Florez, *Esp. Sagr.*, tom. XIII, p. 398-406.

96° Passio beatae Luciae virginis, quae passa est idus decembris (fol. 199r-200v).*

97° Passio sancti Thomae apostoli, qui passus est in India VII kalendas januarii (fol. 200v-206r).

Ed. ope hujus cod. ap. Max. Bonnet, *Acta Thomae*, p. 132-160.

98° Passio sanctorum Marciani, Nicandri, Appollinii, sociorumque ejus, XI kalendas januarii (fol. 206r-206v).

Alia versio Passionis ed. *Act. SS.*, ad d. 5 Jun., tom. I, p. 420-21.

99° Passio sancti Valeriani martyris, quae est X kalendas januarii (fol. 206v-207r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Sept., tom. V, p. 21-22. Praefixus est prologus ed. ibid., p. 22, annot. *a*.

100° Vita vel actus beati Desiderii episcopi Caturcensis, cujus celebratio est XVII kalendas decembris (fol. 207r-217v).

Ed. ap. Labbe, *Nov. Bibl. mss.*, tom. I, p. 699-716. Sed hic leguntur quae deerant in exemplari Labbaei (cfr. tom. cit., p. 714, Mirac. VIII et IX). Quae legesis infra in Append.

101° Passio sancti Caprasii martyris, qui passus est XIII kalendas novembris (fol. 217v-219v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Oct., tom. VIII, p. 823-25. Narratio passim prolixior est et rerum ordo perturbatus.

102° Passio sancti Marcelli martyris, qui passus est Cavalonis civitate sub Antonino imperatore et Prisco praeside nonas septembris (fol. 219v-220r).

Ed. ibid., ad d. 4 Sept., tom. II, p. 496-97.

103° Idibus martii, natale sancti Gregorii papae urbis Romae (fol. 222r-224v).*

Auctore anonymo. Omm. capp. 4, 5.

104° Passio sancti Marci evangelistae, qui passus est VII kalendas maii (fol. 224v-225r).

Ut in cod. 5306 (tom. II, p. 49, 50°).

105° Vita sancti Medardi episcopi et confessoris, cujus celebratio est VI idus junii (fol. 225r-227r).*

106° Passio sanctorum Joannis et Pauli, qui passi sunt VI kalendas julii (fol. 227r-227v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Jun., tom. V, p. 159-60. In codice leguntur ea quae indicata sunt ibid., p. 161, annot. *p*, *x*.

107° Vita sancti Philiberti abbatis, cujus sollemnitas est XIII kalendas septembris (fol. 227v-231r).

Ed. ibid., ad d. 20 Aug., tom. IV, p. 75-80.

108° v kalendas septembris, natale sancti Augustini episcopi et confessoris (fol. 231r-232v).*

Fragmentum Vitae conscriptae a Possidio.

109° Passio sancti Saturnini urbis Tolosae [episcopi], qui est celebrandus III kalendas decembris (fol. 232v-239r).

Ut in cod. 3809 A (tom. I, p. 341, 73°).

110° Passio sancti Terentiani martyris et episcopi, qui passus est kalendas septembris (fol. 239r-241r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Sept., tom. I, p. 112-115.

111° Passio sancti Maximi, qui passus est III kalendas novembris (fol. 241r-243r).

Ed. ibid., ad d. 30 Oct., tom. XIII, p. 319-25. Convenit cod. cum ed. Casitti.

112° Passio sancti Maurini levitae et martyris, quae celebratur VII° kalendas decembris (fol. 245r-247v).

Inedita, ut videtur. Vid. Append.

113° Passio sancti Petri episcopi Alexandriae, qui passus est sub Maximiano et Diocletiano apud Alexandriam VII kalendas decembris (fol. 247v-249r).

Ed. ap. Surium, ad d. 25 Nov. (p. 526).

114° Vita vel obitus sancti ac venerabilis viri Theodardi archiepiscopi Narbonensis ecclesiae et confessoris Christi, cujus annua sollemnitas kalendis maii celebratur (fol. 249r-259r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Maii, tom. I, p. 142-56.

115° Passio sanctorum martyrum Marcellini et Petri, quae est III° nonas junii (fol. 259r-259v).*

116° Passio sanctorum Gervasii et Protasii, quae observatur XIII kalendas julii (fol. 259v-260v).*

Omm. ea quae pertinent ad certamen parentum sanctorum martyrum, Vitalis scilicet et Valeriae.

117° Passio sanctorum Cyrici et Julittae, quae celebratur XX kalendas julii (fol. 260v-262r).*

118° Passio beatorum martyrum Abdon et Sennen,

quae celebratur III kalendas augusti (fol. 262r-263v).

Inc. *Pretiosissimorum Abdon atque Sennes Christi martyrum stilo currentes agones atque varias passiones, necesse est praetitulare qua ex natione quave sint exorti telluris procreatione. Persarum namque claritudo generum, ceu in multis reperitur voluminibus, inter exteras nationes pollebat splendidius bellorum assuetudinibus ac divitiis* sic. *amplitudinibus. Quin etiam paene orientalibus sita climatibus Indicis, gemmarum eborumque, auri, argenti ac sericarum vestium affluebat ornatibus necne diversorum pigmentorum odoribus, adeo ut, veluti breviata eorum innuit passio, ex Persarum regulis illorum praediva exorta dicatur natio.*

Des. *Haec denique corpora invictissimorum Abdon ac Sennes Christi famulorum latuerunt usque ad tempora Constantini mitissimi principis Romanorum. Tempore nempe ipsius Domino largiente praefatorum beatorum mirifica corpora sunt revelata et cum magna veneratione et exultatione in cimeterium Nepotiani translata. Regnante*, etc.

119° Vita beati Donati confessoris Christi, mense augusti die VII (fol. 263v-265v).

Ed. ap. Mombritium, tom. I, fol. 234r *(Passio sancti Donati episcopi et martyris)*; sed ei inserta est, ut non raro alias, altera illa quae edita est ibid., fol. 232r *(Vita sancti Donati episcopi)*.

120° Passio sancti Juliani martyris, quae est V kalendas septembris (fol. 265v-272r).

Ed. P. L., tom. LXXI, p. 1103-6. Eidem annexus est liber *De virtutibus sancti Juliani*, ed. ibid., p. 801-28, inde a verbis *Caput quoque ejus Ferreolus martyr...* (cap. I extr.).

121° Passio sanctorum martyrum Mauricii, Exuperii, Candidi, Innocentis atque Victoris cum sociis eorum, qui Agauno passi sunt (fol. 272r-272v).*

Initium Passionis.

Appendix ad cod. 17002.

MIRACULA S. DESIDERII EPISCOPI CADURCENSIS (Cfr. supra, p. 374, 100°).

1. Alio quoque tempore adolescens quidam*, nomine Ruccolenus, a tertianò typo vexatus, graviter laborabat per dies multos. Quidem* miracula confessoris addiscens, ardenter valde ad sepulcrum ejus contendit; ubi oratione perfusa, patrocinari sibi sanctum antistitem postulavit. Accepto autem liquore ex quo ceteri sanare* solent, custodum se orationi** commendavit. Necnon post longum spatium, superna gratia miserante, contagionis parte depulsa speciem vivi hominis, quam jam perdiderat, recepit. Sic demum funditus morbo expulso sanitatem pristinam indeptus, ad locum proprium rediit.

* *cod.* quidem.
* *sic.*
* *sic.*
** *cod.* oratione.

2. Item vir quidam ex castro Mercurio veniens, quem continua vexabat infirmitas, ad memoriam beati Desiderii sese cum fiducia contulit. Qua adversus martyrarium sibi liquorem salutiferum impertire deposcit, benedictione exposita accepit, accipiens sumpsit, patrocinare sibi antistitem poposcit, fidensque de obtenta* salute abscessit, et Domino operante celeri proventu sanatus est. Gloria tibi, Christe; et ista tua sunt opera, tua in omnibus cotidie fulgent ubique magnalia.

* *cod.* abtenta.

3. Alio quoque tempore puerulus quidam ex monasterium Sancti [Amantii] (1) alium, quod infra septa municipii Cadurcae habetur, dies multos in aegritudine laborans vehementer jam tabescebat. Qui cum nullo recuperandi argumento acciperet, sanctimonialis, quae illic praeerat, ad memoriam sancti Desiderii dirigere studuit, atque ex eo medendi liquore, quod multis prodesse solet, aegro illi deferre exposcit; factumque est. Praecurrens autem missus, cui nomen Prosperius, ad sepulcrum sancti contendit, custodem adiit, preces ingerit, benedictionem exposcit, impetrata secum detulit, aegro impertiit, confidenter accipere monuit. Quod cum aeger fecisset, confessore et Spiritus gratia largiente recuperare meruit salutem.

4. Sed nec solum ad sepulcrum ejus haec signa gerere arbitremini. Audite quid alibi gesserit. Pompegiacus...

PASSIO S. MAURINI LEVITAE AGINNENSIS (Cfr. supra, p. 375, 112°).

Incipit prologus in passione sancti Maurini martyris Christi.

[P]riscorum quidem traditur morem fuisse gentilium, ut fortissimi quique tironum militaris vires disciplinae cotidianis exercitiis assuescerent, ut tali exer-

(1) Ita legendum videtur : vox fere prorsus deleta est in cod. De monasterio Sancti Amantii cfr. *Gall. Christ.*, tom. I, p. 157.

citationis experientia approbati, si quando rei bellicae necessitas immineret, confestim in ipso congressionis suae impetu hostem debellando prosternerent et victoriae triumphum ad suum in urbe principem laeti reportarent; a quo etiam ipsi nihilominus singulari admodum ac praecipua praemiorum honorificentia usque adeo colebantur ut inter excellentiores palatini ordinis dignitates sublimati, amplioris gratiae praerogativa ab eodem principe perenniter fruerentur. Pari etenim modo, quamvis dissimili ratione, fortissimi sanctae Ecclesiae bellatores agere videntur, qui velut in hujus mundi quadam palaestra probatae vitae et conversationis studiis disciplinabiliter assueti, adversus antiquum hostem fortiter pugnando vicerunt, et victoriae palmam consecuti, a superno imperatore, qui est Christus, coronam regni percipere meruerunt. Quorum haud expers collegio gloriosus Christi martyr et levita Maurinus non immerito exultat, qui post exactos praesentis vitae pro Christo labores mirabiliter de hoste triumphavit; cujus nimirum passionis gesta scriptis tradere disponimus. Sed necesse est nonnulla, quae vitae ipsius documenta forent, virtutum prius magnalia explicemus, quo postmodum in sequentibus martyrii ejus ordinem honestius calamo digerente sequamur. Unde jam Deo juvante nostri faciamus sermonis exordium, et ea ipsa quae fidelium narratione comperta didicimus, relationi inseramus. **Explicit praefatio.**

Passio sancti Maurini levitae et martyris Christi, quae celebratur VII° kalendas decembris.

1. Igitur Maurinus, Aginnensis urbis territorio oriundus, patre Euticio, matre vero Alabanna nomine, procreatus agnoscitur. Memoratus sane genitor ipsius cum jam decem fere et octo annorum summam in eodem conjugis persistens matrimonio absque ulla liberorum propagine exegisset, nullamque deinceps accipiendae sobolis spem haberet, statuit apud se quo, tradito conjugi repudii libello, alterutro ab invicem divortio solverentur. Adveniente itaque definito diei tempore, quo haec fieri necesse fuerat, eadem ipsa nocte quae superventurae jam diei imminebat, cum idem Euticius, toro accubans conjugali, post diversa quibus turbari poterat curarum semina somno paulisper indulsisset, vox caelitus demissa talibus eundem visa est compellere sermonibus: *Quo tandem*, inquit, *Eutici, per varios nutabundae mentis anfractus in praeceps dilaberis? Anne, quod hactenus genitali pignorum carere videtur puerperio, in grave conjugis odium exarsisti? Scito ergo*, inquit, *Domini voluntas est, ejusque tibi per me directa legatio, quatenus remotis curarum ambagibus licito ex ingenialis copulae fruaris matrimonio: siquidem filium generaturus ades, qui proprio nomine dictus Maurinus censeatur ab omnibus. Hic, inquam, ex matris utero praeelectus a Domino, magno ejus gratiae potietur beneficio; cujus et nominis memoriale nullo umquam finietur in tempore.* His interim Euticius somno expergefactus, necnon

de percepto divinitus oraculo attonitus, maximo est exhilaratus gaudio, quod de nascituro sibi filio superno meruit ammoneri praesagio. Quid multa? Cognovit uxorem; quae juxta divinae promissionis fidem concipiens, filium peperit. Natus vero infans et ablactatus, nomen eidem a parentibus quod jussi fuerant caelitus
5 impositum est Maurinus.

2. Quorum videlicet diligentia enutritus, ad discenda litteraturae saecularis ac deinde liberalium artium studia applicatus est. Verum idem puer in eodem disciplinae tirocinio constitutus, coepit etiam non aetatis modo, immo et intellectus perspicacia, adeo non mediocriter proficere ut plerosque, quamlibet pro-
10 vectioris vitae, peritiae non ignaros, aequiparasse videretur. Cumque in hujusmodi scripturarum eruditione praecipuus admirationi omnium adprime haberetur, ne quid sibi de hujus mundi gloria blandiretur, relictis litterarum quibus eatenus meditabatur studiis, Capuanam urbem ad beatum Germanum episcopum aggrediens se contulit, ut baptismi ab eodem sacramenta perciperet. Hujus
15 siquidem viri celebris per orbem tunc temporis virtutum opinio increbuerat, et singularis meriti praeconio, quo longe lateque omnibus circumquaque degentibus innotuerat, etiam remotiores quosque sanctae conversationis fama ad se adtraxerat.

3. Ad hunc itaque Dei famulus virum venerabilis vitae Germanum, cum esset
20 annorum duodecim, clam parentibus suis perveniens, aliquandiu secum commoratus est. Quo comperto idem pontifex, beatum sane Christi militem Maurinum ob sui desiderium tanti laborem itineris confecisse, simulque etiam in eo praeclarae indolis et eruditionis exemplar admiratus, totius illum benedictionis cum gaudio sancti Spiritus praerogativa insignitum ac sacro baptismate delibutum,
25 ad diaconatus eum honorem provexit. Qui septem cum eo permanens annos, necnon omnem sanctae philosophiae ab eodem disciplinam edoctus, tanti apud eum habitus constat ut praecipua penes ipsum veneratione semper ageretur ac longe eum semetipso meritis superiorem profiteretur, quem Dominus in ipso primaevae aetatis auspicio tam probabilem sibi ad militiam famulum delegisset.
30 4. Sed non passus Redemptor noster easdem quas praediximus lucernas, Germanum scilicet episcopum et athletam suum Maurinum, unius loci contentos statione pariter commorari, quippe qui et in diversis terrarum locis obtentu sanctae praedicationis plurimis lucere potuissent, quadam nocte idem vir Domini Germanus divino perhibetur responso ammonitus, quatinus Maurinum, suum
35 certe discipulum, remittat ad propria, quia multitudo populi per ipsum creditura in Christum foret. Cumque idipsum mane episcopus diaconi [h]ausisset in auribus, non aequo animo Christi famulus et levita sanctissimus quae ab eodem audierat accepit, quod necesse haberet uterque ab invicem disparari, quorum par fuerat in sanctae conversationis honestate persistere. Accepta proinde diaco-
40 nus sacerdotis benedictione ac mutuis alterutrum amplexibus inhaerentes, post non minimas in redeundo quas perpessus est paganorum insidias, ad propria tandem juvante Deo est reversus.

5. Receptus itaque Aginnensis urbis finibus beatissimus Christi martyr et gloriosus levita Maurinus, in ipso ejusdem civitatis ingressu obvium habet senem ignotae personae hominem, quem daemonum legio invaserat. Quem beatus Maurinus in eodem eminus gradum figens temporis articulo conspicatus, paululum substitit, ac subinde eum prior affatus, quonam homo ille valitudinis incommodo vexaretur non sine cordis suspirio percunctatur. Ad cujus vocem paulo plus solito vir ille resipiscens, in haec demum responsa prorupit : *Incommoditas*, inquit, *hujusmodi, bone juvenis, quam hactenus simul corporis simul et animae videor sustinere dispendio, qua mihi occasione acciderit penitus ignoro. Attamen, si ulla te mei compassio aliquatenus habet, meisque doloribus condescendis, provide saltem mihi misero, in supremo paene mortis discrimine constituto, quodlibet, si facultas suppetit, solatii amminiculum, quatinus non videar tui ipsius ad horam suffragii beneficio caruisse.* His interim Dei famulus quae ab eodem dicebantur satis superque intentus, ac solita proximi pietate in lacrimis resolutus, mox ad terram genibus et expansis in caelum procumbens manibus, oravit Dominum enixius, ut respectu suae miserationis famulo subveniret quantocius, non passus fabricam sui juris pestiferis captivari daemonibus ; simulque sanctae crucis imposito confirmans hominem signaculo. Nec mora, sanatus est ille, liber sibi redditus, qui paulo ante fuerat a se alienus. Cui vir Domini sanato praecipiens, eisdem contestatus indixit verbis, quo celerius urbem ingrediens adnuntiet omnibus Jesu Christi mirabilia in semetipso divinitus operata, si forte videant simul et intellegant et recogitent quia Christus, quem christiani colentes verum Deum praedicant, ipse est omnium in se credentium salvator in saecula, idola vero falsa, cujusque metalli forent substantia, non solum non esse deos, verum etiam daemonia pessima, saluti hominum inimica.

6. Igitur universa post haec civitas, ejusdem rei quae acciderat stupefacta prodigio de reddita utique homini sospitate beati Maurini meritorum juvamine, concurrunt omnes certatim ad spectaculum, necnon principem ipsius loci, quem sancti viri in superioribus patrem memoravimus, conveniunt Euticium, qui tunc temporis sub quodam rege Lectoranensium, Vualduano nomine, in Aginnensi urbe praefecturam agere videbatur. Is namque eo sub tempore religiosam agens vitam, licet persecutionis metu occultus, totus tamen in fide vivebat catholicus. Jam enim insana praefati regis sententia conspiraverat, ut sicubi ejusdem religiones fautores invenirentur, ferro statim aut ignibus necarentur, quamvis Romani orbis imperium, quod sub Justiniano eatenus seniore nobiliter regebatur, non inclementius erga christianos agere videretur. Enimvero idem Euticius una cum aliis progressus ad spectaculum, ubi comperit Dei famulum, suum nihilominus filium, ad propria remeasse, incredibili repletus est gaudio, sive ob ipsius reditum seu certe ob hujusmodi divinitus actum ab eodem miraculum.

7. Processu vero temporis omnis paene Aginnensium civitas, ad beati viri praedicationem Christo credula facta, sacrae regenerationis lavacrum conse-

cuta est. Cum interea sacri verbi persistens officio miles Christi Maurinus quam plures in eadem urbe suis adhortationibus Domino commendaret, relatio hujusmodi ad aures Valduani regis Lectoranorum delata est, quod omnis circumquaque regio cum Euticio sane comite christianum sequi dogma videretur. Haec audiens rex et nimia permotus iracundia, missa continuo in urbem armatorum manu, Euticium ad se accersiri jubet, mente pertractans qualiter christianorum genus funditus ex eadem urbe usque ad internecionem deleret. In eadem quippe hora apparuit angelus Domini Maurino et dixit ei : *Vade*, inquiens, *in urbem vocabulo Lectoram, in qua Valduanus rex praeesse videtur. Ibi etiam reperies patrem tuum ante illius tyranni solium capitali mox sententia pro fidei confessione puniendum. Verum*, inquit, *post exactum inibi sanctae praedicationis officium et ipsum te oportet in eodem loco subire martyrium. Ego enim adero dux itineris tui.*

8. Aggressus itaque Maurinus urbem praenominatam Lectoram, cum omnibus verbum vitae praedicaret, ab apparitoribus correptus, ante conspectum judicis introductus est. Quem rex, sedens pro tribunali, his primo juvenem adorsus est verborum ambagibus : *Cujus*, inquit, *religionis ritus exequeris edicito.* Cui beatus Maurinus constanter respondit : *De religione*, ait, *qua me interrogasti, ejusmodi ratio ista probatur esse verissima. Deum enim omnipotentem, qui in caelis est, ipsum credo et fideliter adoro ; qui verus Deus est et qui verbo suo creavit universa quae in caelo et quae in terra condita sunt ; cujus aeternitas nullo umquam saeculo incipiens desinit esse quod est, sed unus idemque immortalis perseverat in saecula. In cujus etiam nomine paratus sum non modo tormenta, verum etiam et mortis suprema libenter experiri.*

9. Haec audiens vero rex et nimium exasperatus juvenis responsionibus, Euticium sibi exhiberi, Maurinum vero carceris jubet custodia mancipari. At ubi adductus in conspectu ejus fuisset Euticius, cum nulla posset persuaderi ratione quin a coepto religionis aliquatenus proposito laxaretur, gladio eum animadverti jussit. Decollatus est autem ipse et universa domus ejus familia, quos omnes manumissionis gratia ab servitutis absolvit nodo, septingentae fere et octo animae promiscui sexis : qui omnes in confessione Christi perseverantes, jussu praefati regis trucidati sunt. Quorum corpora quidam christianorum multo labore collecta, in sepulcris ea reposuerunt. Audiens vero haec in carcere constitutus beatissimus Christi miles Maurinus, quod videlicet pater ipsius necnon et universa domus ejus pro Christi nomine martyrio coronari meruerunt, gaudio repletus est magno, gratiarum Deo actiones et vota persolvens.

10. Interea praedicante sancto Maurino populum, qui ad eum per dies singulos in vinculis positum confluebat, inter alios etiam quos variis obsessos languoribus facto super eos sanctae crucis signaculo in nomine Jesu Christi sanabat, quidam ad eum homo venisse in carcerem perhibetur, qui ad ejus mox genua provolutus, sic ait : *Miserere, quaeso, mihi, serve Dei excelsi, nume-*

roso pignorum meorum solatio destituto, et doloris mei quem patior amaritudinem tuo alleva, si quo modo potes, auxilio. Ecce, inquit, *proh dolor! tres filii mei juvenili aetate florentes, dum in uno positi accumberent, fulminis ictu inter edendum percussi, morte proxima periclitari noscuntur. Nunc ergo precor te, ut in ejus nomine quem tu praedicas Jesum Christum restituas mihi filios meos, ut omnes, qui hoc viderint, credant verissime et confiteantur, quod ipse sit omnium Jesus Christus salvator credentium. Credo enim quod quaecumque tibi ab ipso concedi volueris, absque dubio consequeris.* Cumque vim facerent homini Dei, et ille indignum se tantae rei prodigio fateretur et super se diceret esse quod ab eis tantopere rogaretur, insistebat vehementius pater cum conjuge, nullo modo se a loco recessuros, nisi quam primum voto suo satisfaceret, ut filios suos paene exanimes saluti pristinae consignaret. His eorum motus Dei athleta sermonibus, jubet sibi infirmos ejusmodi in carcerem deferri: *Secundum fidem*, inquit, *vestram ita fiat, ut mirabilia Dei nostri omnibus manifestentur. Omnia enim possibilia sunt credenti.* At ubi in conspectu ejus exanimata prope filiorum corpora exposita sunt, jubet omnes qui coram fuerant, foras egressos, in vestibulo carceris eventum exspectare. Sicque toto procumbens corpore solotenus humiliatur, necnon oculos ad sidera palmasque contendens, orationi diutius immoratur. Cumque ab oratione surrexisset, factus est terrae motus magnus in eodem loco, adeo ut etiam ipsi qui extra carcerem positi exspectabant, horrore nimio perculsi exclamarent. Vir autem Domini Maurinus, ab oratione surgens, accessit propius ad decumbentium, quo positi fuerant pariter, locum, signumque crucis super eos faciens, tali subinde voce perorat: *Surgite, inquam, o juvenes, in nomine Jesu Christi, et salutis vestrae compotes, estote in omnibus testimonium quanta sint Dei nostri mirabilia, quae in servis suis operari dignatur et omnibus credentibus in ipso.* Qui dicto citius a terra surgentes, ingressi cum fiducia civitatem, exponebant omnibus Jesu Christi mirabilia in semetipsis divinitus operata. Populus autem, qui pro foribus adsistens praestolabatur, miraculi novitate stupefactus, glorificabat Deum, qui in sanctis suis mirabilis cognoscitur et non derelinquit sperantes in se, rex gloriae. Plures tamen ex gentilium multitudine, qui acriori prius adversus sanctum Dei ferebantur insania, et qui ad custodiam ejus a principe nequam constituti fuerant, comperto quod acciderat, furorem mox in pietatem verterunt. Denique direptis catenarum omnium quibus impediebatur obstaculis, liberum sancto Dei exitum tribuentes, additi sunt et ipsi ad credentium numerum; a quo postmodum sacri baptismatis mysterium consecuti sunt.

11. Adveniente igitur post haec Valduano rege in urbem Lectoram, confestim turba non modica adversantium coacta gentilium, majori adversus christianos seditione invecti, injuriis eos, non minus conviciis lacessibant. Regis siquidem sacrilegi fiducia freti, procul eos ab urbe exturbare nitebantur, quasi qui rei publicae statum novis et inauditis legibus profanantes, detrectare viderentur.

in qua scilicet utriusque partis congressione aliquos christianorum oppetisse contigit, quippe qui nec reniti adversariis, quamvis fortiores viribus, voluissent, sive pietatis obtentu seu certe ne aliquid vel leviter contra fas principis molientes, praesumptionis saltem cujusquam opprobrio notarentur. Inter haec collecti gen-
5 tiles in coetum, opportunitatem se accepisse arbitrantes, ad principem unanimes coire deliberant et dolos, quos iniqua jam mente conceperant, ex auctoritate principis adimplere contendunt.

12. Quibus omnibus et aliis quam pluribus obtrectantium rex ipse mendaciis provocatus et furore nimio permotus, jubet continuo officialibus qui coram
10 adstabant, quatinus festinato abeuntes, beatum sibi Maurinum revinctis post tergum brachiis praesentarent. Qui jussa complentes, eductum Dei militem, statuunt eum ante impiissimi tyranni conspectum. Qui sedens pro tribunali coepit primo juvenem ad sacrificia compellere idolorum, interminatus ei diversa poenarum molitum iri tormenta, nisi quam citissime sibi consentiret ut diis cae-
15 rimonias immolaret. A quo nihilominus et ipse rationabili verborum ejus responsione frustratus, vapulare eum acerbioribus lictorum mandat verberibus, adeo ut erumpente ab ipsis visceribus sanie, interiora quaeque praecordiorum ossa nudarentur. Post haec jussus recipi in carcerem Dei martyr nimio tenebrarum horrore squalentem, ubi et alii novem viri pro Christi nomine in vinculis tene-
20 bantur, cum quibus et idem fortissimus miles Christi, brachia manicis a[c] crura compedibus religatus, servandus simul traditur et custodiendus. Porro ad ostia carceralis custodiae personae quaedam a principe excubandi gratia delegatae sunt, quae ferro armatae, ab ingressu carceris christianos arcerent, qui frequentius locum ipsum, dum sacro martyris colloquio fruerentur, convenire solebant; 25 quibus etiam si ulla introeundi carcerem copia daretur, jam quasi indicio paganis erat, quod suo Dei martyrem solatio fovere quam pieta[ti]s eum obtentu mallent videre.

13. Nocte vero insecuta, qua insequenti die futura martyris audientia sperabatur, erant Christi milites divinis in laudibus vigiliarum excubias celebrantes,
30 cum ecce circa noctis ipsius medium inter exultantes martyres Christi splendidissimo angelus fulgore coruscans medius ipse colligitur. Reserantur ilico cuncta ostiorum repagula, patent quoque omnia carceris ergastula, ipsa etiam quibus Christi milites astricti tenebantur habenarum retinacula summa celeritate soluta sunt. Sonant postremo dulcia inter eos praeconia et modulatis vocibus angelica
35 mixtim carmina conseruntur. His quippe magnopere laetificati Dei martyres angelorum alloquiis, benedicebant Deum unanimes, qui servos suos in tribulatione non deserit, sed eos semper sua praesentia visitans consolari dinoscitur. Qui vero pro foribus carceris custodias observabant, quodam velut letargio pressi ita obdormierant ut nihil prorsus eorum quae* intrinsecus agerentur
40 advertere possent, quia sopor Domini eorum mentes invaserat. Angelus autem Domini affabilibus servos Christi adhortans sermonibus, ad certamina eos futura majori quodammodo fiducia praeditos roborabat et ad perpetuae gloriae coro-

* *cod.* qui.

nam provocans instruebat. Quibus iterum inter alia conlocutus aiebat : *Surgentes*, inquit, *loco quantocius ab omni impedimento liberi, estote mei comites itineris, quorum et ipse praevius, certum vobis alterius regionis locum intimare curaverim, qui vestri martyrio divinitus consecratus, in eodem vobis victoriae palmam obtinere credatis.* (Dicitur vero idem locus solito Mons Maurianus vocabulo.) Et haec dicens, cum eisdem simul egressus ergastulum, perveniunt tandem ad usque locum superius nominatum, ducem habentes secum eundem in comitatu suo angelum.

14. Custodes itaque carceris facto mane somno expergefacti, animadvertunt patula tenebrosi carceris ergastula, et soluta Christi militum curiosius vincula indagantes diu multumque morantur. Cum mirum in modum et supra quam credi potest rei quae acciderat stupore attoniti, regi haec quam primum maturatis passibus nuntiare deliberant. Quae ubi comperta habuit, iracundia plenus, jubet e vestigio persequi recedentes, data sententia ut sicubi reperti forent, statim ab apparitoribus rapti, gladio necarentur. Nec mora, cursu concito qui missi fuerant praecedentium vestigia insequuntur, quo usque ad eundem locum veniretur, ubi saepe jam dictus martyr Domini Maurinus una cum sociis duce eodem angelo commanere* decreverat. Qui stupore nimio correpti, videntes ea quae in populos per beati viri merita virtutum operarentur insignia, compuncti corde, ad beati viri genua prosternuntur, profitentes non sine daemone adversus sanctos Dei tam nequiter se invectos fuisse. Unde reatus sui paenitudinem coram ipsis agentes, plenam a sanctis viris praesumptionis suae indulgentiam consecuti, data confessione baptizati sunt ab eisdem in nomine Jesu Christi.

* *cod.* quo manere.

15. Audiens vero Valduanus impiissimus et ipsos factos christianos, omni jam crudelior belua, furiis exagitatus infrenduit ; assumptisque secum quos poterat suae malignitatis complicibus, locum quem praefati sumus, Montem Maurianum cognomine, duce eodem, quo agebatur et ipse, diabolo, adire contendit. Eadem quippe hora angelus Domini beato Maurino in visu apparens, praedixit ei et passionis suae modum et qualiter vel quo exitu martyrii palmam in proximo habiturus foret apertissime insinuavit. Veniens quippe Valduanus ad locum una cum suis pari conspiratione nitentibus, mane primo tribunal sibi in foro parari jussit; missisque apparitoribus, sanctos Dei in conspectu suo praesentari fecit, quos ad aliorum necem a se directos et ipsos ad fidem conversos in Christum credidisse cognoverat. Ad quos primo sedens pro tribunali tali dirigit suae crudelitatis indicium : *Quis*, inquit, *vestras mentes horror tam subitae mutationis invasit, aut quae vos insania abalienatos sensu ad tam pestiferum errorem induxit ? Ergo*, ait, *vestrae juventuti consulentes, nolite vos tam profanae sectae ritibus implicare, ne et vos simul pereatis cum illo vestrae religionis auspice Maurino, quem non sani capitis esse erroris sui documenta produnt.* Qui respondentes unanimiter dixerunt regi : *Nos nunc usque male errantes viam veritatis ignoravimus, utpote qui opera manuum nostrarum adorantes deos aestimavimus. Sed quia nobis per*

beatum Maurinum veritas aperta Dei gratia manifestata est, renuntiamus interim his erroribus quibus implicati hactenus videbamur. Haec audiens tyrannus, decollari omnes praecepit, adjunctis et ipsis qui cum Maurino in carcere jam dudum detenti fuerant. Quorum corpora a quibusdam religiosis sublata, sepulturae tradita sunt.

16. Interea praemissis ad palmam commilitonibus, fortissimus omnium agonista Maurinus comprehensus, et ipse a militibus et ad principis tribunal praesentatus, quaestioni subicitur. Quem judex nunc pulsans terroribus, nunc vero permulcens blanditiis, agebat nimirum qualiter eum ad sacrificia compelleret idolorum : alioquin nec sibi impune fore, nisi suae quantocius persuasioni satisfaceret, ut diis libamina immolaret. Ad haec Christi miles, non adeo minarum ejus terrore permotus, constanti animo tyranno dixit : *Sufficiat te nunc usque varia, o princeps, verbositatis argumenta protraxisse et hujusmodi persuasioni, qua me seducere viperina fraude moliris, finem impone. Nobis ergo nihil aliud persuadere poteris, quin christianum me, sicut ore, ita et corde profitear ; et in ista Dei nostri confessione immobiliter perseverans mori libenter desidero. Haec*, inquit, *voluntas mea, hoc meum desiderium, pro Christi amore et religione in carne mori, ut mortuus merear coronari et perpetuo cum Christo in caelestibus gloriari.*

17. Cum haec autem illius verba confusus mente Valduanus auribus hausisset, sublatum a conspectu suo Dei martyrem jubet validissimis funibus religatum lapidum oppressione jaculari. Jam vero cum crebris telorum ictibus per lictorum manus agitari coepisset, et ille in hujusmodi immotus pugnae exercitio Dominum precaretur, coeperunt his ipsis adversarii, quibus se athletam missilibus lacerare putarent, e contrario in se retortis graviter vulnerari. Quod tyrannus casu non tamen numine contigisse [aestimans], copiosum exinde ignem accendi jubet, ut in ejus medio martyr Christi vinctus deponeretur. Ubi cum depositus inter medios flammarum globos fuisset, confestim velut ros factum est ipsum omne prunarum quo devolutus incendium fuerat, adustis solummodo quibus artus vinculis constrictus extiterat, non impar quodammodo tribus pueris, quos simili rex Babylonius interitu perdere cogitaverat. Inter haec vero athleta Christi fortissimus exultans erat in Domino, cujus etiam inter ipsa tentationum pericula munitus auxilio, illud Daviticum tali praecinebat eloquio : *Dominus mihi adjutor in omni periculo, non timebo quid faciat mihi homo.*

18. Quo comperto Valduanus, quod nec ignis beato viro praevaluisset ullo modo, furore succensus, quasi qui nullo eum alio nocere mortis argumento potuerat, decollari eum praecepit. Cum autem ventum esset ad locum quo decollandus erat, petiit a spiculatore orandi sibi spatium indulgeri ; simulque ad sidera lumina oculorum attollens et caelo brachia dirigens, fertur orasse in haec verba : *Domine Deus*, inquit, *pro cujus haec amore sustineo, dignare me in sanctorum tuorum consortio recipi, quia tu es Deus meus, in quo speravi semper a juventute mea.* Et facta est de caelo vox ad eum : *Maurine, securus esto et*

viriliter age : ego enim adero tecum, quousque recipiam te in gloriam Patris mei. Audiens vero haec ipse qui ad decollandum eum carnifex missus fuerat, incredibili stupore repletus, dum ferire cunctatur, idem ipse per semetipsum tyrannus accessit; qui furoris impatiens, ubi ferrum strinxit, caput martyri simul cum sinistro incidens humero amputavit. Nec mora, et ipse qui supererat truncus corporis, superstite adhuc spiritu vivificatus, praecisum caput auferens cum humero, ad fontem usque directis gressibus pervenit, vocabulo Militanum, ubi, in confinio scilicet Caturcensi quod est et Aginnensi pago conterminum, novissime substitit. Valduanus vero cum suo exercitu, in furorem versi, mutuis sese trucidantes necavere vulneribus : quoniam et hoc beatus martyr futurum eis praedixerat.

19. Erat siquidem et mulier praefato loco quem diximus proxima juxta fontem, quam discolor lepra multiplici varietate foedaverat. Quae tanti prodigii miraculum conspicata, ac ingenti proinde ammiratione attonita, accedit cominus ad sancti martyris cadaver exanime, curiosius indagando quod miraculi inexpertum sibi vidisse contigerit; sicque dum martyris caput blandiori tractat indagine, confestim mundata est a lepra sua.

20. At ubi res eadem loci illius incolis comperta innotuit, facti hujus ammiratione permoti, crediderunt in Dominum Jesum Christum octoginta ferme et tres viri. Porro venerabile martyris corpus quidam christianorum auferentes, in eodem loco honorabiliter reponentes sepelierunt. Temporis vero post non longi spatium, cum plurimis locus ille miraculis illustraretur et non infrequens illuc populorum multitudo undique orationis gratia per dies singulos confluere coepisset, nam diversis calamitatibus oppressi in eodem loco meritis sancti martyris curabantur, basilica etiam super sepulcrum ejus a christianis fabricata est in honore beati Petri apostolorum principis. Quo videlicet in loco plura credentibus a Domino hactenus beneficia conferuntur, optata quoque languentibus salutis remedia per orationes ejusdem sancti Maurini levitae et martyris in perpetuum providentur, ab ipso qui vivit et régnat et gloriatur Deus per infinita saeculorum saecula. Amen.

Explicit passio sancti Maurini martyris et levitae.

DCCXV. Codex signatus num. 17003.

Olim Fuliensium 58.1.

Foliorum 209, maj. (0m,415×0,295), columnis binis, exaratus saec. XII.

Eadem documenta continet, eodem ordine disposita et iisdem titulis insignita quae cod. 16736 (supra, p. 354) et cod. 5319 (tom. II, p. 191 sqq.), nisi quod, sicut in cod. 16736, deest Translatio S. Viventii (cod. 5319, 23°) et in fine sistit in

Vita S^ae Bathildis reginae. Praeterea inserta est huic codici (infra, 32°) altera Vita S. Fursei, quae non legitur in utroque supra citato. Continentur itaque in eo codice :

1° Vita sancti Basilii (fol. 2^r-9^r).
2° Passio sancti Concordii (fol. 9^r-9^v).
3° Passio sanctae Martianae (fol. 9^v-12^v).
4° Vita sanctae Euphrosynae (fol. 12^v-15^r).
5^r Vita sancti Fulgentii (fol. 15^r-24^v).
6° Vita sancti Eugendi (fol. 24^v-28^r).
7° Passio sancti Petri Balsami (fol. 28^r-28^v).
8° Passio sancti Theogenis (fol. 28^v-29^v).
9° Vita sanctae Genovefae (fol. 29^v-33^v).
10° Vita sancti Simeonis Stilitae (fol. 33^v-36^r).
11° Vita sancti Melanii (fol. 36^r-38^r).
12° Vita sancti Gregorii Lingonensis (fol. 38^r-39^r).
13° Passio sancti Luciani Antiocheni (fol. 39^r-40^v).
14° Passio sancti Luciani Bellovacensis (fol. 40^v-42^v).
15° Passio sanctae Martianae (fol. 42^v-43^r).
16° Passio sancto um Juliani et Basilissae (fol. 43^r-52^r).
17° Vita beati Pauli primi eremitae (fol. 52^r-54^r).
18° Passio sancti Archadii (fol. 54^r-54^v).
19° Vita sancti Hilarii Pictavensis (fol. 54^v-58^r).
20° De miraculo ejusdem in synodo (fol. 59^r-61^r).
21° Depositio sancti Remigii (fol. 61^r-62^r).
22° Vita sancti Viventii (fol. 62^r-68^v).
23° Inventio sancti Firmini (fol. 68^v-69^v).
24° De sancto Felice Nolano (fol. 69^v-70^v).
25° Passio sancti Felicis presbyteri Romani (fol. 70^v-71^r).
26° Passio sancti Felicis episcopi Tubizacensis (fol. 71^r-71^v).
27° Vita sancti Boniti (fol. 71^v-74^v).
28° Translatio ejusdem (fol. 74^v-75^v).

29° Vita et miracula sancti Mauri abbatis (fol. 75ʳ-90ᵛ).

30° Passio sancti Marcelli papae (fol. 90ᵛ-92ᵛ).

31° Sermo S. Hilarii de sancto Honorato (fol. 92ᵛ-98ʳ).

32° Vita beatissimi atque gloriosissimi Fursei confessoris (fol. 98ʳ-103ʳ).

Ed. supra ex cod. 5291, tom. I, p. 341-55.

33° Altera vita sancti Fursei (fol. 103ʳ-106ᵛ).*

34° Passio sanctorum trium geminorum (fol. 106ᵛ-109ʳ).

35° Vita sancti Sulpicii (fol. 109ʳ-114ʳ).

36° Vita sancti Genulphi (fol. 114ʳ-121ᵛ).

37° Vita sancti Richmiri (fol. 121ᵛ-122ᵛ).

38° Vita sancti Antonii abbatis (fol. 122ᵛ-135ᵛ).

39° Passio sancti Pontiani (fol. 135ᵛ-136ᵛ).

40° Vita sancti Leobardi (fol. 136ᵛ-137ᵛ).

41° Vita sancti Launomari (fol. 137ᵛ-140ᵛ).

42° Passio sancti Valentini (fol. 140ᵛ-142ᵛ).

43° Passio sancti Sebastiani (fol. 142ᵛ-152ʳ).

44° Passio sanctae Agnetis (fol. 152ʳ-154ʳ).

45° Passio sanctorum Fructuosi et sociorum (fol. 155ᵛ-156ᵛ).

46° Passio sancti Patrocli (fol. 156ᵛ-157ᵛ).

47° Passio sancti Timothei (fol. 157ᵛ-158ᵛ).

48° Passio sancti Vincentii (fol. 158ᵛ-161ʳ).

49° Inventio sancti Vincentii diaconi (fol. 162ʳ-164ʳ).

50° Passio sancti Anastasii (fol. 164ʳ-168ᵛ).

51° Passio sanctorum Vincentii, Orontii et Victoris (fol. 168ᵛ-170ʳ).

52° Passio sancti Asclae (fol. 170ᵛ-171ᵛ).

53° Passio sancti Babylae (fol. 171ᵛ-172ᵛ).

54° Passio sancti Saviniani (fol. 172ᵛ-174ᵛ).

55° Passio sancti Praejecti (fol. 174ᵛ-176ᵛ).

56° Passio sancti Polycarpi (fol. 176v-179r).
57° Epistola Smyrnaeorum (fol. 179r-180r).
58° Vita sancti Juliani Cenomanensis (fol. 180r-183v).
59° Vita sanctae Paulæ (fol. 183v-189v).
60° Vita sancti Joannis Chrysostomi (fol. 189v-194v).
61° Vita sanctae Savinae (fol. 194v-195v).
62° Passio sancti Thyrsi et sociorum (fol. 195v-201r).
63° Vita sancti Joannis Reomaensis (fol. 201r-204v).
64° Vita sanctae Aldegundae (fol. 204v-208r).
65° Vita sanctae Bathildis (fol. 208r-209r).

DCCXVI. Codex signatus num. 17004.

Olim Fuliensium 58.2.

Foliorum 201, maj. (0m,43×0,315), columnis binis, exaratus in. saec. XIII.

Continentur in eo codice eadem prorsus quae in cod. 16732 (supra, p. 340) et aliis (citatis ibidem), nisi quod hic in fine subjunctae sunt Vitae S. Joannis Chrysostomi, S. Rigoberti, Sae Macrae et S. Davidis Menevensis.

1° Vita sanctae Brigidae (fol. 2r-6r).
2° Passio sancti Ignatii (fol. 6r-9r).
3° Epistola sancti Cypriani de Celerino (fol. 9r-9v).
4° Passio sancti Tryphonis (fol. 9v-12v).
5° Passio sancti Phileae (fol. 12v-15v).
6° Passio sanctae Agathae (fol. 15v-17v).
7° Vita sancti Amandi (fol. 17v-22v).
8° Suppletio addita huic libello... (fol. 22v-25v).
9° Translatio sancti Amandi (fol. 25v-27r).
10° De elevatione corporis sancti Amandi (fol. 27r-29r).
11° Vita sancti Vedasti (fol. 29r-33r).
12° Miracula sancti Vedasti (fol. 33r-34r).
13° De virtutibus sancti Vedasti (fol. 34v-36r).
14° De sancto Antoliano (fol. 36r-36v).

15° Passio sanctae Dorotheae (fol. 36v-38v).
16° Vita sancti Severini abbatis (fol. 38v-40r).
17° Vita sanctae Euphrasiae (fol. 40v-45v).
18° Passio sancti Saturnini (fol. 45v-49r).
19° Passio sancti Valentini episcopi (fol. 49r-50v).
20° Passio sancti Blasii (fol. 50v-52r).
21° Passio sanctorum Faustini et Jovitae (fol. 52r-56r).
22° Passio sanctae Julianae (fol. 56r-58r).
23° Passio sancti Polycronii (fol. 58r-59r).
24° Vita sancti Silvini episcopi (fol. 59r-61v).
25° De elevatione sancti Mathiae (fol. 61v-63v).
26° De inventione capitis sancti Johannis (fol. 63r-65v).
27° Vita sancti Alexandri (fol. 65v-71r).
28° Vita sanctae Austrebertae (fol. 71v-77v).
29° Vita sancti Albini ep. Andegav. (fol. 77v-79r).
30° Miracula post ejus transitum (fol. 79r-82r).
31° Passio sancti Focae (fol. 82r-84v).
32° Passio sanctarum Perpetuae, etc. (fol. 84v-85v).
33° Passio sanctorum Philemonis et Arriani (fol. 85v-88r).
34° Passio sanctorum quadraginta martyrum (fol. 88r-89v).
35° Vita sancti Gregorii papae (fol. 89v-94r).
36° Altera ejusdem vitá (fol. 94r-145r).
37° Vita sancti Pauli episcopi (fol. 145r-151r).
38° Passio sancti Longini (fol. 151r-152r).
39° Vita sanctae Geretrudis (fol. 152r-155v).
40° Virtutes ejusdem (fol. 154r-155v).
41° Vita sancti Joannis Penariensis (fol. 155v-156r).
42° Passio sancti Caloceri (fol. 156r-158r).
43° Vita beati Vulfranni (fol. 158r-160v).
44° Vita sancti Benedicti (fol. 160v-169r).

45° Vita sancti Ermenlandi (fol. 169r-176r).

46° Passio sancti Irenaei (fol. 176r-176v).

47° Vita sancti Joannis eremitae (fol. 176v-180r).

48° Vita sancti Eustasii abbatis (fol. 180r-182v).

49° Vita sancti Joannis Chrysostomi, quae recolitur sexto kalendas februarii (fol. 182v-192v).

Auctore Leone, ed. supra, p. 17-45.

50° Vita sancti Rigoberti archiepiscopi quae celebratur IIIo nonas januarii (fol. 192v-195v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Jan., tom. I, p. 174-78. Add. ed. ibid., p. 178-79 (Translatio), num. 1-6 (praetermissa tamen posteriori parte num. 5, *Ad quem si aliquis...*), cum prima sententia numi 7 et ultima num. 12.

51° Passio sanctae Macrae virginis, quae celebratur VIIIvo idus januarii (fol. 195v-196v).

Ut in cod. Brux. 9810, *Cat. Brux.*, tom. II, p. 372, 18°.

52° [Vita sancti David Menevensis] (fol. 197r-201r).

Ut ap. J. J. Rees, *Lives of the Cambro-British saints*, p. 117-43, quibusdam passim suppressis vel compendiatis.

DCCXVII. Codex signatus num. 17005.

Olim Fuliensium 58. 1.

Foliorum 160, maj. (0m,39×0,285), columnis binis, exaratus saec. XII.

Eadem documenta continet, eodemque ordine disposita, quae cod. 11758 (supra, p. 93 sqq.) et cod. 16734 (supra, p. 346); sed foliis avulsis in capite et ad calcem codicis, desunt duo priora (praeter finem secundi) et quae sequuntur post exordium Vitae S. Augustini.

1° Passio sanctorum Processi et Martiniani (fol. 1v-3v).

2° Vita sancti Goaris (fol. 2v-5r).

3° Passio sanctae Felicitatis cum septem filiis (fol. 5r-6r).

4° Translatio sancti Benedicti (fol. 6r-8r).

5° Passio sanctae Margaretae (fol. 8r-11r).

6° Passio sancti Eugenii Carthaginensis (fol. 11r-23r).
7° Relatio Pastoris de sancta Praxede (fol. 23r-23v).
8° Vita sanctae Mariae Magdalenae (fol. 23v-26r).
9° Relatio qualiter pervenerit in Aquensem provinciam (fol 26r-26v).
10° De translatione corporis ejus (fol. 26v-28r).
11° Miracula post ejus translationem (fol. 28r-28v).
12° Passio sancti Apollinaris (fol. 28r-31v).
13° Miracula per eundem facta (fol. 31v-34v).
14° Passio sanctae Christinae (fol. 34v-37v).
15° Passio sancti Jacobi (fol. 37v-38r).
16° Passio sancti Christophori (fol. 38r-43r).
17° Passio sancti Cucuphatis (fol. 42r-43v).
18° Revelatio VII Dormientium (fol. 43v-46v).
19° Passio sancti Pantaleonis (fol. 46r-49v).
20° Passio sanctorum Nazarii et Celsi (fol. 49v-53v).
21° Vita sancti Samsonis (fol. 53v-64v).
22° Revelatio facta Stephano papae... (fol. 64v-65r).
23° Passio sancti Felicis papae (fol. 65r-65v).
24° Passio sanctorum Simplicii, Faustini et Beatricis (fol. 65v-66r).
25° Vita sancti Lupi Trecensis (fol. 66r-67r).
26° Passio sanctorum Abdon et Sennen (fol. 67r-68v).
27° Vita sancti Germani Autisiodorensis (fol. 68v-79r).
28° Argumentum de festivitate sancti Petri ad vincula (fol. 79r).
29° Passio sanctorum Macchabaeorum (fol. 79r-82r).
30° Passio sancti Eusebii Vercellensis (fol. 82r-87r).
31° Passio sanctarum Spei, Fidei et Caritatis (fol. 87r-88v).
32° Passio sancti Felicis Gerundensis (fol. 88v-90r).
33° Passio sancti Stephani papae (fol. 90r-93r).

34° Revelatio sancti Stephani protomartyris (fol. 93r-94v).
35° Vita sancti Cassiani episcopi (fol. 94v-95v).
36° Vita sancti Memmii (fol. 95v-97r).
37° Passio sancti Sixti et sociorum (fol. 97r-98r).
38° Passio sancti Donati (fol. 98r-98v).
39° Passio sancti Cyriaci et sociorum (fol. 98v-100v).
40° Passio sancti Laurentii (fol. 100v-102v).
41° Passio sancti Taurini episcopi (fol. 102v-105r).
42° De miraculis ejusdem (fol. 105r-106r).
43° Passio sancti Hippolyti (fol. 106r-107r).
44° Vita sanctae Radegundis (fol. 107r-115r).

Sequitur *Sermo S. Hieronymi de Assumptione B. V. M.*

45° Vita sancti Deicoli (fol. 121v-126v).
46° Vita sancti Arnulfi (fol. 126v-129v).
47° Passio sancti Mammetis (fol. 129v-131r).
48° Passio sancti Agapiti (fol. 131r-132v).
49° Vita sanctae Helenae (fol. 132v-143v).
50° Vita sancti Philiberti (fol. 143v-146v).
51° Passio sancti Timothei (fol. 146v-147r).
52° Passio sancti Symphoriani (fol. 147r-148r).
53° Passio sancti Bartholomaei (fol. 148r-150r).
54° Passio sanctorum martyrum, qui nuncupantur Massa candida (fol. 150r-151r).
55° Vita sancti Audoeni (fol. 151r-156r).
56° Passio sanctorum Eusebii et sociorum (fol. 156r-158r).
56° Passio sancti Genesii Arelatensis (fol. 158r-158v).
57° Passio sancti Genesii mimi (fol. 158v-159r).
58° Vita sancti Augustini (fol. 159r-160r).

Mutila, foliis avulsis.

DCCXVIII. Codex signatus num. 17006.

Olim Fuliensium 58.5.

Foliorum 185, maj. (0m,425×0,30), columnis binis, exaratus saec. XII (sed initio codicis nonnulla folia rescripta sunt manu saec. XV, itemque in fine a fol. 177).

Eadem documenta continet quae cod. 5353 (supra, tom. II, p. 304 sqq.), a num. 3°, et cod. 16733 (supra, p. 342), eodemque ordine disposita.

1° Vita sancti Aegidii (fol. 1v-3v).
2° Vita sancti Justi Lugdunensis (fol. 3v-4v).
3° Passio sancti Marcelli Cabilonensis (fol. 4v-5r).
4° Vita sancti Evurtii Aurelianensis (fol. 5v-7v).
5° Passio sanctae Reginae (fol. 7v-9v).
6° Paenitentia Theophili (fol. 11r-14r).
7° Passio sancti Adriani (fol. 14r-18v).
8° Vita sancti Audomari (fol. 18v-20v).
9° Passio sancti Gorgonii (fol. 20v-22v).
10° Vita sancti Maurilii (fol. 22v-25v).
11° Vita sancti Amati abbatis (fol. 25v-28r).
12° De exaltatione sanctae crucis (fol. 28r-29r).
13° De miraculis iconiae Domini (fol. 29r-31r).
14° Passio sancti Cornelii papae (fol. 31r-31v).
15° Passio sancti Cypriani (fol. 31v-32v).
16° Passio sancti Valeriani Trenorch. (fol. 33v-34v).
17° Vita sancti Apri Tullensis (fol. 34v-36r).
18° Vita sancti Bercharii abbatis (fol. 36v-41r).
19° Passio sanctae Euphemiae (fol. 41r-43v).
20° Passio sanctorum Luciae et Geminiani (fol. 43v-46v).
21° Passio sancti Lamberti (fol. 46v-49r).
22° Passio sancti Floscelli (fol. 49r-51v).
23° Passio sancti Ferreoli (fol. 51v-52v).
24° Vita sancti Sequani (fol. 52v-54r).
25° Vita sancti Goerici (fol. 54r-58r).
26° Passio sancti Matthaei (fol. 58r-61v).

27° Passio sanctorum Mauritii et sociorum (fol. 61v-64v).
28° Vita sanctae Salabergae (fol. 64v-67v).
29° Passio sanctae Theclae (fol. 67v-71r).
30° Passio sancti Andochii (fol. 71r-72v).
31° Conversio sanctae Justinae et Cypriani magi (fol. 72v-80v).
32° Passio sanctorum Cosmae et Damiani (fol. 80v-82v).
33° Revelatio beati Michaelis in monte Gargano (fol. 82v-83v).
34° Ejusdem revelatio in monte Tumba (fol. 83v-85r).
35° Vita sancti Hieronymi (fol. 85r-88r).
36° Vita sancti Remigii (fol. 88r-97v).
37° Passio sancti Piatonis (fol. 97v-98v).
38° Passio sancti Leodegarii (fol. 98v-104r).
39° De miraculis ejusdem (fol. 104r-106r).
40° Vita sancti Apollinaris episcopi Valentini (fol. 106r-107v).
41° Passio sanctae Fidis (fol. 107v-108v).
42° Passio sanctorum Sergii et Bacchi (fol. 108v-112v).
43° Vita sanctae Pelagiae (fol. 112v-115r).
44° Passio sanctae Reparatae (fol. 115r-115v).
45° Passio sanctae Benedictae (fol. 115v-117v).
46° Passio sancti Domnini (fol. 117v-118v).
47° Passio sancti Dionysii et sociorum (fol. 118v-126v).
48° Vita sancti Venantii abbatis (fol. 126v-127r).
49° Passio sanctorum Fausti et sociorum (fol. 127r-127v).
50° Vita sancti Geraldi (fol. 127v 131v).
51° Passio sancti Calixti (fol. 131v-133r).

52° Passio sancti Januarii (fol. 133v-134v).
53° Vita sancti Basoli (fol. 134v-138r).
54° Vita sancti Magnobodi (fol. 138r-143v).
55° Sermo de sancto Luca (fol. 143v-145v).
56° Passio sanctorum Servandi et Germani (fol. 145v-146v).
57° Vita sancti Martini Vertavensis (fol. 146v-148r).
58° Passio sanctorum Crispini et Crispiniani (fol. 148r-149r).
59° Vita sancti Frontonis episcopi (fol. 149v-151v).
60° Passio sanctorum Simonis et Judae (fol. 151v-154r).
61° Vita sancti Faronis (fol. 154v-157v).
62° Passio sancti Quintini (fol. 157v-160v).
63° Inventio corporis ejusdem (fol. 160v-161r).
64° Sermo in natale ejusdem (fol. 161r-161v).
65° Passio sancti Benigni (fol. 164v-169r).
66° Miracula ejusdem (fol. 169r-173r).
67° Passio sancti Caesarii (fol. 173r-174v).
68° Vita sancti Marcelli Parisiensis (fol. 174v-176r).
69° Passio sanctae Mariae ancillae (fol. 176r-178r).
70° Vita sancti Vigoris (fol. 178r-180r).
71° Passio sancti Quintini (fol. 180r-181r).
72° Vita sancti Pardulphi Confessoris (fol. 181r-184r).

DCCXIX. Codex signatus num. 17007.

Olim Fuliensium 58.6.

Foliorum 210, maj. (0m,426×0,299), columnis binis, exaratus post med. saec. XII.

Eadem documenta continet, eodemque ordine disposita, quae cod. 16735 (supra, p. 349), praeter Vitam S. Joannis Eleemosynarii (ibid., 10°), Vitam S. Reguli Silvanectensis (ibid., 50°) et Vitam S. Albani Moguntini (ibid., 52°).

1° Passio sancti Eustachii (fol. 2r-6v).

2° Vita sancti Leonardi (fol. 6v-7v).
3° Miracula post translationem ejus (fol. 7v-8v).
4° Passio sanctorum Claudii et sociorum (fol. 8v-10v, 12r).
5° Passio sancti Theodori (fol. 12r-12v).
6° Sulpicii Severi scripta de S. Martino (fol. 11r-v, 14r-29r).
7° Excerpta ex Gregorio Turonensi de gloria postuma S. Martini (fol. 29r-29v).
8° Liber miraculorum S. Martini (fol. 29v-53r).
9° Passio sancti Mennae (fol. 53r-54r).
10° (Deest in cod.).
11° Vita sancti Briccii (fol. 54r-54v).
12° Vita sancti Machuti (fol. 55r-61r).
13° Vita sancti Gregorii Turonensis (fol. 61r-65r).
14° Vita sancti Aniani Aurelianensis (fol. 65r-66v).
15° Passio sanctorum Romani et Barulae (fol. 66v-68v).
16° Vita sancti Odonis abbatis (fol. 68v-82v).
17° Passio sancti Eadmundi (fol. 82v-86v).
18° Vita sancti Columbani (fol. 86v-96r).
19° Ejusdem miracula (fol. 96r-101v).
20° Passio sanctae Caeciliae (fol. 102r-106v).
21° Passio sancti Mauri martyris (fol. 106v-107r).
22° Passio sancti Clementis papae (fol. 107v-109v).
23° Passio sanctae Felicitatis cum filiis suis (fol. 109v-110r).
24° Vita sancti Clementis Metensis (fol. 110r-113r).
25° Passio sancti Chrysogoni (fol. 113r-114r).
26° Passio sancti Petri martyris (fol. 114r-114v).
27° Passio sanctorum Vitalis et Agricolae (fol. 115v-115v).
28° Vita sancti Maximi episcopi Regiensis (fol. 115v-118r).

29° Passio sancti Saturnini (fol. 118r-119v).
30° Passio sancti Andreae (fol. 119v-121r).
31° Ejusdem miracula (fol. 121r-128v).
32° De sancto Trojano episcopo (fol. 128r-128r).
33° Vita sancti Eligii (fol. 128v-144r).
34° Miracula post ejus transitum (fol. 144r-146r).
35° Passio sanctorum Chrysanti et Dariae (fol. 146r-149v).
36° Vita sancti Nicholai (fol. 149v-155r).
37° Vita sancti Romarici (fol. 155r-161r).
38° Passio sanctae Eulaliae (fol. 161r-162v).
39° Passio sanctae Luciae (fol. 162v-163v).
40° Passio sancti Thomae apostoli (fol. 163v-167v).
41° Passio sancti Gregorii Spoletani (fol. 167v-169r).
42° Passio sanctae Anastasiae (fol. 169r-173v).
43° Vita sanctae Eugeniae (fol. 173v-178v).
44° Passio sancti Marini (fol. 178v-181v).
45° Assumptio sancti Joannis evangelistae (fol. 181v-184v).
46° Vita sancti Silvestri (fol. 184v-196r).
47° Passio sanctae Columbae (fol. 196r-197v).
48° Passio sanctorum Saviniani et Potentiani (fol. 179v-201r).
49° Passio sancti Potentiani (fol. 201r-202r).
(50° Deest.)
51° Passio sanctae Catharinae (fol. 203r-210v).

DCCXX. Codex signatus num. 17177.

Compactus ex multorum codicum laciniis. Inter has continetur

[Vita sancti Bonifacii episcopi Moguntini] (fol. 66r-67v).

Auctore Willibaldo, mutila initio et fine, ita ut pauca supersint, scilicet a ver-

bis *sedi praelato non auderet, consensit*... (*Act. SS.*, ad d. 5 Jun., tom. I, p. 466, num. 32 a. m.) usque ad *principalium synodorum numerosa canonum constituta primum* (ibid., num. 44, paulo post init.).

Continet praeterea codex compendia Passionum S. Quintini (fol. 60r-61r) et SS. Crispini et Crispiniani (fol. 61r-v), finem officii S. Urbani (fol. 49r) et officium S. Nicolai (fol. 49v-50v), quod utrumque notis musicis signatum est.

DCCXXI. Codex signatus num. 17302.

Olim Compendiensis 30.

Foliorum 127, med. (0m,33×0,265), columnis binis, exaratus partim (fol. 1-8) saec. X, partim saec. XI.

[Vita S. Germani Autisiodorensis] (fol. 1r-8v).

Metrica, auctore Herico, ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Jul., tom. VII, p. 221-31. Desinit in versum *quin et paupertas*... (num. 45).

DCCXXII. Codex signatus num. 17333.

Olim ecclesiae Nivernensis, dein Alexandri Wattemare (fol. 1r).

Paginarum 391 (quarum bis signatae pagg. 125 et 244), med. (0m,335×0,23), lineis plenis, exaratus saec. XI.

Vita vel actus beatissimi Gregorii papae urbis Romae (p. 3-15).*

Auctore anonymo.

DCCXXIII. Codex signatus num. 17347.

Olim Fuliensium 27.

Foliorum 146, min. (0m,268×0,19), columnis binis, exaratus saec. XII.

Vita sancti Aegidii abbatis (fol. 136r-140v).

Ed. *Anal. Bolland.*, tom. VIII, p. 103-20. Sed a num. 14 extr., post verba *carnalis medicinae*, pergit narratio stilo diverso.

DCCXXIV. Codex signatus num. 17349.

Olim Compendiensis 68.

Foliorum 203 (praeter insiticium unum in capite et alterum in calce et notatum bis fol. 173), med. (0m,273×0,21), lineis plenis, exaratus saec. X.

Passio [sancti] Cypriani (fol. 147r-148r).

De qua *Act. SS.*, ad d. 14 Sept., tom. IV, p. 193, n. 12.

DCCXXV. Codex signatus num. 17354.

Olim Sancti Martini a Campis 13.

Foliorum 163, med. (0m,325×0,225), columnis binis, exaratus saec. XII.

Vita sanctae Thais (fol. 80v-81v).

Metrica, ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Oct., tom. IV, p. 226-28.

DCCXXVI. Codex signatus num. 17379.

Olim Sancti Martini a Campis 29.

Foliorum 118, med. (0m,295×0,22), columnis binis, exaratus saec. XII.

Revelatio quemadmodum caput sancti Johannis praecursoris ac baptistae Domini de civitate Herodis Emessa sit delatum (fol. 114r-118v).

Scilicet *a*) Prologus Dionysii ad Gaudentium, ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Jun., tom. IV, p. 721-22; *b*) Translatio Emesam (*Duo monachi...*), ed. ibid., p. 716-18; *c*) Narratio Marcelli (*Apparuit ter beatissimus...*), ed. ibid., p. 724-28, nisi quod in cod. clausula has variantes lectiones habet : *Celebrata est autem depositio sancti Johannis..... vicesimo octavo die mensis augusti, id est quarto kalendas septembris per indictionem septimam...*

DCCXXVII. Codex signatus num. 17429.

Olim Fuliensium 16.-

Foliorum 107, med. (0m,288×0,20), columnis binis, exaratus saec. XII.

[Carmen de sancta Maria Aegyptiaca] (fol. 107r-107v).

Inc. *Incestae vitam mulieris carmine dicam,*
Ut qui prostrati jacuerunt foeda patrati,
Deflendo surgant, surgendo flenda relinquant.
Nam quod defletur perfecte, non repetetur.
Non nocet errasse, si constet paenituisse.

Nuper in Aegypto mulier fuit addita stupro.
Namque Creatorem, mundi fallacis amorem
Amplectens, sprevit et ad impia cor male vertit.

Des. *Ponitur hoc tumulo Zosimae contecta cucullo ;*
Sicque data terrae, discedunt in sua quisque.

DCCXXVIII. Codex signatus num. 17436.

Olim Compendiensis 53.

Foliorum 109, med. (0m,325×0,195), lineis plenis, exaratus saec. X ; ornatus titulis deauratis et affabre pictis.

Vita sancti Remigii Remensis urbis antistitis (fol. 107v-109v).*

Adscripta Fortunato.

DCCXXIX. Codex signatus num. 17444.

Olim, ut videtur, Antonii Loysel, deinde Claudii Joly, ab hoc donatus ecclesiae cathedrali Parisiensi anno 1680, postea *Notre-Dame* 55.

Foliorum 127, med. (0m,285×0,21), lineis plenis, exaratus saec. XI.

Totum codicem complet

[Vita sancti Gregorii papae, edita a Joanne diacono].*

Mutila initio et fine ; scilicet a lib. II num. 54 init. (*Si totum corpus oculus, ubi auditus...*) usque ad lib. IV num. 75 p. m. (... *sola nominum praenotatione distinxit et in libros quatuor*).

DCCXXX. Codex signatus num. 17491.

Olim *Jacobins de la rue Saint-Jacques* 27.

Foliorum 185, med. (0m,315×0,21), columnis binis, exaratus saec. XIII.

Continet miracula B. M. Virginis, omnino ut in codice 2333 A (supra, tom. I, p. 111-13).

DCCXXI. Codex signatus num. 17568.

Olim Antonii Loysel, deinde Claudii Joly, a quo donatus fuit ecclesiae N. D. Parisiensi anno 1680, postea *Notre-Dame* 127.

Foliorum 140, med. (0m,295×0,21), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Liber Gregorii Turonensis episcopi de vita patrum (fol. 95v-114r).

Decem priora capita, ed. *Script. Rer. Merov.*, tom. I, p. 662-709, omissa interdum una alterave paragrapho.

2° Excerpta de libro Paschasii diaconi de vita patrum (fol. 114r-123v).

Nempe ex *Historia Lausiaca* excerpta de beato Serapione, de sancta Melania Majore, de beato Pachomio, de beato Helia.

DCCXXXII. Codex signatus num. 17623.

Olim Fuliensium 3.

Foliorum 149, (quorum primum insiticium chartaceum), med. (0m,328×0,22), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Vita [sancti] Pauli primi eremitae, scripta a beato Hieronymo (fol. 2r-4v).*

2° Vita sancti Antonii, primum scripta ab Athanasio episcopo Alexandrino in graeco, translata in latino ab Evagrio presbytero (fol. 5r-24r).*

3° Vita sancti Hilarionis (fol. 24r-32r).*

4° Narratio sancti Hieronymi presbyteri, quam ipse

de Hierosolymis pergens in Aegyptum vidit (fol. 32r-60v).*

Scilicet *Historia monachorum*, auctore Rufino, omnino sicut in editione Rosweydiana.

5° Vita Malchi monachi captivi (fol. 60v-62v).*

6° Vita sancti Frontonii (fol. 62v-63r).

Ex parte ed. ap. Faillon, *Monuments*, etc., tom. II, p. 428-32.

7° Adhortationes sanctorum patrum, perfectiones monachorum, quas de graeco in latinum transtulit beatus Hieronymus (fol. 66r-149v).*

Ex libris de Vitis SS. Patrum qui inscripti sunt *Verba Seniorum*. Praefationis loco praefixus est *liber singularis sancti Athanasii de observatione monachorum*.

DCCXXXIII. Codex signatus num. 17624.

Olim *Jacobins de la rue Saint-Honoré* 37.

Foliorum 153, med. (0m,35×0,245), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Vita [sancti] Pauli primi eremitae (fol. 1r-4v).*

2° Vita sancti Antonii (fol. 4v-27v).*

3° Vita sancti Hilarionis (fol. 27v-37r).*

4° [Historia monachorum, auctore Rufino] (fol. 37r-58r).*

Omnino sicut in editione Rosweydiana *Vit. PP.*, lib. II; sed foliis deficientibus desunt multa, videlicet a cap. 15 extr. (post verba *Cum ergo imponeretur supra jumentum*) usque ad Epilogum med. (..*exclamantes ad Dominum, vocem*).

5° Actus [Malchi] monachi captivi (fol. 58r-58v).*

Sed hic rursus foliis deficientibus, narratio mutila est fine.

6° Adhortationes sanctorum patrum, perfectiones monachorum, quas de graeco in latinum transtulit beatus Hieronymus (fol. 60v-152r).

Ut in cod. superiori, 7°.

DCCXXXIV. Codex signatus num. 17625.

Olim Compendiensis 40.

Foliorum 261, med. (0m,29×0,22), lineis plenis, exaratus in. saec. XII.

1° Romae urbis, passio sanctae Martinae virginis et martyris, quae passa est kalendis januarii (fol. 7v-20r).*

2° Passio sancti Concordii martyris, quae est kalendis januarii (fol. 20r-21v).*

3° Vita sanctae Genovefae virginis, quae est tertio nonas januarii (fol. 21v-31v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Jan., tom. I, p. 138-43, et ap. Kohler, p. 5-47.

4° Passio sancti ac beatissimi Theogeni[s] martyris, quae est III nonas januarii (fol. 32r-34v).*

5° Inventio beatissimi Quintini martyris ab Eligio venerabili Noviomagensi episcopo, quae est III nonas januarii (fol. 34v-36v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Jan., tom. I, p. 154-55, num. 4-10.

6° [Vita] sancti Rigoberti Remorum archiepiscopi, quae est II nonas januarii (fol. 36v-49r).

Ed. ibid., ad d. 4 Jan., p. 174-80. Praefixus est index capitulorum.

7° Vita sancti Simeonis servi Dei cum discipulo suo nomine Antonino, qui discipulus ipsius sancti per plures annos fuit et usque ad obitum suum mirabiliter eum obsecutus est, quae [celebratur] post nonas januarii (fol. 49v-59r).*

Inc. *Sanctae recordationis beatus Symeon, cujus depositionem hodie celebramus, ex utero matris suae electus...*

8° Passio sanctae Macrae virginis, quae est VIII idus januarii (fol. 59r-62r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Jan., tom. I, p. 325-26. Add. relatio translationis.

9° Passio sancti Luciani [Bellovacensis] martyris, quae est sexto idus januarii (fol. 62r-67r).*

10° Passio [sancti] Juliani martyris Antiocheni* sive

* *cod.* Antiocence

Basilissae cum sociis eorum, quae est v idus januarii (fol. 67r-92r).*

Inc. *Beati igitur Juliani martyris* (num. 1 fin.).

11° Ex gestis sancti Hilarii Pictavensis episcopi et confessoris, idus januarii (fol. 92r-98r).*

Liber I.

12° Vita sancti ac beatissimi Remigii confessoris Christi, quae est idus januarii (fol. 98r-101r).*

Adscripta Fortunato. Praefixus est loco epistolae ad Pacentium brevissimus prologus.

13° Inventio seu translatio corporis beati Firmini episcopi et martyris, quae est idus januarii (fol. 101r-105r).

Ed. ap. Salmon, *Saint Firmin*, p. 423-28.

14° Passio sancti Felicis [episcopi Tubizacensis et] martyris, quae est XVIII kalendas septembris (fol. 105r-107v).*

15° Passio beati Marcelli papae, quae est XVII kalendas februarii (fol. 107v-114r).*

16° Vita sancti Fursei confessoris, quae est XVII kalendas februarii (fol. 114r-124v).*

17° De virtutibus sancti Fursei (fol. 124v-130v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Jan., tom. I, p. 41-44.

18° Passio sanctorum martyrum Pseusipphi, Eleusipphi, et Meleusipphi, quae est XVI kalendas februarias (fol. 130v-138v).*

19° Vita sancti ac beatissimi episcopi Sulpicii, quae est XVI kalendas februarii (fol. 138v-142r).

Vita brevior, ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Jan., tom. II, p. 174-76.

20° Confessiones et actus martyrum Saturnini presbyteri, Dativi*, Felicis et ceterorum, quae est XV kalendas februarii (fol. 142r-154v). * cod. Daviti.

Ut supra in cod. 5297 (tom. II, p. 13, 14°).

21° Passio sancti ac beatissimi martyris Christi Sebastiani, quae est XIII kalendas februarii (fol. 154v-184r).*

22° Passio sanctae Agnetis virginis, quae est XII kalendas februarii (fol. 184r-189r).*

23° Passio sanctorum martyrum Fructuosi episcopi, Auguri et Eulogi diaconorum, quae est XII kalendas februarii (fol. 189r-190v).*

Inc. *Cum esset Fructuosus in cubiculo suo, ierunt beneficiarii...*

24° Passio sancti ac beatissimi Patrocli martyris, quae est XII kalendas februarii (fol. 190v-194r).*

25° Passio beati Vincentii archidiaconi et martyris, quae celebratur XI kalendas februarii (fol. 194r-199r).*

26° Passio sancti Timothei discipuli sancti Pauli apostoli, quae est XI kalendas februarii (fol. 202v-204r).*

27° Passio sanctae Emerentianae, quae est X kalendas februarii (fol. 204r-205r).

Passionis sanctae Agnetis num. 13-17.

28° Passio sancti Asclae, quae est X kalendas februarii (fol. 205r-206v).*

29° Martyrium [sancti] Babylae* episcopi cum tribus parvulis apud Antiochiam civitatem, quod VIIII kalendas februarii celebratum est (fol. 206r-209r).*

* *cod.* Babilli.

30° Martyrium sancti Polycarpi, quod est VIII kalendas februarii (fol. 209v-213v).*

Epistola ecclesiae Smyrnensis.

31° Vita sanctae ac beatissimae Paulae, quae est VI kalendas februarii (fol. 213v-227r).

32° Passio sanctorum Leuci, Thyrsi et Galenici, qui passi sunt V kalendas februarii (fol. 227r-239v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Jan., tom. II, p. 813-17. Fine mutila desinit in verbis *sollicitudinis meae* (num. 42).

33° Passio sancti ac beatissimi Sabiniani martyris, qui sub Aureliano quondam imperatore martyrizatum* est IIII kalendas februarii (fol. 239v-243v).*

* *sic.*

34° Vitae textus beatae ac gloriosissimae Bathildis reginae, quae est III kalendas februarii (fol. 243v-252r).*

Sequuntur (fol. 252r-258r) antiphonae, responsoria et hymni de SS. Macra, Hilario, Remigio, Sebastiano, Agnete, Vincentio, quorum aliqua neumatibus notata sunt.

35° Textus vitae sancti Nicolai episcopi (fol. 258v-261v).*

Scilicet capp. I-VI, usque ad verba *laudum exprimenda succubuisset.*

DCCXXXV. Codex signatus num. 17626.

Olim Compendiensis 40bis.

Foliorum 122 (sed bis signatum est folium 40), med. (0m,295×0,225), lineis plenis, exaratus saec. X.

1° [Passio sancti Amandi] (fol. 1r).*

Scilicet numm. 26 et 27.

2° [Passio sancti Yventii], quae est sexto idus februarii (fol. 1r-4v).

Ed. ap. Prelini, *San Siro*, p. 218-32.

3° Vita beatae Euphrasiae virginis, quae est III idus februarii (fol. 4v-22v).*

Alia versione.

4° Passio sancti Nestoris episcopi et martyris, quae est IIII kalendas martii (fol. 22v-25v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Feb., tom. III, p. 628-30.

5° Vita vel obitus sancti Vodoali, cognomento Benedicti, cujus festum colitur nonas februarias (fol. 25v-31v).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. IV, part. II, p. 545-50.

6° Vita sancti Albini (fol. 41v-46r).*

Om. prologus.

7° Passio sancti Donati (fol. 46r-47v).

Ed. P. L., tom. VIII, p. 752-58. Desinit mutila in verbis... *profanantur sacramenta, superinducta gentilit...* (num. 3 extr.).

8° [Passio sancti Adriani] (fol. 48r-55v).*

Avulsis foliis, acephala inc. paulo ante medium.

9° Passio sancti Focae (fol. 55v-64r).

10° Passio sanctae Felicitatis et Perpetuae (fol. 64r-71v).

Ed. ope hujus codicis apud Ruinart, *Acta sincera*, p. 80-88. Deest prologus.

11° [Confessio sancti Patricii] (fol. 71v-85v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Mart., tom. II, p. 533-40.

12° Vita vel miracula venerabilis Benedicti conditoris vel abbatis (fol. 85v-115v).*

Auctore Pregorio.

13° Passio sancti Cyriaci (fol. 115v-122r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 5-9. Mutila fine.

DCCXXXVI. Codex signatus num. 17627.

Olim « Joannis hospitis de Sancto Justo : clericus est apparitor generalis dicti sancti Justi et diocesis Belvacensis » (fol. 233r), postea *Notre-Dame* 101.

Foliorum 272, med. (0m,285×0,20), lineis plenis, exaratus saec. XI et (fol. 105-116 et 160-192) saec. XII.

1° Passio sancti Quintini (fol. 1r-6v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Oct., tom. XIII, p. 794-99.

2° Passio sancti Quintini (fol. 6v-15v).

Metrica, inedita, ut videtur.

Inc. prol. *Laudibus ecce tuis intendens, o Dee Christe,*
Carmina laetanter promere sumo tibi.
Nam licet in caelis coetus sanctorum adorans
Te canat exultans et pia vota ferat...

Inc. Passio. *Astrigeros postquam Christus transcenderat orbes*
Ad solum Patris devicta morte revertens,
Coetus apostolicus toto se sparserat orbe,
Jusserat ut Christus librando per aethera corpus,
Finibus ut cunctis resonarent verba salutis.

3° [De inventione sancti Quintini] (fol. 16r-17v).

Ed. *Act. SS.*, tom. cit., p. 799-800, num. 19-24.

4° De inventione sancti Quintini ab Eusebia in fluminne Somae (fol. 17v-21r).

Metrica, inedita, ut videtur.

Inc. *Ecclesiam cum namque suam rex Christus ab astris*
Cerneret afflictam multisque doloribus actam,
Insuper atque fidem caelesti dogmate cretam
Florigeris factis necnon monstrare loquelis,
Flectitur omnipotens motus pietate serena...

5° Inventio corporis sancti Quintini martyris ab Eligio episcopo, IH nonas januarii (fol. 21r-22v).

Scilicet cap. VI Vitae sancti Eligii adscriptae S. Audoeno, ed. P. L., tom. LXXXVII, p. 515-17.

6° [Eadem metrice digesta] (fol. 22v-27r).

Inedita, ut videtur. Epistola dedicatoria et epilogus duplici acrostichio ornata sunt, ubi in epilogo indicatur carmen dicatum esse *Otgero decano*.

Magnum nostra fides, noster et ord **O**,
Ascensum capit hinc cum meditatu **R**
Rectorum merita prodere lingu **A**,
Tardumque reparant pectus et oran **T**,
Instantemque animum rite serenan **T**.
Regnum namque poli hac capis art **E**
Cum nisus fueris famine et act **V**
AEternos aditus volvere ment **E**,
Laetum et cum patribus prendere lume**N**
Ingens, quo redolet martyr honor **E**,
Cujus gesta sacra jure canuntu **R**
Omnes per populos voce sonor **A**.
Laus est martyribus psallere carme **N**
Ac miracla simul promere verbi **S**,
Sanctus qui resilit miles in astri **S**.
Verum non decet haec nos reticer **E**
Sanctorum merita, quae venerantu **R**
Caelorum proceres nobile cant **V**
In terris et homo sentit ab ort **U**.
Patrum quippe decus emicat ut so **L**
Et hoc tendit homo cernere vis **U**
Monstrarique sibi jura saluti **S**,
Ut sacro pateant mira boat **U**.
Nunc stillo tenui cudere carme **N**
Ultra me incipio ; sed, bone Jes **U**,
Sis verbum mihimet, parce miselli **S**.

Inc. praef. *Carmine dulcissimo quosdam cognovimus actus*
Martyris egregii Quintini sat reserato,
Sed non ad finem ductos perspeximus omnes.

Narratio. *Bis legimus fraudatum humanis visibus almum*
Et bis hunc scimus divinitus esse repertum,
Re tamen haud sine qua rursum celatur in antro.

Epilogus. *Obtineat meritis, veniam concedat et illu* **D**
Temporibus nostris, tribuit quod patribus ips **E.**
Gloria, laus caelo, grates dicantur et isti **C**
Eterno Patri, superis qui continet im **A,**
Rex cum quo Genitus, similem sanctum quoque Flame **N**
Omnipotens colitur, qui trinus et unus in alt **O.**

7° Sermo pro gratiarum actione (fol. 27r-29r).

Ut in cod. Brux. 7460 (*Cat. Brux.*, tom. II, p. 8, 58°).

8° Sermo in elevatione gloriosissimi Quintini martyris (fol. 29r-31r).

Ut ibid., 60°.

9° Sermo in octavis sancti Quintini (fol. 31r-34r).

Ut ibid., 59°.

10° Sermo de tumulatione sanctorum martyrum Quintini et Victorici et Cassiani confessoris (fol. 34r-37r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Oct., tom. XIII, p. 816-19.

11° Sermo ejusdem in dedicatione ecclesiae (fol. 39r-42v).

Sermo paraeneticus, ex quo apparet festum dedicationis ac translationis corporis beati Quintini eodem die agi.

12° Liber miraculorum sancti Quintini martyris (fol. 42v-55v).

Ed. *Act. SS.*, tom. cit., p. 801-811.

13° Passio beatissimorum martyrum Fusciani, Victorici atque Gentiani (fol. 55v-61v).

Ed. ap. Salmon, *Actes inédits des saints martyrs Fuscien*, etc., p. 15-35.

14° Vita sancti Cassiani confessoris (fol. 61v-66r).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. IV, p. 159-66.

15° Miracula sancti Cassiani (fol. 66r-71v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 5 Aug., tom. II, p. 66-68.

16° Passio sanctae Benedictae (fol. 71v-78r).

Ed. ibid., ad d. 8 Oct., tom. IV, p. 219-22.

17° Vita sanctae Pecinnae virginis (fol. 78r-83v).

Ed. ibid., ad d. 25 Jun., tom. V, p. 84-87. Om. num. 1.

18° Vita beatissimae Hunegundis virginis Christi (fol. 83v-93v).

Auctore Bernero, ed. ibid., ad d. 25 Aug., tom. V, p. 227-32. Om. prologus.

19° Sermo de sancta Maria Magdalena (fol. 93v-95r).

Scilicet, post prolixum prologum, compendiosa Vita S. Mariae Magdalenae et historia translationis in monasterium Veziliacense, ed. ap. Faillon, *Monuments*, etc., tom. II, p. 742-44.

20° Vita sanctae Mariae Magdalenae (fol. 95v-104v).*

Praemissus est sermo Odonis, ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jul., tom. V, p. 218-22.

21° Vita sancti Nicholai episcopi et confessoris (fol. 105r-116r).*

Num. 2-11, 17bis, et init. num. 18.

Sequitur hymnus, qui inc. *Exultet aula caelica, laetetur mundi machina...*

22° Passio sancti Arnulfi episcopi et confessoris (fol. 117r-118r).

Breve compendium Vitae sancti Arnulfi Turonensis.

23° Transitus sancti patris nostri Arsenii (fol. 118r-119r).

De Vitis Patrum, lib. III, numm. 37, 40, 163.

24° De sancta Margarita (fol. 119r-119v).*

Compendium.

25° De sancta Praxede (fol. 119v-120r).*

Compendium.

26° De sancta Maria Magdalena (fol. 120v).*

Compendium.

27° Vita sancti Ebrulfi confessoris [abbatis Bellova censis] (fol. 122r-124v).

Ed. *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 366-68.

28° Passio sancti Justi martyris (fol. 124v-129r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 18 Oct., tom. VIII, p. 340-42.

29° Vita sancti Geremari abbatis (fol. 129r-138v).

Ed. ibid., ad d. 24 Sept., tom. VI, p. 698-703.

30° Vita sanctae Angadrismae virginis (fol. 138v-143v).

De qua Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 1063-64.

31° Vita sancti Medardi (fol. 143v-147v).*

32° Vita sancti Augustini episcopi (fol. 147v-164v).

Ut in cod. 5360 (tom. II, p. 338, 17°).

33° Passio sancti Vincentii martyris (fol. 165r-170v).*

34° Passio sancti Nazarii martyris (fol. 174v-175v).

Ex Passione ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 302-7, num. 8 extr. - 10 init.

35° Passio sanctorum Gervasii et Protasii (fol. 175v-177r).*

Omm. num. 19-21 med.

36° Passio sancti Vitalis martyris (fol. 177r-178r).

Pars in praecedente Passione omissa.

37° Vita sancti Hieronymi confessoris (fol. 178r-182r).*

Auctore anonymo.

38° Passio sanctorum Marci et Marcellini (fol. 182r-182v).*

Desumpta ex Passione S. Sebastiani, scilicet numm. 3, 4, 26, 27, 84.

39° Passio sanctorum Primi et Feliciani (fol. 185r-186r).

Ex Adone, ad d. 9 Junii (P. L., tom. CXXIII, p. 282).

40° Passio sancti Genesii [mimi] martyris (fol. 186r-186v).

Ibid., ad d. 25 Augusti.

41° Passio sanctorum Viti, Modesti et Crescentiae (fol. 186v-187r).

Ibid., ad d. 15 Junii.

42° Passio sancti Apollinaris (fol. 187r-188v).

Ibid., ad d. 23 Julii.

43° Passio sanctorum Dorothei et Gorgonii martyrum (fol. 188v-189r).

Ibid., ad d. 9 Septembris.

44° Passio sanctae Theclae virginis (fol. 189r-189v).

Ibid., ad d. 23 Septembris.

45° Passio sanctorum Cypriani et Justinae (fol. 189v-191r).

Ibid., ad d. 26 Septembris.

46° Passio sanctorum quattuor Coronatorum (fol. 191r-191v).

Ibid., ad d. 8 Novembris.

47° Passio sancti Theodori martyris (fol. 191v-192r).

Ibid., ad d. 9 Novembris.

48° Passio sancti Petri Alexandrini episcopi (fol. 192r-192v).

Ibid., ad d. 25 Novembris. Omm. nonnulla.

49° Passio sancti Firmini episcopi et martyris (fol. 193r-199r).

Ed. ap. Salmon, *Saint Firmin*, p. 399-409. Desinit in verbis *aromatibus, pretiosisque linteaminibus sepelivit* (num. 18 in.).

50° De sancto Michaele archangelo (fol. 199v-201v).*

51° Passio sanctorum martyrum Rufini et Valerii (fol. 201v-203v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Jun., tom. II, p. 796-97.

52° Passio sancti Pancratii martyris (fol. 203v-205r).*

53° Passio sancti Gordiani (fol. 205r-207v).*

54° Passio sanctorum Crispini et Crispiniani (fol. 207v-211r).*

55° Passio sancti Pantaleonis (fol. 211r-218r).*

56° Passio sancti Polycronii episcopi cum aliis (fol. 218r-220r); Item passio sanctae Olympiadis et Maximi (fol. 220r-221r); Passio sanctorum Abdon et Sennes (fol. 221r-223r).*

Acta prolixiora sanctorum Abdon et Sennes.

57° Passio sanctorum Xysti episcopi et Felicissimi et Agapiti diaconorum (fol. 223r-229r).*

Inserta est Passio sancti Laurentii.

58° Passio sancti Hippolyti (fol. 229r-232r).*

59° Passio sancti Eusebii episcopi [Vercellensis] (fol. 232r-234r).

Ed. ap. Mombritium, tom. I, fol. 258.

60° Passio sancti Symphoriani (fol. 234r-236r).

De qua *Act. SS.*, ad d. 22 Aug., tom. IV, p. 493-94, numm. 14, 15.

61° Passio sancti Dionysii cum sociis suis (fol. 236r-260r).*

Auctore Hilduino.

62° Passio sancti Luciani martyris [Bellovacensis] (fol. 260r-260v).*

Avulsis foliis, superest solum initium.

63° Vita [ejusdem] sancti Luciani episcopi (fol. 261r-269r).

Auctore Odone, ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Jan., tom. I, p. 461-66.

64° [De sancto Adriano] (fol. 271r-272v).*

Fragmentum mutilum.

DCCXXXVII. Codex signatus num. 17628.

Olim Fuliensium 49.

Foliorum 102, med. (0m,29×0,215), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Liber gestorum Barlaam et Josaphat servorum Dei, editus graeco sermone a Johanne Damasceno viro sancto et erudito (fol. 23r-98r).*

2° Vita sancti Hamonis monachi Savigniacensis coenobii (fol. 98v-102v).

Ed. ope hujus codicis *Anal. Boll.*, tom. II, p. 500-60. Mutila desinit in verbis *illaesus sub divo juxta domum praefatae viduae* (num. 17 med.).

DCCXXXVIII. Codex signatus num. 17629.

Olim Claudii Joly, ab eo donatus ecclesiae cathedrali Parisiensi anno 1680, postea *Notre-Dame* 100.

Foliorum 252, med. (0m,295×0,20), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1° [Sulpicii Severi scripta de S. Martino] (fol. 1r-74v).*

Inserta sunt post epistolam ad Bassulam, ut saepe alias,

2° [Excerpta ex Gregorio Turonensi de obitu S. Martini] (fol. 28r-32r).*

3° [Gregorius Turonensis de virtutibus sancti Martini] (fol. 74v-84r).*

Scilicet lib. I usque ad cap. 17.

4° Liber sanctus de sancti Benedicti vita (fol. 84r-114r).*

Auctore Gregorio M.

5° Epistola Odonis abbatis... (fol. 210r-212v); Epistola Fausti monachi... (fol. 212v-215v); Capitula sequentis operis (fol. 215v-219r); [Vita S. Mauri, auctore Fausto] (fol. 219r-252v).

Omnia ut in cod. 3 (tom. I, p. 1, 1°-4°).

DCCXXXIX. Codex signatus num. 17630.

Olim *Jacobins de la rue Saint-Honoré* 37.

Foliorum 151, med. (0m,338×0,23), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1° De sancto Andrea apostolo (fol. 2r-4r).*

Epistola ecclesiae Achaiae.

2° Vita sancti Nicholai (fol. 4r-7v).*

Fragmenta quaedam.

3° Passio sanctae Luciae virginis (fol. 7v-9r).*

4° Passio sancti Thomae apostoli (fol. 9v-15v).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, p. 333v-38r.

5° De sancto Joanne evangelista (fol. 15v-19v).*

Om. prologus.

6° Passio sancti Thomae martyris (fol. 19v-21v).

Ed. P. L., tom. CXC, p. 323-28.

7° De sancto Silvestro papa (fol. 21v-42v).*

Om. prologus. Add. mentio de translatione sancti pontificis Nonantulam.

8° De sancto Hilario (fol. 42v-44r).*

Lib. I, omissa epistola dedicatoria.

9° De sancto Mauro abbate (fol. 44r-57v).*

Omm. numm. 1-7.

10° De sanctis Fabiano et Sebastiano (fol. 57v-74r).*

11° De sancta Agnete virgine et martyris (fol. 74r-77v).*

12° Passio sancti Vincentii martyris (fol. 77v-82r).*

13° Passio sancti Blasii episcopi et martyris (fol. 82r-85v).*

Stilo tamen non parum discrepans. Inc. *Cum ipse draco et iniquissimus leo, qui circuit quaerens quem devoret, mundum invaderet, et homines a diabolo obcaecati simulacra et idola manibus hominum sculpta quasi aliquid certius adorarent, tunc certantibus sanctis pollebat in caelo fides illorum...*

14° Passio beatae Agathae virginis et martyris (fol. 85v-88r).*

15° De sancto Mathia apostolo (fol. 88r-92v).

Auctore Autperto, ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Febr., tom. III, p. 437-41. Om. num. 1.

16° De beato Gregorio papa et confessore (fol. 92v-100v).*

Auctore anonymo.

17° De sancto Ambrosio (fol. 100v-109v).*

Om. epistola dedicatoria.

18° De sancto Georgio martyre (fol. 109v-114v).

Ut in cod. 5322 (tom. II, p. 206, 7°).

19° De sancto Marco evangelista (fol. 114v-116r).*

20° De sanctis apostolis Philippo et Jacobo (fol. 116r-116v).

Ut in cod. Brux. 380 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 202, 3°).

21° De sancto Jacobo fratre Domini (fol. 116v-118r).

Ut ibid., p. 203, 4°.

22° De inventione sanctae crucis (fol. 118r-121r).*

23° De sancto Gordiano et [Epimacho] (fol. 121r-122v).*

24° De sanctis martyribus Nereo et Achilleo (fol. 122v-125v).*

Scilicet num. 1-11.

25° [Passio] sanctorum Marcellini et Petri (fol. 126r-128r).*

26° [Passio] sanctorum Primi et Feliciani martyrum (fol. 128r-131r).*

27° De sancto Barnaba apostolo (fol. 131r-135v).

Ut in cod. Namurc. 53 (*Anal. Boll.*, tom. I, p. 512, 41°, et tom. II, p. 301-2).

28° Passio sanctorum martyrum Gervasii et Protasii (fol. 135v-140r).

Bene convenit cum cod. Brux. 7482 (*Cat. Brux.*, tom. II, p. 35, 25°), nisi quod initio praemissa est fere tota epistola S. Ambrosii.

29° De sanctis martyribus Johanne et Paulo (fol. 142r-145r).*

Adjuncta est Passio S. Gallicani.

30° De sancto Petro apostolo (fol. 145r-146v).

Inc. *Tempore igitur Neronis imperatoris erant Romae salutiferi doctores*... Ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 199r, col. 2 med. - 200v.

31° De sancto Paulo apostolo (fol. 146v-151r).*

Auctore Pseudo-Lino.

DCCXL. Codex signatus num. 17631.

Olim *Blancs-Manteaux* 17.

Chartaceus (praeter duo ultima folia), med. (0m,29×0,21), columnis binis, exaratus saec. XV.

1° [Vita sancti Bernardi abbatis] (fol. 2r-30v).

Auctore Alano, ed. P. L., tom. CLXXXV, p. 469-524.

2° Epistola Anastasii Romani bibliothecarii ad Carolum imperatorem, quae asserit Dionysium esse vere Areopagitam (fol. 31r-31v).

Ed. P. L., tom. CXXIX, p. 737-39.

3° Epistola Hilduini... ad cunctos... Ecclesiae filios... (fol. 32r-33r).

Ut in cod. 2445 A, 4° (tom. I, p. 118).

4° De vita et passionibus sanctorum martyrum Dionysii sociorumque ejus, a quo vel a quibus auctoribus conscriptae sunt (fol. 33r-33v).

Ed. supra ex cod. 2447 (tom. I, p. 123-24).

5° Vita sanctissimi Dionysii, qui a loco Areopagita... (fol. 33v-60v).

Ut in cod. 2445 A, 5°. Quaedam in fine paraenetica adjecta sunt, et quae de

SS. Antonino et Sanctino leguntur *Act. SS.*, ad d. 11 Oct., tom. V, p. 587-88, num. 11-13.

6° Inventio et translatio sanctorum corporum hieromartyris Ariopagitae Dionysii sociorumque ejus Rustici et Eleutherii, quae facta fuit per gloriosum regem Francorum Dagobertum (fol 61r-71r).

Scilicet, praemisso prologo *Plurima miraculorum Dei...*, et nonnullis interpolatis, *Gest. Dagoberti*, capp. 1-12, 15, 17, 20 (*Rec. des Hist. de Fr.*, tom. II, p. 580 sqq.). Deinde sequitur (fol. 64v-69v) historia consecrationis ecclesiae Sancti Dionysii per Christum Salvatorem factae et leprosi, qui eam contuitus fuerat, sanationis, ac denique *Gest. Dagoberti*, capp. 42-44.

7° Revelatio ostensa Stephano.... (fol. 71r-72r).

Ut in cit. cod. 2445 A, 6°. — Sequuntur alia quaedam de historia coenobii Sancti Dionysii et particulatim *De sacrosancto clavo et corona Domini et quibusdam aliis pretiosissimis, quas rex Karolus Calvus contulit ecclesiae Sancti Dionysii* (fol. 77r); *De humero sancti Johannis Baptistae apud Sanctum Dionysium translato* (fol. 78r); *De corpore sancti Hilarii Pictavensis episcopi apud Sanctum Dionysium translato* (ibid.); *De sancto Patroclo episcopo et martyre et sanctis confessoribus Romano et Hilario apud Sanctum Dionysium translatis* (fol. 78v); *De sanctis martyribus Cucuphate et Hippolyto apud Sanctum Dionysium translatis* (ibid.); *De miraculo sancti Hippolyti in praesentia Alexandri papae perpetrato* (fol. 79r); *Aliud miraculum de sancto Hippolyto* (fol. 79v); *De excellentia festivitatis sancti Hippolyti per praesentiam domini regis Roberti* (fol. 80r); *De miraculosa translatione beati Peregrini martyris et episcopi apud coenobium Sancti Dionysii* (ibid); *De sancto Dionysio Corinthiorum episcopo et confessore apud Sanctum Dionysium in Francia translato* (fol. 80v); *De quamplurimis aliis corporibus et reliquiis sanctorum in communi* (fol. 81r). In fine legitur haec nota (fol. 82v) :... *Expliciunt ista in unum collecta anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto...*

8° Vita sancti Eligii abbreviata (fol. 83r-147r).

Auctore Audoeno, ed. P. L., tom. LXXXVII, p. 479-594. In fine : *Explicit vita sancti ac venerandi Eligii episcopi et confessoris, edita a beato Dadone Rothomagensis urbis episcopo et per me hujus libri collectorem interdum abbreviatum.*

9° Quomodo sancti Eligii pera cum quibusdam aliis reliquiis manifestata sit et quae miracula in ipsa manifestatione et deinceps sint facta (fol. 147r-153r).

Ed. ex cod. 12607, *Anal. Boll.*, tom. IX (1890), p. 422-36.

DCCXLI. Codex signatus num. 17632.

Olim *Blancs-Manteaux* 23.

Chartaceus, foliorum 161, med. (0m,295×0,215), columnis binis, exaratus saec. XV.

1° Vita sancti Pauli primi eremitae (fol. 1r-4r).*

2° Vita sancti Antonii (fol. 4r-23v).*

Deest in fine epilogus Evagrii interpretis.

3° Vita sancti Hilarionis (fol. 23v-31v).*

4° Liber primus, quem scripsit beatus Hieronymus ad fratres de monte Oliveti, sicut ipsemet vidit et audivit pergens de Jerusalem in Aegyptum (fol. 32r-61v).*

Scilicet *Historia monachorum*, auctore Rufino, seu liber II de Vitis patrum.

5° De sancto Malcho monacho et socia ejus (fol. 62r-64v).*

6° De sancto sene Abraham eremita et beata nepte ejus Maria (fol. 64v-67v).

Scilicet Vita sanctae Mariae meretricis, ed. P. L., tom. LXXIII, p. 651-60. Omm. capp. 1 et 12-17.

7° De sancta Marina (fol. 67v-68v).*

8° De sancto Frontonio (fol. 68v-69v).

Ex parte ed. ap. Faillon, *Monuments*, etc., tom. II, p. 428-30. Om. prologus.

9° Adhortationes sanctorum patrum, perfectiones monachorum, quas de graeco in latinum transtulit beatus Hieronymus (fol. 72v-133v).

Scilicet liber V de Vitis Patrum, ed. P. L., tom. LXXIII, p. 855-988.

10° [Ejusdem collectionis liber sextus] (fol. 133v-146v).

Ed. ibid., p. 993-1022. Sequuntur alia quaedam ex sequentibus libris excerpta.

DCCXLII. Codex signatus num. 17633.

Olim *Blancs-Manteaux* 54.

Chartaceus, foliorum 228 (praeter unum insiticium in capite), med. (0m,34×0,21), columnis binis, exaratus saec. XV.

Unum in codice continetur documentum hagiographicum, videlicet

Vita sancti Guillermi ducis Aquitaniae et comitis Pictaviae (fol. 1r-22r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Febr., tom. II, p. 452-72. Om. prologus.

DCCXLIII. Codex signatus num. 17638.

Olim Sancti Martini a Campis 60.

Foliorum 80, med. (0m,30×0,215), columnis binis, exaratus saec. XII.

Totum codicem complet

Vita sancti Bernardi primi abbatis Claraevallensis.

Mutila desinit in verbis *quantam adhuc pro filiis sollicitudinem gereret pater sanctus et quomodo* (num. 269 init.).

DCCXLIV. Codex signatus num. 17640.

Olim Sancti Martini a Campis 24.

Foliorum 30, med. (0m,345×0,235), columnis binis, exaratus saec. XIII.

Totum codicem complet

Vita sancti Willermi archiepiscopi, cujus festum quarto idus januarii celebratur.

Ed. *Anal. Boll.*, tom. III, p. 274-361. Pauca desunt in fine, scilicet post verba *divina officia cum hymnis et canticis necnon et sacra missa[rum]* (p. 338 extr.).

DCCXLV. Codex signatus num. 17641.

Olim Caelestinorum 17.

Chartaceus, foliorum 79, med. (0m,30×0,22), lineis plenis, exaratus saec. XV.

1° Translatio beati Benedicti, quae celebratur v^to^ idus mensis julii (fol. 1r-3v).*

2° [Illatio reditusve corporis sancti Benedicti Aurelianis ad Floriacum] (fol. 4v-6v).

Auctore Diederico, ed. ap. Joannem a Bosco, *Bibl. Flor.*, part. I, p. 219-29. Omm. praefatio et posterior pars cap. 10. Contra in ed. praetermissa sunt nonnulla initio capitis 8, quae hic ex codice supplemus. Vid. infra, Append.

3° [Ablatio corporis sancti Benedicti e monasterio Floriacensi a Casinensibus attemptata et miraculo impedita] (fol. 6v-8r med.).

Ed. ex cod. Brux. 8873-78, *Cat. Brux.*, tom. II, p. 258-60 (num. 1), nisi quod inter verba *His tandem miserabiliter peroratis, intrare episcopi audacter coeperunt* (ibid., p. 259 med.) et quae sequuntur, haec in cod. Paris. inserta sunt : *et convocatis omnibus fratribus ejusdem loci, coram eis litteras quas Zacharias, Romanae sedis antistes, Karolomanno direxerat, recituri fecerunt. Tenor autem litterarum talis erat* :... (*Mon. Germ.*, tom. XV, part. I, p. 484, lin. 25 - p. 485, lin. 2). *Quibus perlectis, ejecerunt foras*...

4° [Miracula sancti Benedicti] (fol. 8r-12r).

Ex parte inedita. Vid. infra, Append. — Hujus lucubrationis scriptor fuisse videtur Andreas monachus Floriacensis saeculo XI, qui et Vitam conscripsit Gauslini abbatis, postea Bituricensis archiepiscopi, et relationem S. Benedicti (*Hist. litt. de Fr.*, tom. VII, p. 349-50. Cfr. infra, p. 424, num. 4 med.).

5° [Alia ejusdem sancti miracula] (fol. 12r-40r).

Prior pars (fol. 12r-15v), auctore Adrevaldo Floriacensi, ed. *Mon. Germ.*, tom. XV, part. I, p. 478-84, lin. 14 (... *solus optime rexit*); reliqua ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Mart., tom. III, p. 306 34 (Miraculorum lib. I, II et III), et legitur in cod. additamentum indicatum ibid., p. 315, annot. *d*.

6° Legenda gloriosi patriarchae Constantinopolitani, scilicet fratris Petri Thomae, ordinis intemeratae Virginis de Carmello, legati sancti passagii, compilata per fratrem Johannem Carmessonium de Arragonia, magistrum in sacra pagina ac fratrum Minorum Terrae sanctae ministrum (fol. 61r-79v).

Vid. supra cod. 5615, 6° (tom. II, p. 522-25). Sed hoc loco delenda est sententia

quae legitur p. 524, lin. 6 a fine ad lin. 4 a fine (*attamen rursus advertendum est...*), quam ubi scribebamus, codex hic 17641 nobis prae oculis non erat, sed sola editio Danielis a V. M.; nunc autem ipsum codicem inspicientes, vidimus perspicue in hoc, sicut in cod. 5615, scriptum esse loco indicato *Johannes de Cusentia*, non *de Lusentia*.

Appendix ad cod. 17641.

De relatione corporis S. Benedicti (Cfr. supra, p. 421, 2°).

... Tunc ob difficultatem frigoris ibi tardantibus et instrumenta tali negotio congrua machinantibus, interim grandis contentio inter canonicos beati Aniani Aurelianenses et monachos Floriacenses exorta est. Sancti vero Aniani canonici consilium inter se moliebantur, qualiter sanctum corpus beati patris Benedicti praedictis monachis auferrent et in sua ecclesia in perpetuum retinerent. Dicebant canonici ad monachos Floriacenses: *Injustum nobis videtur, fratres, ut ecclesia nostra, quae vobis caput et initium contulit et de cujus gremio beatus pater bonae memoriae abbas noster Leodoboldus exiit, qui etiam locum vobis et praedia donavit et primum abbatem constituit, qui gregem sibi commissum ad portum salutis Deo ducente perduxit, tanto sibi commisso amplius evacuaretur patrono. Quia forsitan peccatis vestris exigentibus vobis est ablatus, nobis a Deo donatus, sufficiat vobis quod dum esset in vestro monasterio, ejus signis et virtutibus fuistis jucundati et in mortuorum suscitatione, caecorum illuminatione, debilium curatione, leprosorum emundatione ejus famati fuistis intercessione. Sufficiant vobis ista omnia; nobis vero liceat saltem illius nunc ossa sacrosancta retinere, ut miracula, quae in vestris partibus Deo largiente contulit, in nostra ecclesia ipsius benignitas amodo operari dignetur. Insuper etiam tanto tutius in nostra ecclesia servabitur quanto plus quam vos tutiori cognoscitis nos loco commorari. At tam bene in nostra ecclesia a clericis nostris Deo propitiante sicut in vestra vel, ut credimus, multo melius honorabitur ac servietur.* Ad haec Floriacenses respondentes dixerunt: *Certe si ecclesia vestra nobis caput et initium fuit et abbas vester fundator nostrae domus exstitit et abbatem super nos constituit et praedia et terras nobis donavit, et si pro vestro privilegio monasterii patrem nostrum cupitis vindicare, scitote quia in medio solis radio, ubi omnem mundum collectum conspexit, nullum alium locum ad sibi serviendum nisi Floriacum, ut credimus, elegit, ubi per multa miracula et visiones multas, sicut evidenter patet, apportari voluit et honorari a nobis, quamvis etiam peccatoribus et indignis: quia si in nostra plus quam in ceteris*

venire noluisset ecclesia, nequaquam nos tantis visionibus pulsare, nequaquam latori monacho nostro suam praesentiam manifestare, insuper locum ubi requiescebat tam evidenti signo dignaretur declarare, necnon et inimicos persequentes devitare ; sed quia locum nostrum et ecclesiam praesentia sui corporis decorari voluit, signis multis et virtutibus patuit quanta per illum mirabilia Deus ibi operari dignatus sit. Iis ergo taliter litigantibus et canonicis beati Aniani contradicentibus et per violentiam praedictis monachis auferre conantibus, unus ex monachis ita intulit, dicens : *Si vobis*, inquit, *placuerit, audite consilium meum...*

MIRACULA S. BENEDICTI (Cfr. supra, p. 421, 4°).

1. Nuper quoque nostrisque propemodum... temporibus... (ut in cod. Brux. 8873-78, *Cat. Brux.*, tom. II, p. 260-61, num. 2. Post verba *eum excelsis sedibus collocavi*, ibid., p. 261, lin. 28, haec addita sunt in codice :) Quo audito, coepit frater ille super hujus rei factum attonitus admirari. Ad quem rursus ait sanctus : *Si super hoc factum miraris, iterum audi. Scias pro certo quia ab illo die quo hoc monasterium fuit constructum, quotquot fratres hic fuerunt defuncti, aeterna requie sunt recepti.* Deinde adjecit et ait frater ille : *Quia nobis dixisti, domine, nobiscum te esse debere, quis nobis notam faciet horam adventus tui, ut occurramus tibi ?* At ille : *Nemo*, inquit ; *sed ego tale signum ostendam omnibus quod de mea praesentia dubitet nullus.*

2. In confinio Senonicae urbis paterfamilias.... (*Act. SS.*, ad d. 21 Mart., tom. III, p. 353-54, num. 1-6).

3. Accidit quoque tempore quodam expeditionem agere Saracenorum gentem gratia impugnandi illius regionis celebre christianorum nomen. Unde armatorum innumerabili multitudine fidens, nativi incolatus egressa vaginam, post multarum christianorum possessionum depopulationem secus praefatum coenobium castrensem figit metationem. Porro oppidani, pridie percepta fama vesanae gentis, suas quasque res undecumque collectas, utpote humanis destituti solatiis, tuendas Benedicti precibus almis, fratrum immittunt officinis, ac ita cum universis coenobitis, uno tantum remanente illic, contigua abdita montium, concava vallium, dumeta silvarum, sparsim pro posse latitando quaesiere. Nec mora, ut dictum est, templum ethnica ferocitas tentoria deponens obambit, claustrum irrumpit, divinam aedem ausu temerario petit, pauperum res invadere gliscit ac reliqua igne cremare contendit. Sed Benedictus pater, qui quondam animas suorum ab interitu liberavit Langobardorum, nunc quoque versa vice omni salvata suppellectile, haud aliquid sibi commissorum sivit perditum. Res mira et vehementer stupenda. Nam ut fratrum cellaria juventus irrumpit effrena, quaeque sibi utilia secum deportatura, cetera * flammis traditura, divino terrore percussa haesit, ignique stipulae manipulis seu lini ac si immissus aliquis occidit *,

* *cod.* ceteras.
* *sic.*

ipsaque vina promptuarii, rigorem in glaciei conversa, propriam naturam potestate amisit divina. Tali namque attoniti signo, incompotes rediere ad sua. Hoc comperto, eorum princeps, nomine Almazor, illos quasi desides et imbecilles objurgans, cum maxima multitudine proprium illuc dirigit nepotem, utque solotenus monasterium eruat, incendio tradat, rapinis dispertiat, caedibus polluat, imperiali edicto inculcat. Extemplo unusquisque regalia jussa pro viribus implere festinat. Adest nil minus etiam propensius caelestis clementia atque eorum conatus furibundos, uti primo, irritos reddit secundo. Verumtamen sacrilegi dum districtis mucronibus huc illucque discurrunt cuneati, si forte quempiam christianorum reppererint, unus penita ecclesiae cum sodalibus petens, nec tamen in aliquo potestatem sacrorum habens, ad sacrosanctam appropiat aram; juxta quam ferreum malleum tantum reperiens, illudque manibus corripiens, felle efferae mentis pallens : *Quando*, inquit, *fidissimi socii, in aliquo non praevalemus, saltem hoc sacrum nostris manibus eradere invigilemus*. Haec dicens, totoque conamine ictum in sublime librare cupiens, inter geminos oculorum orbes sese quo adnisu valuit percutiens, humi mortuus ceteris cernentibus delabitur. Cujus interitu comperto, ceteri in fugam versi, ad regem redeunt conturbati, ceterisque indiciis inviti reddunt testimonium Deo omnipotenti. Itaque diligenter inquirens praefatus princeps cujus honore eadem sacrata habeatur aedes, ut perpendit quod tantorum signorum operator attestetur Benedictus pater, auctoritate regali indicit ut ab illa die deinceps nemo illorum inquietare praesumeret inibi Deo et Benedicto patri famulantes, quos ita sua defensaverat mirabili potentia. Sicque tentoria deponens atque ad alia loca demigrans, monachorum dereliquit habitationem.

4. In partibus Burgundiae quoddam habetur castrum, Disesia dictum. Incola hujus quidam dictus Rodulphus. Huic itaque, gressuum officio cruretenus debilitato fere xv annorum spatio, dominicae visionis apparuit consolatio : ut Floriacum tendat, Benedictum patrem exposcat, inculcat ammonitione crebra. Igitur supernae miserationi fidem dans, atque laboriosam reptationem laborioso labore attemptans, post arduam confecti itineris progressionem locum properat tandem ad usque Floriacum. In quo fere sex mensium demorans spatio, tandem dominicae Ascensionis vigilia in somnis ammonetur ut mane facto se protraheret usque ante sanctae Dei genitricis altare, inibi recuperaturus donum sanitatis diu optatae. Verumtamen aestimans somniorum id illusionem esse, maxime cum idem perageret cotidiana continuatione atque a cupita deficeret spe, rursus obdormit, diem operiens instantis sollemnitatis. Sane reddito mane terris, jam secunda hora diei, cum omnis populus praestolaretur stationem apud Sanctum Andream ac si ad alteram Bethaniam, quod venerabilis Gauslinus abbas annuatim decreverat agendum, ob dominicarum reliquiarum honorem, quas ipse a partibus detulerat Italiae, uti liquido digessimus in vitae ejus serie, fuit praedictus debilis una nobiscum usque ad jam dicti templum apostoli ; sed prae foribus orans, prae maxima multitudine plebis interius intrare non valens, quodam dominico

terrore arripitur, angustiatur, atque interior casus signo palloris et sudoris patenter exprimitur. Verumtamen fratres, oratione praemissa tertiaque hora sollemniter decantata, dum annuali lustratione cum sanctorum reliquiis metatum illius obambire cuperent castri de more, divinitus subito irruente nimbo, sisti-
5 mus atque retrogrado calle ad monasterium venimus. Tunc ipse nobiscum veniens, grates per seipsum Domino Deo rettulit, sicque ovans ad sua repedavit. Omnibus itaque notum factum est, ad quoscumque haec pervenire potuit fama, quanta virtus maneat in gloriosi sui confessoris fiducia.

5. Postquam fautrice divinitate miracula, quae per servum suum sanctissimum
10 patrem nostrum Benedictum operari dignatus est, quaeve optimorum patrum relatu addidicimus, ordinatim tempora secuti abbatum digessimus, alia quoque adicere dignum duximus, ea duntaxat quae a superstitibus in carne referuntur, licet diverso patrata sint tempore. Verum quia non ordinem temporum servare, sed sicut memoriae occurrerint scriptis mandare decrevimus, succincto narrandi
15 genere hoc opus aggredimur. Quadragesimali praesentis anni observantia imminente, contigit turrim, in qua ad psallendum Domino fratres convenire solent, vi ventorum non minima ex parte operimento nudari. Cumque advenisset sollemne festum venerabilis patris Benedicti, juxta illud eloquentissimi poetae, *nocte pluit tota*, at venientis diei gratiosiora *rediere spectacula mane.*
20 Gratum etenim dilectoribus ipsius dilecti Domino Benedicti fuisse constat spectaculum, cum illi, qui eo loci quo ecclesia discooperta erat ad canendos Domino hymnos constiterant per totam noctem, nec unam guttam pluviae persensissent, quodque magis auditoribus fidem facti praebeat, nulla humoris signa in subjectis ligneis apparuere gradibus.

25 **6.** Cryptam, in qua idem pretiosus confessor Domini Benedictus quondam corpore quievisse refertur.... (*Cat. Brux.*, tom. II, p. 263, num. 5).

7. Aliud quoque signum in eadem crypta visum.... (ibid., num. 6).

8. In Salensi cella ecclesia, ab antiquis, prout paupertas loci tunc exigebat, parva aedificata, in honore hujus amici Christi Deo dedicata est. In ea igitur
30 quidam devotus vir una dierum candelam accensam reliquit, quae de loco quo affixa fuerat decidens, altari linteo adoperto ardens excipitur. Sed ea consumpta, linteum ita illaesum apparuit ut nulla adustio in eo appareret. Verum ut agnosceretur ubi consumpta esset, cineris lychini et guttae cerae in velamine altaris resederunt; quibus ablatis, nullum, ut jam dictum est, ignis indicium in
35 velo dominicae resedit mensae.

9. Igitur cum multi proclivium Petragorici bivii callem Dei praecepta neglegendo appeteret*, at contra superna miseratio exspectaret committendos, nec finis malorum instaret ullo modo, virgam suae districtae correptionis super illos extendit unicus Filius Dei, ut qui leges et justitias ejus inique profanaverant,
40 saltem sic castigati resipiscerent. Unde quaedam terribilis et irremediabilis lues attingens Aquitaniae regionis fines, quae vulgo dicitur ignis sacer, plurimos ex ipsis pessumdedit, plurimos membrorum officio privavit, multos etiam longis

* *sic.*

cruciatibus attrivit. Haec omnia divina ultio exercuit, quae, juxta cujusdam doctissimi viri sententiam, quanto tardius irruit, tanto vehementius punit. Interea Salensis castri ecclesia, nobilium procurante sollertia, in melius fuerat reaedificata : quam sanctissimus pater usque in praesentem diem et suis membris et assiduis laetificat miraculis. Ob quam causam permoti affines illius regionis, 5 commune consilium ineunt ut ad illam sua vota oblaturi venirent et gloriosum exposcerent confessorem, quatinus illius pio interventu eorum Dominus misereretur et ab imminenti clade liberare dignaretur. Sane tunc temporis cura illius loci cuidam commissa erat venerabili viro nomine Ysemberto, qui ob regni caelestis gaudia mundi favores spreverat ac habitum monasticae religionis assump- 10 serat. Qui quidem animo percussus tantae multitudinis gemitibus, ubi hujusmodi pestem ferventius saevire audivit, illuc properare cum sanctorum reliquiis non distulit. Nam, ut credimus, divino nutu vel instinctu pignora tanti ducis feretro imponit et cum caterva totius populi Lemovicam tendit ad urbem, quo horum duorum precibus procerum, scilicet sanctissimi legislatoris Benedicti gloriosissi- 15 mique Marcialis, consequerentur donum misericordiae Dei. Dum siquidem cum maximo plebis tripudio iter peragerent, obviam habent quandam mulierem nervis membrorum perditam. Quae posita in quadam ecclesia in honore sancti Hilarii dicata, ubi transeuntium tumul[t]um comperit et loculum tanti patroni inspexit, conversa in lacrimis, cum vocibus piae petitionis sic ait : *Eia, sanctissime* 20 *Benedicte, quale gaudium huic inesset miserae, si tuo itineri valeret quoquo modo interesse; verumtamen quoniam, uti animo desidero et voce profiteor, corpore non valeo, te testem habeo*. Cumque crebris singultibus eadem repeteret verba, ab instanti infirmitate ilico per Christi gratiam est liberata, et exiliens, ac si nullam fuisset infirmitatem perpessa, improvise occur- 25 rit laetabunda, et cum ingenti omnium admiratione auctorem salutis suae magnis coepit vocibus collaudare.

10. His sub cunctorum oculis Deo favente peractis, coeptam aggrediuntur viam. Sed jam defessi labore et intercepti advenienti nocte, juxta quendam fluvium, qui Semeris dicitur, haud longe a pronuntiato castro, cum sanctorum 30 reliquiis resedere. Pervolat interim fama, patrem Benedictum partes transire in illas. Conveniunt undecumque senes cum junioribus, omnis aetas omnisque sexus, ac Dei famulum mag[n]is extollunt laudibus. Auget devotionem et spem ipsorum praepotens ostensio miraculorum. Nam sub intempestae quietis silentio IX a supradicta clade illic liberati sunt per intercessionem gloriosissimi confes- 35 soris. Lucescente etiam diei aurora duo nihilominus pueruli, simili morbo astricti, pristinae sanitati sunt redditi, qui etiam intimabant suis parentibus videre se virum nivei vultus, qui attrectando singulorum infirmitates, omnium suorum membrorum dolores per extremos pedum articulos quadam divina virtute compelleret exire. Porro dum Lemovicanam proximare coeperunt ad urbem, 40 fitque concursus populorum, procedit exercitus monachorum cum agmine clericorum, et nostri Redemptoris dilectum cum laudum praeconiis suscipiunt. Fun-

duntur preces cum lacrimis, ut Deus misereri dignaretur illis horum suorum principum meritis. Nec differt omnipotens Deus suis caris concedere amicis, et ut Aquitanicus sciret populus hujus adventu super se Salvatoris manum pervenisse, XL aut eo amplius qui aderant aegroti amissae redduntur sospitati; sicque pestis illa cessavit deinceps ab illis per interventionem venerabilis patris nostri Benedicti.

11. Minime quoque postponendum reor esse quod cuidam militi sua levitate contigit, praesertim cum hunc singularem nostrae fragilitatis consolatorem nec in magnis nec in minimis silere debeat lingua carnis. Quidam vir strenuus, nomine Bertrandus, pro quibusdam suis necessitatibus ad supra praedictum venerat coenobium. Peractis vero pro quibus venit, dum regreditur ad propria, quidam ex suis viris* illum non longe est comitatus; sed accepta licentia, causis** aliquibus cogentibus, retro est regressus. Qui cum reverteretur, ut diximus, dextra laevaque fratrum conspicatur culturas viridanti seminum germine recenter adopertas. Extemplo superbiae tumore distentus, invidiae facibus succensus, impellens calcaribus sonipedem*, molliter habenas relaxans, totis insurgens viribus, per medium currere compulit. Videres rabiem tanti hominis nutare contra potentiam Creatoris, et novellae plantationis semina, radicitus evulsa, passim jacere dispersa. At ubi satis suae fecit voluntati, sperans ac si jam de cetero nil sancto superesset Benedicto, ut coeperat coeptam tenuit viam, oppido super his delectatus, nostris autem qui haec viderant non mediocriter dolentibus. Verum ab illo haud multum abfuit divina ultio. Cum igitur semitam silicibus stratam super oras stagni positam equitando transiret, ac vis omnium ventorum cessisset, quidam repentinus subito a sinistris irruit turbo et equum et equitem demersit in gurgitem. Accurrunt omnes ad tantam Dei omnipotentis vindictam, et miserum a profundo fluminis semivivum abstrahunt. Attamen sonipes, qui sceleris exstitit particeps, exstinctus sub aquis debitas poenas luit. Ille autem post haec similiter nequaquam commisit, castigatus correptione tali.

* *cod.* unus.
** *cod.* canis.
* *cod.* compedem.

12. Quaedam puella, illius loci incola, ab immundo daemone fuerat arrepta sub medio noctis tempore. Quae ubi a suis parentibus adducta est ante mirificum tanti nostri advocati tumulum, coepit audax pervasor Dei fabricae illum verbis hujusmodi lacessere et miseram diris cruciatibus discerpere: *En*, inquiens, *Benedicte, cespes vetustissime, quid nobis tecum commune? Cur mortuus insequeris, qui vivens nusquam regnare alicubi permisisti? Quid nobis et tibi? Ne erres, obtestor. Propter te* [*non magis*] *hanc relinquam quam propter similem decrepitum senem.* Haec et alia [qui] audierant, solo prostrati coeperunt exorare clementiam Omnipotentis ut hunc expelleret ad laudem et honorem nominis sui, placatus meritis sanctissimi dilecti sui Benedicti. Cumque ista implorarent litaniae adjunctis precibus, antiquus ille hostis, plasma relinquens Creatoris, cum magno gemitu vocis fugiendo discessit.

13. Praeterea quidam exstitit praeditus honore, sed deditus moribus pravis, Ranulphus, cujusdam castri dominus, quod Pulchra Arbor dicitur. Hic siquidem

creberrimas injurias huic celebri monachorum duci jam adeo irrogaverat, ut quicquid illius oculus poterat videre, ac si propria non differret diripere ; et ita per multos dies illius accumulabatur poena et rabies. Quamobrem calicem irae Domini, dum perseverat in istis incaute, ebibit et ad faeces usque potavit. Namque una dierum, fretus auxiliis suorum, veluti contra carnalem inimicum acies dirigeret bellorum, rapacem tendit manum ad praedam et suppellectilem patris Benedicti famulorum ; sicque ad propriam regreditur domum. Paratis epulis, ut ita dixerim, ex pauperum lacrimis, ex tanti injustitia tyranni, ipse cum suis pransurus adsedit. Atqui primam dum ori admovet buccellam, ita oppilantur fauces adversarii, ut digna vindicta Dei, quam spreverat omnimodis, infelicem, ut erat meritus, exhalaret animam : dignus hac poena, ut qui mente superba se contra Christi amicum erexerat, tam despicabili prosterneretur machera. Sed jam ab Aquitaniae partibus ad hunc totius nostrae vitae singulare decus stili regrediamur ductu.

(Et statim sequitur, nullo novo titulo :)

Regni Italici summum ac praeclarum decus... (Miraculorum scilicet relatio attributa Adrevaldo ; cfr. supra, p. 421, 5*).

DCCXLVI. Codex signatus num. 17649.

Olim *Notre-Dame* 89.

Foliorum 61, med. (0m,32×0,185), lineis plenis, exaratus saec. XI.

1° Narratio Leontii Neapoleos Cypriorum insulae de vita et actione sancti Joannis archiepiscopi Alexandriae (fol. 39r-54v).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 337-84. In fine add. haec nota : *Expliciunt acta sancti Johannis Heleimonis*, quae quidem praetermissa fuerant a Johanne atque Sophronio viris illustribus, qui ejus vitam scripserunt; sed postmodum Leontius episcopus Neapoleos Cypriorum insulae ea studiose supplevit. Cujus narrationis sanctissimus ac ter beatus domnus Nicholaus papa ad multorum aedificationem Anastasio peccatori interpretari praecepit.*

* sic.

2° Vita sancti Hieronymi (fol. 55r-58r).*

Auctore anonymo.

DCCXLVII. Codex signatus num. 17650.

Olim Caelestinorum 4.

Foliorum 25, med. (0^m,27×0,21), columnis binis, exaratus saec. XV.

Totum codicem complet

Liber de vita ac gestis sancti Petri confessoris, quondam papae Caelestini quinti, fundatoris Ordinis Caelestinorum.

Auctore Petro de Alliaco, ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Maii, tom. IV, p. 484-97.

DCCXLVIII. Codex signatus num. 17651.

Olim Caelestinorum 57.

Foliorum 37 (sed folium 24 bis, 25 vero ter notatum est), med. (0^m,335×0,23), columnis binis, exaratus saec. XV.

Totum codicem complet

Vita et conversatio beati Petri confessoris, quondam Caelestini papae.

Nimirum :

1° (fol. 1^r-7^v) Vita ab ipso Petro conscripta, ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Maii, tom. IV, p. 422-26.

2° (fol. 7^v-37^v) Opusculum ed. ex cod. 5375, *Anal. Boll.*, tom. IX (1890), p. 147-200. Sed in hoc codice 17651 pauca omissa sunt, plura addita et nonnulla stilo diversa ; ordo quoque miraculorum alius est. Harum omnium varietatum conspectus cum partibus ineditis mox tradetur *Anal. Boll.*, tom. X vel XI.

DCCXLIX. Codex signatus num. 17656.

Olim *Notre-Dame* 133.

Foliorum 163, med. (0^m,33×0,22), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° Vita Karoli magni imperatoris, jussu Frederici augusti conscripta (fol. 1^v-28^v).

2° [Gesta Karoli magni, quae gessit in Hispania] (fol. 28^v-47^r).

3° Vita Karoli magni imperatoris, ab Einardo abbate capellano suo descripta (fol. 47r-56r).

Haec omnia omnino sicut in cod. 6187 (supra, tom. II, p. 551).

DCCL. Codex signatus num. 18084.

Olim Fuliensium 29.

Foliorum 87, min. (0m,24×0,175), lineis plenis (praeter fol. 1 et 2), exaratus saeculo XII.

Gesta de exaltatione sanctae crucis (fol. 1-2v, 87v).*

DCCLI. Codex signatus num. 18103.

Olim Sancti Martini a Campis 71.

Foliorum 91, min. (0m,26×0,20), lineis plenis, exaratus saec. XI.

1° [Vita sancti Clementis papae] (fol. 84r-85r).*

Acephala incipit a verbis *quod Clementem ligarent cum clericis suis et ipsum traherent.*

2° Adventus et exceptio corporis sanctissimi confessoris Benedicti (fol. 85r-91v).*

DCCLII. Codex signatus num. 18104.

Olim Claudii Joly, ab hoc donatus ecclesiae N. D. Parisiensi anno 1680, postea *Notre-Dame* 50.

Foliorum 227, constans ex variis laciniis diversae formae ; pars hagiographica min. (0m,24×0,17), lineis plenis, exarata saec. IX.

Miracula sancti Andreae (fol. 72r-86v).*

Fine mutila.

DCCLIII. Codex signatus num. 18168.

Olim Sancti Martini a Campis 76.

Foliorum 120, min. (0m,19×0,18), lineis plenis, exaratus saec. XI.

[Miracula B. M. Virginis] (fol. 79r-105r).

DCCLIV. Codex signatus num. 18201.

Olim, ex parte, coenobii Sanctae Mariae Karoli loci (Chaalis) dioec. Silvanect.; alia parte, coenobii Sancti Dionysii, dioec. Rem.; deinde Sancti Martini a Campis 123.

Foliorum 160, min. (0,265×0,18), partim lineis plenis, partim columnis binis, exaratus saec. XII.

1° Passio sanctae Ursulae virginis et cum ipsa virginum undecim millium (fol. 37r-45r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Oct., tom. X, p. 157-63.

2° Miracula beatae Mariae Virginis (fol. 93r-99v).

DCCLV. Codex signatus num. 18293.

Olim Caelestinorum 42.

Foliorum 242, min. (0m,195×0,14), lineis plenis, exaratus *anno Domini M°CCCC°LXXX° quinto, octava julii, die beati Procopii, per fratrem Johannem de Bourges, januam tunc hujus domus regentem, et hoc cum maximis laboribus haud tamen cum paucis intervallis.*

1° [Historia monachorum] (fol. 136r-217r).*

2° Epistola beati Leonis papae de translatione beati Jacobi apostoli, quae III kalendas januarii celebratur (fol. 240v-241v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 21-22.

DCCLVI. Codex signatus num. 18296.

Olim Corbeiensis 17.

Foliorum 91 (in quo numero computatur chartaceum insiticium in capite codicis), min. (0m,215×0,155), lineis plenis, exaratus saec. X.

1° [Vita sanctae Bathildis reginae] (fol. 2r-17v).*

2° Tran[s]latio corporis beatissimae Baltechildis reginae, quae fuit facta anno ab incarnatione Domini DCCCmo XXXmo IIItio et celebratur XVI kalendas aprilis (fol. 17v-24r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Jan., tom. II, p. 747-49, et ope hujus codicis ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. IV, part. I, p. 450-53.

* *hic titulus additus est saec. XVII.*

3° Vita sanctae Bertilae abbatissae Chellensis * (fol. 24v-35v).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. III, part. I, p. 21-26. Pauca verba desunt in fine, foliis abscissis.

4° Vita sancti Adalardi abbatis [Corbeiensis] (fol. 36r-63v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Jan., tom. I, p. 96-111.

DCCLVII. Codex signatus num. 18297.

Olim *Notre-Dame* 244.

Foliorum 70, min. (0m,202×0,15), lineis plenis, exaratus saec. X.

1° Relatio beati Ambrosii Mediolanensium urbis episcopi de inventione martyrum Gervasii et Protasii (fol. 1r-6v).*

2° [Translatio sancti Cornelii papae Roma ad monasterium Compendiense in Gallia] (fol. 7r-14v).

Hujus documenti praecipuas partes edidit Constantinus Suyskenus noster ad d. 14 Sept., tom. IV, p. 272.

DCCLVIII. Codex signatus num. 18298.

Olim *Notre-Dame* 99.

Foliorum 137, min. (0m,23×0,18), lineis plenis, exaratus saec. X.

1° [Passio sancti Petri] (fol. 1r-14r).*

Auctore Pseudo-Abdia, cum prologo *Licet plurima de apostolicis signis...*

2° [Passio sancti Pauli] (fol. 14r-18v).*

Auctore Pseudo-Abdia. Praemissus est index capitulorum, et sequitur hymnus de eodem.

3° Passio sancti Jacobi fratris Domini (fol. 19r-22v).

Ed. ap. Fabricium, *Cod. apocr. N. T.*, tom. II, p. 594-608, prima phrasi mutata.

4° Passio sancti Philippi apostoli, kalendis maii (fol. 22v-24v).*

Om. num. 1.

5° Passio sancti Andreae apostoli sub Egeata proconsule, II kalendas decembris (fol. 24v-27v).*

Exordium paucis contractum est usque ad verba *Tu es Andreas.*

6° Passio sancti Jacobi apostoli, filii Zebedaei, mense julio die XXV (fol. 27v-33r).*

7° De sancto Joanne evangelista (fol. 33r-52v).*

8° Passio sancti Thomae apostoli, mense decembrio die XXI (fol. 52v-67v).

Ed. ope hujus codicis ap. Max Bonnet, *Acta Thomae*, p. 132-60.

9° Passio sancti Bartholomaei apostoli, mense augusto die XXIIII (fol. 67v-75v).*

10° Passio sancti Matthaei apostoli et evangelistae, mense septembri die XXI (fol. 75v-87v).*

11° Passio [sanctorum] apostolorum Simonis Chananaei et Judae fratris Jacobi, mense julio die I (fol. 87v-98v).*

12° Passio sanctissimi Dionysii (fol. 99r-122v).*

Auctore Hilduino.

13° Passio sanctae Julianae virginis, quod celebratur VII kalendas februarii (fol. 123r-128r).*

14° [Apparitio sancti Michaelis in monte Gargano] (fol. 129r-131v).*

15° Relatio quemadmodum caput sancti Johannis Baptistae praecursoris Domini de civitate Emessa sit delatum, quod est VIII kalendas octobris (fol. 131v-137v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Jun., tom. IV, p. 716-18 (*Duo monachi...*) et p. 724-28 (*Apparuit ter beatissimus...*), quae posterior pars mutila desinit in num. 156.

DCCLIX. Codex signatus num. 18299.

Olim coenobii Sancti Arnulphi Crispiniacensis (fol. 2r), deinde Sancti Martini a Campis 107.

Foliorum 137, min. (0m,20×0,14), lineis plenis, exaratus saec. XI in.

1° Vita sancti Johannis Alexandrinae civitatis episcopi, magni elemosynarii (fol. 1r-70r).

Auctore Leontio, interprete Anastasio, ed. P. L., tom. LXXIII, p. 337-84.

2° Vita sanctae Euphrosynae virginis (fol. 71r-84v).*

3° Vita sanctae Mariae Aegyptiacae (fol. 84v-107r).*

4° Vita brevis sanctae Mariae Magdalenae (fol. 107v-109v).*

Cum prologo, sed sine additamentis. Omm. etiam duae ultimae sententiae (*Femina enim nulla...*)

5° Vita sancti Medardi episcopi et confessoris (fol. 110r-133v).

Ed. sub nomine Fortunati ap. Joannem a Bosco, *Bibl. Floriac.*, part. II, p. 113-35.

DCCLX. Codex signatus num. 18300.

Olim Sancti Martini a Campis 144.

Foliorum 130, min. (0m,215×0,14), lineis plenis, exaratus saec. XI.

1° [Passio sancti Dionysii] (fol. 1r-32v).*

Auctore Hilduino.

2° Vita beatae Baltildis reginae, quae fuit de parti-

bus transmarinis, edita genere regali, [a] Saxonibus Galliae data (fol. 32v-49v).*

3° Passio sancti Lantberti episcopi et martyris (fol. 49v-64v).

Auctore Godescalco, ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Sept., tom. V, p. 574-80. Om. prologus.

4° Vita sancti Gaugerici episcopi (fol. 64v-71v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Aug., tom. II, p. 672-75. Desinit in verbis *appositus est ad patres suos* (num. 14 in.).

5° Passio sanctorum martyrum Abdon et Sennen cum sociis eorum (fol. 71r-75v).*

Acta prolixiora.

6° Vita sancti Ermini episcopi et confessoris (fol. 75v-79v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 April., tom. III, p. 375-76; sed, avulsis foliis, desinit mutila in verbis *qui cum introisset, ille de*[*cantabat hunc psalmum*] (num. 8 med.).

7° [Vita sancti Ursmari] (fol. 80r-86v).

Ed. ibid., ad d. 18 April., tom. II, p. 560-62. Acephala inc. *pervenire non potuit. Tunc demum mulier ad se reversa ilico cognovit veraciter haec omnia suum figurare filium* (num. 2 med.).

8° Passio sancti Sanctini (fol. 86r-89r).

Ed. ibid., ad d. 11 Oct., tom. V, p. 387-88. Inc. a num. 9 : *Sanctus Areopagites Dionysius...*

9° Passio sanctorum Cosmae et Damiani (fol. 89r-97r).*

10° Passio sancti Desiderii episcopi et martyris urbis Lingonicae, x kalendas junii (fol. 97r-99v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Maii, tom. V, p. 244-45.

11° Vita vel passio sanctae Eugeniae virginis (fol. 100r-121r).*

12° Passio sanctae Margaritae virginis (fol. 121v-131v).*

DCCLXI. Codex signatus num. 18301.

Olim *Jacobins de la rue Saint-Honoré* 60.

Foliorum 16, min. (0m,17×0,137), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° Passio sancti Ignatii martyris, discipuli beati Johannis evangelistae (fol. 1r-8v).*

2° Passio sanctae Anastasiae virginis (fol. 9r-16v).*

Praemissis scilicet Passionibus S. Chrysogoni (cum prologo) et SS. Chioniae. Irenes et Agapes.

DCCLXII. Codex signatus num. 18302.

Olim Sancti Martini a Campis 148.

Foliorum 124, min. (0m,225×0,155), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° Vita sancti Nicholai pontificis et confessoris (fol. 1r-56r).*

2° Inventio sanctae crucis (fol. 57r-67v).*

Inc. *Perrexit beata Helena...* (num. 3).

3° Passio decem milia martyrum (fol. 67v-87v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jun., tom. IV, p. 182-87. Versus qui leguntur ibidem in fine p. 187, paulo aliter traduntur in codice, ita scilicet:

Mox etenim Dominus praemisso lumine caeli
Affuit angelicis stipatus rite choreis,
Sanctorum medio praestans in vertice montis.
Laetantur sancti tanto solamine septi.
Quorum dat caelis animas et corpora terris.
Rursus mons fremuit, concussus funditus omnis,
Et stipite fixa mox corpora sancta resolvit.
Angelicis manibus sinuatur terra sepulcris,
Et cuncti propriis conduntur monte locellis.
Jam retinent regnum nunc, te duce, Christe, supernum.

4° De inventione capitis atque translatione corporis sancti Johannis Baptistae (fol. 91r-100v).

Fabula Angeriacensium, ed. ibid., ad d. 24 Jun., tom. IV, p. 757-59.

5° Passio sancti Matthaei apostoli et evangelistae (fol. 101r-107v).*

DCCLXIII. Codex signatus num. 18303.

Olim coenobii Sancti Arnulphi Crispiniacensis (fol. 2r), deinde Sancti Martini a Campis 85.

Foliorum 87, min. (0m,24×0,185), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° Vita [sancti] Nicholai praesulis almi (fol. 2v-78v).*

Omm. capp. 14-16a. In fine add. clausula *Laetemur ergo in Domino...* (ap. Carminium, p. 126, cap. 15 in nota).

2° [Miracula sancti Nicolai] (fol. 79r-84r).

Ed. ex cod. Namurc. 15, *Anal. Boll.*, tom. II, p. 151-56.

3° Quomodo sacratissimum corpus ejus translatum sit a Myrrea civitate in Barensi urbe (fol. 84v-89v).

Ed. ap. Nic. Falconium Carminium, p. 131-39. Om. prologus, et multa, quin pleraque quae ad substantiam narrationis non pertinent, suppressa sunt.

DCCLXIV. Codex signatus num. 18304.

Olim coenobii Sancti Arnulphi Crispiniacensis, deinde Sancti Martini a Campis 109.

Foliorum 140, min. (0m,245×0,15), lineis plenis, exaratus saec. XI.

1° Vita beati Maioli abbatis (fol. 2r-42r).

Auctoribus Syro et Aldebaldo, ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Maii, tom. II, p. 668-84. Praemissa est (fol. 1r-2r) *Epistola domni Syri ad domnum Odilonem abbatem directa*, ed. P. L., tom. CXXXVII, p. 745.

2° [Miracula sancti Maioli] (fol. 42v-44v).

Ed. *Act. SS.*, tom. cit., p. 694, num. 25-30 et p. 695, num. 3.

3° Vita sancti Maioli, quem * composuit piissimus pater noster beatus Odilo abbas (fol. 45r-57r). * *sic.*

Ed. ibid., p. 685-90. Om. prologus.

4° De miraculis quos * fecit Dominus post discessum sancti Maioli in villa Silviniaca (fol. 57r-72v). * *sic.*

Ed. ibid., p. 690-700. Omm. lib. I numm. 25-30 (num. 24 alia manu in fine additus est), lib. II vero descripti sunt solummodo numm. 1, 2, 4, 6, 7 et 12.

5° Vita beatissimi Odilonis [abbatis Cluniacensis] (fol. 73r-124r).

Auctore Iotsaldo, ed. P. L., tom. CXLII, p. 897-940.

6° Planctus ejusdem [Iotsaldi] monachi de transitu domni Odilonis abbatis (fol. 124v-129v).

Omnino sicut in cod. 2627 (supra, tom. I, p. 142, 3° et 4°).

DCCLXV. Codex signatus num. 18305.

Olim Sancti Martini a Campis 115.

Foliorum 110 (quorum ultima, 103-110, magna ex parte humore exesa sunt), min. (0m,18×0,105), lineis plenis, exaratus saec. XI.

1° Passio sanctae Theodosiae virginis (fol. 2v-26v).*

Non paucis lectionibus variantibus.

2° Vita sancti ac beatissimi Gregorii papae urbis Romae (fol. 26v-56v).*

Auctore anonymo.

3° Passio beati Praejecti episcopi et martyris (fol. 57r-62r).*

Om. prologus.

4° Passio sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii (fol. 62r-62v).*

Pauca summatim excerpta ex Vitae adscriptae Fortunato cap. 3. Fine mutila.

5° Passio sancti Valentini Interamnensis episcopi, XVI kalendas martias (fol. 63r-66v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Febr., tom. II, p. 756-57.

6° [Translatio sancti Benedicti in Galliam] (fol. 67r-75v).*

7° [Miracula sancti Benedicti] (fol. 75v-110v).

Auctore Adrevaldo, ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Mart., tom. III, p. 305-11 (quae autem ibi praetermissa sunt post prologum, ed. *Mon. Germ.*, tom. XV, p. 478-85, n. 1-18). Mutilus scilicet desinit cod. in verbis *a fideli plebe venerabantur*. *Religatur* (p. 315, num. 14 med.).

DCCLXVI. Codex signatus num. 18306.

Olim Sancti Martini a Campis 83.

Foliorum 8, min. (0m,255×0,185), lineis plenis, exaratus saec. X. Totum codicem complet

Vita beati Odonis abbatis.

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. V, p. 150-86; sed in cod. ultimis foliis abscissis, mutila desinit in verbis *in quo aut per se non issent aut* (lib. I, num. 22 med.).

DCCLXVII. Codex signatus num. 18307.

Olim Sancti Martini a Campis 149.

Foliorum 90 (praeter insiticium in capite), min. (0m,245×0.165), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° Vita beati Hugonis abbatis [Cluniacensis] (fol. 1r-22v).

Auctore Hildeberto, ed. *Act. SS.*, ad d. 29 April., tom. III, p. 634-48. Omm. epistola dedicatoria, et, deficiente folio, quaedam a num. 9 med. (post verba *donari mereretur*, *destinatis apicibus*) ad num. 11 med.

2° [Alia vita beati Hugonis abbatis] (fol. 22v-30v).

Auctore Hugone monacho, ed. ap. Marrier-Duchesne, *Bibl. Clun.*, p. 438-48.

3° Publica Theophili paenitentiae satisfactio... (fol. 52r-58v).*

4° Vita et miracula sancti patris nostris Basilii Cappadociae archiepiscopi (fol. 59r-76r).*

5° Vita sancti Simeonis monachi (fol. 76r-79r).

Magis accedit ad versionem ed. *Act. SS.*, ad d. 5 Jan., tom. I, p. 269-74, multis tamen variantibus.

6° Vita sancti Hilarii episcopi Pictavensis (fol. 79r-82r).*

DCCLXVIII. Codex signatus num. 18308.

Olim ecclesiae B. M. V. Pontiniacensis (fol. 165v), deinde Fuliensium 61.
Foliorum 165, min. (0m,23×0,17), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

1° Vita sancti Willermi Bituricensis episcopi (fol. 1r-5v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Jan., tom. I, p. 656-58.

2° Miracula sancti Willermi Bituricensis archiepiscopi (fol. 5v-18r).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. III, p. 326-50, num. 51-67.

3° Vita sanctae Brigidae virginis, cujus transitus celebratur kalendas februarii (fol. 18v-28).*

Om. prologus.

4° Passio sancti Ignatii episcopi et martyris Antiocheni (fol. 29r-36v).*

Ante num. 30 inserta sunt ea quae de sancto martyre refert Eusebius, *Hist. eccl.*, lib. III, cap. 36.

5° Epistola sancti Cypriani episcopi de Celerino lectore ad plebem, cujus natalis celebratur III nonas februarii (fol. 36v-38r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Febr., tom. I, p. 324-25, num. 19-23.

6° Eodem die, passio sancti Tryphonis (fol. 38r-47r).

Ed. supra ex cod. 3788 (tom. I, p. 284-92). Nonnulla hic addita vel fusius enarrata sunt.

7° Passio sancti Phileae episcopi, cujus natalis recolitur II nonas februarii (fol. 47r-55v).

Ut in cod. 3297 (tom. II, p. 11, 2°).

8° Passio sanctae Agathae virginis et martyris, nonas februarii celebranda (fol. 55v-60v).*

Multis lectionibus variantibus.

9° Vita sancti Amandi... [et alia de eodem documenta] (fol. 61r-92v).

Omnino ut in cod. 3297 (tom. II, p. 179), 4°-6°.

10° Vita sancti Vedasti... [et alia de eodem documenta] (fol. 92v-112r).

Ut ibid., 7°-9°.

11° [De sancto Antoliano] (fol. 112r-112v).

Ut ibid., 10°.

12° Passio sanctae Dorotheae... (fol. 112v-118r).

Ut ibid., 11°.

13° Vita sancti Severini abbatis... (fol. 118r-123v).

Ut ibid., 12°.

14° Vita sanctae Euphrasiae... (fol. 123v-138v).

Ut ibid., 13°.

15° Confessiones et actus [sanctorum] martyrum Saturnini presbyteri... (fol. 138v-149r).

Ut ibid., 14°.

16° Passio sancti Valentini episcopi... (fol. 149v-152v).

Ut ibid., 15°.

17° Passio sancti Blasii... (fol. 152v-157r).

Ut ibid., 16°.

18° Passio sanctae Julianae virginis... (fol. 157r-162v)

Ut ibid., 18°.

19° Vita sanctae Barbarae virginis et martyris (fol. 163r-165v).*

DCCLXIX. Codex signatus num. 18309.

Olim *Jacobins de la rue Saint-Honoré* 65.

Foliorum 261, min. (0m,15×0,083), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Vita et passio [ac miracula] sancti Petri martyris de ordine Praedicatorum, edita a domno [Thoma de Lentino] patriarcha Hierosolymitano (fol. 1r-54v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 April., tom. III, p. 686-719. Omm. prologus alter, index capitulorum, et numm. 6, 7-11, 13-29, 36, 37, 44, et non pauca inter miracula; nonnulla etiam alio ordine disposita sunt.

2° Vita beatissimae Margaretae virginis et martyris (fol. 139v-156r).*

3° Decollatio sive finalis passio sanctae Catherinae virginis et martyris (fol. 168v-171v).*

Scilicet num. 39-41.

4° Vita sancti Dominici primi patris ordinis Fratrum Praedicatorum (fol. 173r-209v).

Compilata a B. Humberto, de qua cfr. *Act. SS.*, ad d. 4 Aug., tom. I, p. 60, n. 14.

5° [Miracula sancti Dominici] (fol. 219v-256r).

Ed. *Act. SS.*, tom. cit., p. 609-14, num. 280-291; p. 617-19, num. 324-337; et p. 648-55 (Miracula apud Rothomagum).

6° Canonizatio beati Dominici, patris ordinis Praedicatorum, a papa Gregorio nono facta (fol. 256v-260v).

Ed. ibid., p. 624-25.

DCCLXX. Codex signatus num. 18311.

Olim, ut videtur, Corbeiensis (1), vel forte Sancti Medardi Suessionensis [illegible] deinde Antonii Loysel, postea Claudii Joly, a quo donatus est ecclesiae N. D. Parisiensi anno 1680, postea *Notre-Dame* 237.

Foliorum 171, min. (0m,18×0,12), lineis plenis, exaratus saec. X.

1° Passio sancti ac beatissimi Sebastiani martyris et sociorum ejus, qui passi sunt XIII kalendas februarias (fol. 2r-80r).*

2° [De translatione sanctorum Sebastiani et [illegible] in monasterium Sancti Medardi Suessionensis [illegible] 81r-169r).

Auctore Odilone monacho Sancti Medardi, ed. ap. Mabillon, Act. SS. [illegible] IV, part. II, p. 385-410, et inde P. L., tom. CXXXII, p. 3[illegible]

[illegible] Delisle, *Le Cabinet des Manuscrits*, tom. II, p. 1[illegible]

[illegible] p. 408.

DCCLXXI. Codex signatus num. 18312.

Olim *Notre-Dame* 239.

Foliorum 129, min. (0^m,20×0,15), lineis plenis, exaratus saec. IX.

1° [Sulpicii Severi scripta de S. Martino] (fol. 1^r-113^v).*

Folio primo avulso, deest prior pars epistolae praefatoriae. Deest, ut in plerisque aliis codicibus, Dialogii II num. 14 pars prior. Vitae et singulis dialogis praefixus est index capitulorum.

2° [Inscriptiones de S. Martino] (fol. 113^v-118^v).*

Cum descriptione basilicae.

3° Vita sancti ac beatissimi Briccii episcopi et confessoris (fol. 120^r-122^v).*

4° [Excerpta ex Gregorio Turonensi de gloria postuma S. Martini] (fol. 123^r-129^r).*

DCCLXXII. Codex signatus num. 18313.

Olim *Jacobins de la rue Saint-Honoré* 62.

Foliorum 108 (praeter insiticium unum in capite; sed praetermissus est in serie foliorum notanda numerus 39), min. (0^m,195×0,13), lineis plenis, exaratus extr. saec. XII.

1° [Sulpicii Severi scripta de S. Martino] (fol. 1^r-53^v).*

Inserta sunt (fol. 17^v-21^r) *Excerpta ex Gregorio Turonensi de gloria postuma S. Martini* (praeter caput ult.) et his intermixta Sulpicii Severi epistola ad Aurelium diaconum, huc suo loco mota. Dialogi II cap. 14 fere totum deest. Index capitulorum descriptus est ad calcem codicis (fol. 107^r-108^v).

2° [Libri quattuor] miraculorum beatissimi Martini episcopi (fol. 53^v-107^r).*

Auctore Gregorio Turonensi.

DCCLXXIII. Codex signatus num. 18314.

Olim conventus de Donnagall in Hibernia (fol. 3r), deinde conventus Franciscanorum Parisiis, postea *Cordeliers* 143.

Foliorum 101, min. (0m,145×0,95), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Totum codicem (a fol. 3) complet

Jocelini monachi de Furnesio [liber de] vita sancti Patricii archiepiscopi et Hiberniae primatis et apostoli.

Ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Mart., tom. II, p. 540-80.

DCCLXXIV. Codex signatus num. 18315.

Olim Corbeiensis (fol. 31v), deinde *Notre-Dame* 101bis.

Foliorum 31, min. (0m,245×0,195), lineis plenis, exaratus saec. VIII.

Totum codicum complet

Vita sancti ac beatissimi Wandrigisili abbatis (fol. 1-31).

Ed. ex hoc cod. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 526-34.

DCCLXXV. Codex signatus num. 18316.

Olim *Jacobins de la rue Saint-Honoré* 54.

Foliorum 51, min. (0m,20×0,138), lineis plenis, exaratus saec. XV.

1° Vita beatissimi Aegidii abbatis (fol. 1r-34v).*

Om. prologus.

2° Legenda divi Lupi archiepiscopi Senonensis (fol. 35r-51r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Sept., tom. I, p. 253-64. Omm. prologus et numm. 26, 27.

DCCLXXVI. Codex signatus num. 18317.

Olim Fratrum Minorum conventus Parisiensis, *ex dono D. Domini Le Clerc, S. Facultatis theologiae licentiati, ecclesiae collegiatae Parisiensis Sancti Nicolai praepositi*, inde *Récollets* 8.

Foliorum 106 (praeter tria insiticia in calce), min. (0m,155×0,095), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Totum codicem complet

Vita sancti Francisci.

Auctore S. Bonaventura, ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Oct., tom. II, p. 742-83, omisso scilicet in codice cap. XVI.

DCCLXXVII. Codex signatus num. 18318.

Chartaceus, foliorum 16, min. (0m,196×0,138), lineis plenis, exaratus saec. XV.

1° Liber de virtutibus sancti Cuthberti Lindisfarnensis ecclesiae episcopi (fol. 1r-15v).

Ed. P. L., tom. XCIV, p. 575-96.

2° Vita divi Rochi confessoris compendiosa (fol. 15v-16v).

Inc. *Optime divorum, salve, suavissime Roche,*
Atque iterum salve, te resaluto libens.
Si modo me graii nutrisset vena poetae,
Possem quid decoris promere jamque tuis.

DCCLXXVIII. Codex signatus num. 18319.

Olim *Notre-Dame* 103.

Foliorum 15, min. (0m,26×0,187), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Codicem complet

Vita beatissimi Renati Andegavensis episcopi.

De qua non pauca ediderunt decessores nostri ad d. 6 Oct., tom. III, p. 382 sqq., num. 6 sqq.

Inc. *Andegavensis territorii matrona Possiacensis pernobilis, nexa vinculo conjugali...*

DCCLXXIX. Codex signatus num. 18324.

Olim *Jacobins de la rue Saint-Honoré* 64.

Paginarum 343 (sed avulsae sunt pagg. 222, 223, 244, 245, 316, 317), min. (0m,125×0,09), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1° Libri v de vitis fratrum ordinis Praedicatorum p. 1-211).

Auctore F. Gerardo de Fracheto Lemovicensi, ed. Duaci an. 1619, apud Balt. Belleri, in-8°.

2° Vita sancti patris nostri Dominici per Fr. Constantinum (p. 225-46).

Ed. ex hoc cod. ap. Quétif et Echard, *Script. Ord. Praed.*, tom. I, p. 25-37.

DCCLXXX. Codex signatus num. 18332.

Olim Radulphi Amari, dein Seminarii Missionum extranearum 330.

Foliorum 69 (praeter insiticium in capite), min. (0m,215×0,15), lineis plenis, exaratus saec. XV.

1o Gesta Karoli Magni quantum ad destructionem Carcassonae et Narbonae et ad constructionem monasterii Crassensis (fol. 2r-43v).

Ed. Ciampi (sub hoc ipso titulo) Florentiae, 1823.

2° Gesta [Caroli Magni et] Rotolandi, a beato Turpino archiepiscopo Remensi edita (fol. 44r-69v).*

DCCLXXXI. Codex signatus num. 18335.

Olim *Navarre* 77.

Foliorum 60, min. (0m,245×0,152), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

Codicem complet liber

De vita et sancta conversatione piae memoriae Ludovici, quondam regis Francorum.

Auctore Gaufrido de Bello-loco, ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Aug., tom. V, p. 541-58.

DCCLXXXII. Codex signatus inter Noviter Acquisitos lat. num. 217.

Olim (saltem ex parte) coenobii Saviniacensis (fol. insitic. v°).

Paginarum 257, constans diversorum codicum laciniis; pars hagiologica min. (0m,184×0,124), lineis plenis, exarata saec. XIII, nempe

De miraculis quae acciderunt die translationis sanctorum Savigniacensium, videlicet beati Vitalis primi abbatis Savigniacensis, Gaufridi secundi abbatis, Hamonis monachi, Petri Abrincensis monachi, Guillelmi, cognomento Niobe, novitii Savigniacensis (pag. 1-78).

Ed. ex hoc cod. *Rec. des Hist. de Fr.*, tom. XXIII, p. 587-605; sed editor ea consulto omisit quae nihil conferebant ad rem historicam.

DCCLXXXIII. Codex signatus Nov. Acq. num. 235.

Olim coenobii Sancti Dominici de Silos in Hispania.

Foliorum 230, med. (0m,23×0,165), lineis plenis, exaratus saec. XI, scriptura wisigothica.

1° Exaltatio sanctae crucis (fol. 202r-207r).*

2° Beati Drictelmi monachi vita (207r-214v).

Ed. P. L., tom. XCV, p. 247-52.

3° De adventu et de exceptione corporis sanctissimi confessoris Christi Benedicti (fol. 216v-225v).*

DCCLXXXIV. Codex signatus N. A. num. 239.

Olim coenobii Sancti Dominici de Silos.

Foliorum 83, min. (0m,23 et 0,20×0,15), lineis plenis, exaratus saec. X-XI, scriptura wisigothica.

1° Vita vel transitus beatissimae sanctae Segulinae

confessoris Christi, sub die VIIII kalendas a[u]gustas (fol. 47v-67v).

Quam expolitam, ut videtur, exhibet Vita ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Jul., tom. V, p. 630-37. Itaque textus qui legitur in cod. non paulo antiquior videtur, eumque proinde hic edendum duximus. Sed cum in hoc codice, nonnullis foliis avulsis, mutilus sit fine et idem integer legatur in cod. 2179, illum in Appendice ad hunc posteriorem codicem ex utroque exhibebimus.

2° Vita vel passio sancti Pelagii martyris, qui passus est Cordoba civitate sub Abderraheman praeside, die VI kalendas julias (fol. 74r-79v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Jun., tom. V, p. 206-8; avulsis foliis desiderantur in cod. major pars num. 2, numm. 3, 4, et major item pars num. 5.

DCCLXXXV. Codex signatus N. A. num. 241.

Foliorum 223 (praeter insiticia quatuor in capite, et unum ad calcem), min. (0m,21×0,18), lineis plenis, exaratus saec. XI.

sic. Paulini Petrecorcordiae de vita sancti Martini episcopi versibus (fol. 203r-221v).

Scilicet liber primus, secundus et pars tertii (usque ad versum *et stirpem exosam prima ab radice recidens*), ed. P. L., tom. LXI, p. 1010-34.

DCCLXXXVI. Codex signatus N. A. num. 263.

Olim ut videtur, coenobii Altimontensis.

Foliorum 41, med. (0m,225×0,155), lineis plenis, exaratus saec. XI-XII.

Totum codicem complet

Vita sanctissimi confessoris Christi Vincentii [Madelgarii] (1).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Jul., tom. III, p. 639-82. Mutila desinit in miraculo enarrato p. 679, num. 7.

(1) Initium Vitae legitur fol. 3r; ea vero quae descripta sunt fol. 2 inserenda sunt fol. 29r.

DCCLXXXVII. Codex signatus N. A. num. 264.

Olim coenobii Altimontensis.

Foliorum 175, min. (0m,210×0,135), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° De sanctitate meritorum et gloria miraculorum beati Karoli Magni (fol. 64r-103v).

Ed. Kaentzler, 1874.

2° [Vita Caroli Magni] (fol. 104r-115r).*

Auctore Einhardo.

3° [Vita beati Odonis episcopi Cameracensis] (fol. 132v-134r).

Ed. ex hoc codice ap. C. De Smedt, *Gestes des évêques de Cambrai de 1092 à 1138* (Paris, 1880), p. 109-12, et *Mon. Germ.*, tom. XIV, p. 210-11.

DCCLXXXVIII. Codex signatus N. A. num. 310.

Olim, ut videtur, coenobii Sancti Victoris apud Parisios, deinde Ambrosii Didot,

Foliorum 228, min. (0m,23×0,155), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° Gesta Karoli imperatoris (fol. 143r-155r).*

Auctore Einhardo.

2° [De virtutibus Caroli Magni] (fol. 155r-164v).

Auctore monacho San-Gallensi, ed. *Mon. Germ.* tom. II, p. 732-47; sed in cod. leguntur tantummodo libri primi numm. 1-33.

DCCLXXXIX. Codex signatus N. A. num. 311.

Olim « monasterii Sancti Petri Vivi Senonensis, Congregationis Sancti Mauri » (pag. 1), deinde Ambrosii Didot.

Paginarum 144, min. (0m,207×0,14), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1° Libellus editus super reliquiis sanctorum et sanctarum quae in monasterio sancti Petri Vivi Senonensis continentur, et quomodo translatae seu

donatae fuerunt, et de fundatione dicti monasterii (pag. 1-97).

Auctore Gaufrido de Calone, ineditus. Cujus ut aliquam notitiam accipiat lector, capitulorum indicem hic exhibemus. Vid. infra, Append.

2° Passio beatae Venerae virginis et martyris (pag. 101-111).

Acta, ut videtur, fabulosa, sanctae martyris quae sub nomine Venerandae ab aliquibus recolenda dicitur die 14 novembris.

Inc. *In diebus illis fuit quidam vir in civitate Niveria, nomine Agathon, et uxor ejus, nomine Polliciana. Erant enim justi ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis et justificationibus Domini sine querela, et tamen non erat eis filius, eo quod essent steriles.*

Haec Passio praebet lectiones legendas in festo die sanctae virginis, cujus inde a p. 98 totum officium notis musicis signatum exhibetur.

Appendix ad cod. N. A. 311.

Index capitulorum libelli de reliquiis in coenobio Sancti Petri Vivi asservatis (Cfr. supra, 1°).

Hae sunt rubricae reliquiarum monasterii sancti Petri Vivi Senonensis et quarundam materiarum libello praesentis opusculi, conscriptarum anno Domini m°ec nonagesimo tertio. 5

De summa Trinitate.
De adventu Domini.
De annuntiatione et incarnatione Domini.
De nativitate Domini.
De pane cenae Domini. 10
De cruce Domini.
De tunica Domini et Pilato.
De spongia Domini.
De lancea Domini et Longino.
De sindone Domini. 15
De sepulcro et resurrectione Domini.
De nativitate beatae Dei genitricis Mariae.
De assumptione ejusdem.
De vestimentis ejusdem.
De capillis ejusdem. 20
De lacte ejusdem.

Narratio de angelis.
De majore altare a Deo et angelis dedicato.
De quibusdam revelationibus et miraculis CIX circa altare factis.
Narratio de prophetis et sancto Johanne Baptista.
5 De vestimentis sancti Johannis Baptistae.
De digitis ejusdem.
De ossibus Simeonis justi.
Narratio de sancto Petro apostolo et de ceteris apostolis et evangelistis.
De barba, vestimentis, cruce atque palma beati Petri apostoli.
10 De capsa apostolorum.
De sancto Paulo apostolo.
De sancto Andrea.
De sanctis Jacobo et Johanne fratribus.
De sancto Thoma apostolo.
15 De sanctis Jacobo et Philippo.
De sancto Bartholomaeo.
De sancto Matthaeo apostolo et evangelista.
De sanctis Simone et Juda.
De sancto Mathia apostolo et de morte Judae proditoris.
20 De sancto Barnaba.
De sancto Luca evangelista.
De sancto Marco evangelista et de processione instituta a beato Gregorio.
Narratio de discipulis Domini septuaginta duobus.
Quomodo corpus sancti Saviniani translatum fuit in monasterium Sancti Petri
25 Vivi, et de santo Victorino hospite suo, et de quodam filio dicti Victorini.
De sudario et cineribus sancti Saviniani.
De corpore sancti Potentiani.
De corpore sancti Altini Salvatoris discipuli.
Narratio de Innocentibus.
30 De corporibus IX Innocentum quae habemus.
Narratio de martyribus.
De lapide cum quo beatus Stephanus protomartyr lapidatus fuit et de sanguine ejus.
De corpore sancti Eodaldi martyris.
35 De corpore sancti Serotini martyris et levitae.
De sancto Victorino hospite sancti Saviniani et de filio [ejus].
De sanctis martyribus Sanctiano et Augustino.
De sanctis Felice et Auberto martyribus.
De reliquiis sancti Laurentii.
40 De sancto Vincentio.
De reliquiis sanctorum Fabiani et Sebastiani martyrum.
De reliquiis sancti Georgii.

De reliquiis sancti Christophori.
De unguento sanctorum Cosmae et Damiani.
Narratio de confessoribus.
De capite sancti Gregorii.
De reliquiis beati Hilarii. 5
De reliquiis beati Martini.
De corpore sancti Ebbonis.
De infula ipsius.
De corpore sancti Leonis.
De corpore sancti Ursicini. 10
De corpore sancti Agricii.
De corpore sancti Ambrosii.
De reliquiis sancti Lupi.
De reliquiis sancti Eligii.
De dimidio dente sancti Nicholai. 15
De dente sancti Marii.
De osse sancti Benedicti.
De brachio sancti Leonardi.
Narratio de virginibus.
De reliquiis sanctae Mariae Magdalenae. 20
De digitis sanctae Columbae virginis.
De corpore sanctae Beatae virginis.
De beata Theodechilde virgine et fundatione monasterii Sancti Petri Vivi.
De Basolo duce et monacho hujus loci.
De majore altari et ceteris altaribus. 25
De reliquiis a sancto Felice impetratis.
De primo abbate monasterii istius, Amalberto nomine, et de morte Basoli ducis et monachi.
Epitaphium dicti Basoli.
De morte et sepultura sanctae Theodechildis virginis. 30
Epitaphium ipsius virginis.
De nominibus abbatum monasterii Sancti Petri Vivi et de actibus et sepulturis quorundam ipsorum.
De nominibus archiepiscoporum Senonensium et de actibus et sepulturis quorundam ipsorum. 35
De nominibus regum Francorum et de actibus et sepulturis quorundam ipsorum.

DCCXC. Codex signatus N. A. num. 357.

Foliorum 48, min. (0m,15×0,108), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1° [Miracula aliquot beatae Mariae Virginis] (fol. 1r-32r).

Primum est *De quadam imperatrice, cujus castitatem Beata Virgo a violentia servorum eripuit*, ultimum *De quodam rustico erepto ab inferno.*

2° De duobus pueris consimilibus Amico et Amelio (fol. 33r-43v).

Ed. ap. Mombritium, tom. I, fol. 31r-33r.

3° Exempla quae proposuit Barlaam et Josaphat (fol. 43v-47r).*

Excerpta ex legenda SS. Barlaam et Josaphat.

DCCXCI. Codex signatus N. A. num. 364.

Chartaceus, foliorum 196, min. (0m,21×0,135), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

Liber illustrium virorum sacerrimi ordinis Cisterciensis domni Conradi monachi (fol. 2r-168v).

Scilicet *Exordium Magnum Cisterciense*, ed. P. L., tom. CLXXXV, p. 995 sqq.

DCCXCII. Codex signatus A. N. num. 369.

Foliorum 230, min. (0m,262×0,19), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° [Translatio sancti Benedicti] (fol. 134r-136v).

Ed. ap. Joannem a Bosco, *Bibl. Flor.*, p. 31-37, scilicet cap. XIV-XVII libri primi Adrevaldi Floriacensis. Initium capitis XIV paucioribus sententiis contractum est.

2° [Gesta Caroli Magni] (fol. 140v-169v).*

Auctore Turpino. Deest epistola dedicatoria ad Leoprandum.

3° Liber miraculorum [B. M. V.] Suessionensium (fol. 169v-223v).

Ed. P. L., tom. CLXXIX, p. 1777 sqq. Non omnia tamen traduntur in codice, sed eorum loco plura alia.

4° Qualiter vultus Domini de Hierosolymis ad Lucanam civitatem sit delatus (fol. 223v-227v).

Ed. in *Memorie e documenti per servire all' istoria di Lucca*, tom. V (1844), p. 53-56, not.

DCCXCIII. Codex signatus N. A. num. 372.

Olim « Liber S. Salvatoris Eihamensis Ecclesiae ».

Foliorum 68, min. (0m,26×0,185), columnis binis, exaratus saec. XII.

Vita sancti Bernardi Claraevallensis [fol. 43v-66v].*

Num. 3 init. legitur in cod. *Bernardus Castellion Burgundiae oppido oriundus fuit*. Foliis avulsis, desiderantur multa, post verba...*et non parturies* (num. 67 extr.), usque ad verba *et ob maximas difficultates occurrentes* (num. 249 p. m.).

Sequuntur duo epitaphia metrica S. Bernardi.

DCCXCIV. Codex signatus N. A. num. 453.

Foliorum 122, min. (0m,215×0,20, fol. 1-32; reliqua, 0m,223×0,195), lineis plenis, exaratus in. saec. XII.

1° Passio sancti Chrodogandi episcopi (fol. 1r-4v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Sept., tom. I, p. 768-69.

2° Vita et miracula sancti patris nostri Basilii archiepiscopi Cappadociae (fol. 5r-31v).*

3° Sermo [in] dedicatio[ne] basilicae sancti Michaelis archa[n]geli in monte Gargano, quod est III kalendas octobris (fol. 32r-34v).*

4° Passio sanctorum apostolorum Judae Jacobi et Simonis Chananaei, quod est V kalendas novembris (fol. 34v-43r).*

5° Passio sanctae Caeciliae virginis (fol. 45v-47v).*

Initium Passionis.

6° Passio sancti Jacobi apostoli, fratris Domini, [quae] celebratur kalendas maii (fol. 48r-48v).*

Inc. *Jacobo apostolo praesidente cathedram ecclesiae Hierosolymorum...*

7° Vita sancti Philippi apostoli, kalendas maii (fol. 48v-50r).*

8° Obitus sancti Marci evangelistae, quod est VII kalendas [maii] (fol. 50r-51v).

Praemisso ex parte prologo ed. supra, tom. I, p. 272, 17°, annexa sunt nonnulla ex Eusebii *Hist. eccl.*, interprete Rufino, lib. II, capp. 14, 15.

9° Obitus sancti ac beatissimi Lucae evangelistae, XV kalendas novembris (fol. 51v-52v).

Brevissima notitia de scriptis beati evangelistae.

10° Passio sanctorum Johannis et Pauli, VI kalendas julias (fol. 52v-54r).*

11° Passio sancti Symphoriani, XI kalendas septembris (fol. 54r-56v).

Ed. P. L., tom. V, p. 1463-68. Desinit ut indicatur ibid., p. 1467, not. 31.

12° Passio sancti Hippolyti, idus augusti (fol. 56v-58r).*

13° Passio sancti Dionysii episcopi et martyris, VII idus octobris (fol. 58r-61r).*

Adscripta Fortunato. Om. prologus.

14° Passio sancti Quintini martyris, II kalendas novembris (fol. 61r-66r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Oct., tom. XIII, p. 781-786. Praefixus est prologus ed. ibid., p. 783, ann. *b*.

15° Passio sancti Mauritii cum sociis suis, X kalendas octobris (fol. 66r-69r).*

16° Passio sancii Sebastiani martyris, XIII kalendas februarii (fol. 69r-71v).*

Initium.

17° Vita sancti et beatissimi martyris Christi Christophoris* (fol. 72r-76v).* * *sic.*

18° Passio sancti Andreae apostoli, quod est II kalendas decembris (fol. 76v-81r).*

19° Passio sancti Thomae apostoli, quod est XII kalendas januarii (fol. 81r-83r).

Fragmenta desumpta ex Miraculis Thomae, ed. ap. Max. Bonnet, p. 96 sqq.

20° VI kalendas januarii, adsumptio sancti Johannis apostoli et evangelistae (fol. 83v-92v).*

21° Passio [sanctorum] apostolorum Petri et Pauli, quod est III kalendas julii (fol. 92v-102v).*

Auctore Pseudo-Marcello.

22° Passio sancti Jacobi apostoli, fratris Johannis, quod est VIII kalendas augusti (fol. 102v-107r).*

23° Passio sancti Sixti episcopi et Laurentii archidiaconi (fol. 107r-110r).*

24° Passio beati Laurentii martyrii (fol. 110r-114v).*

25° Transitus sanctae ac gloriosae virginis Mariae genitricis Dei, quod est XVIII kalendas septembris (fol. 114v-120r).

Epistola Pseudo-Melitonis, ed. P. G., tom. V, p. 1231-40.

DCCXCV. Codex signatus N. A. num. 1153.

Olim « conventus Sanctorum Cosmae et Damiani Mediolani, fratrum eremitarum discalceatorum Sancti Augustini, ex dono illustrissimi Domini Aloysii ab Ecclesia » (fol. 1r).

Chartaceus, foliorum 165, med. (0m,275×0,20), lineis plenis, exaratus saec. XV.

[Vita beatae Mariae Virginis] (fol. 49r-105r).

Consarcinatio quaedam ex Epiphanio et S. Joanne Damasceno.

Sequitur (fol. 105v-107r) notitia qua indicantur *Corpora sanctorum in civitate Mediolani jacentia.*

DCCXCVI. Codex signatus N. A. num. 1154.

Olim « ex libris Herculis de Silva. »

Chartaceus, foliorum 183, med. (0m,325×0,235), lineis plenis, exaratus saec. XV.

1° Evangelium Nicodemi (fol. 10v-16r).

Ed. ap. Tischendorf, *Evang. apocr.*, p. 333-416. Prologus secundum recensionem B, p. 334.

2° Inventio sanctae crucis (fol. 20r-21v).*

3° Exaltatio sanctae crucis (fol. 22r-23r.)*

4° [Miracula beatae Mariae Virginis] (fol. 177v-179v).

DCCXCVII. Codex signatus N. A. num. 1230.

Foliorum 111, med. (0m,27×0,18), lineis plenis, exaratus saec. XIII, praeter folia 105-111, ad XIV pertinentia.

Totum codicem complet

[Vita sancti Gregorii Magni].*

Auctore Joanne diacono.

DCCXCVIII. Codex signatus N. A. num. 1390.

Sexdecim tabulae pictae saeculo XI, exhibentes Vitam *sancti Albani*, quarum singulis inscripti sunt duo versus hexametri.

DCCXCIX. Codex signatus N. A. num. 1405.

Foliorum 63, med. (0m,295×0,205), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1° [Vita sancti Gregorii Magni] (fol. 1r-57r).*

Auctore Joanne diacono. Deest praefatio et index capitulorum usque ad caput XXXII.

2° Translatio sancti Stephani de Constantinopoli in urbem Romam (fol. 57v).

Fragmentum, folio sequente avulso.

3° Epistola Luciani presbyteri de translatione sancti protomartyris Stephani (fol. 58r-60r)*.

4° Translatio corporis sancti protomartyris Stephani ab Hierosolymis Constantinopolim (fol. 60r-63v).*

DCCC. Codex signatus N. A. num. 1423.

Olim ex bibliotheca domus Minutoli-Tegrimi (fol. 187v), deinde Ambrosii Didot.

Foliorum 187, med. (0m,335×0,245), columnis binis, exaratus diversis manibus extr. saec. XIII.

1° Translatio sancti Stephani protomartyris a Constantinopolitana urbe ad urbem Romam (fol. 167v-169v).

Ed. ex cod. Brux. 98-100, *Cat. Brux.*, tom. I, p. 70-74.

2° [Miraculum sancti Laurentii] (fol. 169v-171r).

Hoc titulo inscriptum : *De quodam divite impio qui per beatum Laurentium salvatus est.*

Ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Aug., tom. II, p. 523-25.

3° De imagine Beatae Mariae de Sardenay (fol. 171r-171v).

Compendium miraculi ed. *Historiens occidentaux des Croisades*, tom. II, p. 513-14.

4° Translatio sanctae coronae Domini nostri Jesu Christi a Constantinopolitana urbe ad civitatem Parisiensem, facta anno Domini M°CC° XLI, regnante Ludovico, filio Ludovici regis Francorum (fol. 172r-174v).

Ed. Miller, *Journal des Savants*, 1878, p. 295-302, et Natalis de Wailly, *Bibl. de l'École des Chartes*, 1878, p. 408-15.

DCCCI. Codex signatus N. A. num. 1455.

Olim coenobii Cluniacensis 85

Foliorum 166, med. (0m,305×0,235), columnis binis, exaratus saec. XI.

* sic. Vita et gesta sancti Ildefonsi episcopi Toletanense*

sedis metropolitani, a beato Elladio episcopo ejusdem urbis edita, decimo kalendas februarias (fol. 23r-24v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Jan., tom. II, p. 536-37.

DCCCII. Codex signatus N. A. num. 1491.

Olim coenobii Cluniacensis 109.

Paginarum 812, med. (0m,31×0,237), columnis binis, exaratus saec. XI.

1° Vita beati Johannis archiepiscopi Alexandriae (pag. 188-264).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 337-84.

2° Vita sive conversatio sanctorum patrum anachoritarum (pag. 264-390).*

Scilicet *a*) (pag. 264-354) *Historia monachorum*, auctore Rufino; *b*) Excerpta ex Heraclidis *Paradiso*, ex *Historia Lausiaca* et ex libris qui inscripti sunt *Verba seniorum*.

3° Vita sancti Pachomii abbatis (pag. 695-752).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 227-72.

4° [Vita sanctae Mariae Aegyptiacae] (pag. 752-774).*

Titulus ut in cod. 16051 (supra, p. 333 extr.).

5° Conversio vel vita sanctae Euphrasiae religiosae et Deo amabilis (pag. 774-797).*

6° Reversio vel paenitentia Mariae neptis Abrahae eremitae (pag. 797-804).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 651-60. Omm. capp. 1,12-17.

7° Paenitentia sanctae Taesiae meretricis, valens ad compunctionem (pag. 804-806).

Ed. ibid., p. 661-62. Praefixus est prologus, qui inc. *Salutis aeternae regni aditus paenitentibus patet, et si quicumque nexibus facinorum praegravatur...*

8° Vita sancti Simeonis monachi (pag. 807-812).

Initium tantum Vitae, avulsis foliis. Diversa ab edita *Act. SS.*, ad d. 5 Jan., tom. I, p. 264-68.

Inc. prol. *Sancti Spiritus multiplici virtute donorum exuberans gratia*

secundum Apostolum unicuique secundum mensuram fidei diversa impertiit munera...

Inc. Vita. *Post illa sanctorum apostolorum gloriosa divini praelii primordia.... De quorum numero in sancta refulsit Ecclesia quidam Symeon, professione monachus, natione, ut ferunt, Antiochenus, patre Hysicio nomine procreatus, qui tanquam alter Jeremias ex utero matris suae a Domino electus est et sanctificatus....*

DCCCIII. Codex signatus N. A. num. 1492.

Olim Cluniacensis 41.

Foliorum 157, med. (0m,285×0,21), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Liber qui dicitur de vita Patrum (fol. 1r-146v).

Fere ut in cod. 1491, 2°.

DCCCIV. Codex signatus N. A. num. 1496.

Olim Cluniacensis 97.

Foliorum 73, med. (0m,28×0,205), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° [Vita sancti Odonis] (fol. 2r-7v).

Fragmentum mutilum Vitae auctore Joanne, iterum descriptae inferius, fol 59r sqq.

2° Vita sancti Hugonis abbatis [Cluniacensis], edita a domno Hildeberto reverentissimo ac sapientissimo Cenomannensi episcopo (fol. 8r-26bis r).

Ed. ex hoc cod. ap. Marrier-Duchesne, *Bibl. Clun.*, p. 413-38.

In fine prologi add. *His itaque victus, retractare conatus sum quae jam scripta legeram, non de illis tamquam de visis attestari.*

Pauca desiderantur in fine Vitae, folio dilacerato.

3° Tectus libelli patris Odilonis in vita beati Maioli abbatis (fol. 27v-34v).

Ed. ibid., p. 279-92.

4° Vita domnae Adaleidae (fol. 35r-40v).

Ed. ibid., p. 333-62.

5° [Vita sancti Odonis abbatis Cluniacensis] (fol. 59r-73v).

Auctore Joanne, ed. ibid., p. 13 sqq. Acephala inc. *Romam veniens, me infelicem dignatus est sibi socium assumere* (p. 15 c). Mutila, foliis avulsis, desinit *si enim praedicti fratres* (p. 39 c).

DCCCV. Codex signatus N. A. num. 1509.

Paginarum 492 (praeter insiticia quattuor chartacea et membraneum unum in capite codicis), med. (0m,32×0,225), columnis binis, exaratus saec. XIV.

Omnino eadem documenta continet quae cod. 2447 (tom. I, p. 120), praeter translationem corporis S. Firmini (15°); videlicet :

1° [Hincmari epistola ad Carolum Calvum]... (pag. 1-3).

2° Epistola Anastasii Bibliothecarii... (pag. 3-6).

3° [Epistola Ludovici imp. ad Hilduinum, responsio Hilduini et ejusdem epistola ad omnes fideles] (pag. 6-34).

4° Petri Abaelardi epistola... (pag. 34-42).

5° De vita et passionibus sanctorum martyrum Dionysii sociorumque ejus... (pag. 42-45).

6° Passio sanctissimi Dionysii... (pag. 45-152).

7° Laudes hieromartyris Areopagitae Dionysii (pag. 152-160).

8° Praeconium sanctissimi Dionysii... (pag. 161-231).

9° De inventione et translatione corporum [sancti] Dionysii [et sociorum ejus...] (pag. 239-261).

10° Revelatio ostensa Stephano papae... (pag. 261-266).

11° Detectio corporum [sancti] Dionysii sociorumque ejus (pag. 271-299).

12° [Miracula sancti Dionysii] (pag. 299-305).

13° Miracula [alia] sancti Dionysii (pag. 305-373).

14° [De reliquiis sacri clavi et coronae Domini...] (pag. 373-492).

DCCCVI. Codex signatus N. A. num. 1510.

Foliorum 6, med. (0m,283×0,195), lineis plenis, exaratus saec. XIV. Codicem complent

Miracula santi Sigismondi martyris.

Inedita, ut videtur. Vid. Append.

Appendix ad cod. 1510.

Miracula sancti Sigismondi martyris, per ipsum in sanctam Pragensem ecclesiam manifeste demonstrata.

Splendoris lumine sempiterno ac ineffabili praeditus majestate Patris aetern. Filius, noster Dominus Jesus Christus, qui cuncta disponit virtute mirabili prout placet suae potentissimae Deitati, circa sanctam Pragensem ecclesiam ita suae continuat benignitatis affectum et roboret* protectionis auxilium quod nullo unquam possit turbine vexationis everti nec cum suae adversitatis instantia naufragari, quin immo gloriosa incrementa suscipiat et tamquam stella matutina per mundi climata refulgeat, prout istis liquet indiciis et claret clarissimis argumentis. Nam inter hujusmodi multiplicitatem donorum, ultra patronorum nostrorum multa corpora, quorum sacrosancto cruore roseo irrigata et eorum meritis et suffragiis est fundata, ut multipliciter intercessoribus populus Dei et subditus sanitatem mentis et corporis obtineret, hoc sanctum et pretiosum corpus sancti Sigismondi videlicet martyris, Alabragorum et Burgundiae regis, quod multis annorum spatiis in villa Aganensi, in plebe Sancti Johannis evangelistae, sub majore aliari prope monasterium Sancti Mauritii, Sedunensis diocesis, quod praefatus rex fundaverat, miraculis coruscantibus honorifice permanebat, per sedulitatem et ministerium serenissimi principis et domini domni Karoli quarti, Romanorum imperatoris semper augusti et Boemiae regis christianissimi, cum a sanctissimo in Christo Patre et domino domno Urbano Papa quinto rediret, cum eum anno Domini MCCCLXV in civitate Avinionensi visitaret, personaliter dictum locum et monasterium ingressus, de voluntate abbatis et conventus ac plebani, in praesentia Amedei, comitis Sabaudiae necnon comitis Gebenensis, ac multorum et nobilium, clarissimam in civitate Pragensi ecclesia [reposuit] eodem

* sic.

anno in vigilia sancti Wenceslai martyris, quae fuit XXVII mensis septembris, in capella nova ejusdem ecclesiae, sub nomine et vocabulo dicti sancti martyris tunc intitulata, honorifice collectum et dignis venerandum praeconiis et laudibus excolendum. Utique Deus ipse, sicut miraculose disposuit dictum sanctum et venerabile sancti Sigismondi caput in ipsam sanctam transferri Pragensem ecclesiam, ita voluit per preces et merita dicti sancti populo Dei peccatorum remissionem sanitatemque utriusque hominis beneficia recepturo tribuere et donare, per eumque sanctum miracula exercere et ostendere, ut laudetur sicut est in suis sanctis Deus mirabilis atque magnus.

Primum miraculum. — Nuper siquidem in die festi sancti Wenczeslai, XXVIII dicti mensis, dum matutina in ipsa Pragensi ecclesia agerentur officia, lux magna de caelo resplenduit et descendit, quae quasi totam terram Boemiae et nonnullas alias provincias ei vicinas, sicuti sufficienti testimonio sumus edocti, et signanter Pragensem ecclesiam, illuminavit more mirabili atque magno, ut ii qui ibi tunc aderant aperte cognoscerent eam lucem descendisse per merita hujus sancti, et ut cognoscerentur mystica futurorum praenuntia ac praesaga nec non relevatrix meritorum sancti Sigismondi praefati.

II Miraculum. — Itaque feria IV, prima videlicet die octobris, quidam famulus, nomine Nicholaus, bene cognitus in civitate Pragensi, cui ponderosum lignum pedem unum contriverat totaliter et per medium fregerat, ut non nisi per sustentationem baculorum, sed difficulter, poterat in uno pede moveri, dum ope medicorum aliquatenus juvari non posset, confidenter sepulcrum sancti martyris Sigismondi, cujus famulatibus prius existebat devotus, adiit, ut si totalem non posset obtinere salutem hujusmodi laesionis, aliqualem saltem allevationem accipere mereretur. Deus vero, qui merita supplicum excedit et vota, tantorum precibus suorum inclinatur sanctorum, quoniam per devotum sibi populum in terris et militantem Ecclesiam suis honoratur in sanctis, mox per merita dicii sancti laesum ipsum sic sanavit ut, relictis apud sepulcrum sustentaculis suis ligneis quae habebat, sanus abinde recederet, Dominum et sanctum Sigismondum magnificans et adorans.

III Miraculum. — O venerandum, pretiosum et ineffabile donum, omne infirmitatis auxilium, sancti Sigismondi corpus. Quis dubitet sanctissimum patronum nostrum Wenczeslaum apud Deum sanctum Sigismondum sibi obtinuisse in socium, qui adhuc positus in humanis sibi impetravit et vicum? O sancta et fidelis societas, quae nullo potuit violari certamine, quaeque adunata corporibus, pro delictis populorum staret et mente. O felix et sancta Pragensis ecclesia, quae tantum tot sanctorum pretiosis meruisti possidere thesauris. Gaude et tu, felix Boemia, quae habes afflicta multiplicatos pro te intercessores ad Dominum.

IIII Miraculum. — Eadem die adducta quaedam mulier, Katherina de Czaslania, nota a multis, retroactis multis annis contracta paralysi et curvata, cui terrenus medicus remedium non tribuit, ad caeleste illius sancti medici Sigismondi sepulcrum veniens, prostrata orationes devotas fundit cum fiducia ad

clementiam Salvatoris et ejus martyris sancti Sigismondi. Quam ipse sanctus adjutor in tribulationibus, ad instar veri medici, pristinae sanitati sic restituit ut erecta et omnino sanata coram omni populo ambularet, Deum glorificans, qui eam per preces et merita Sigismondi sanare est dignatus.

V Miraculum. — Ecce plura in crastino dictae diei II mensis octobris. Mulier alia, Gertrudis de Netiss, immundis obsessa spiritibus, per cujus labia daemonium ad interrogata linguis variis loquebatur, a qua multi viri religiosi, orationibus et aliis precibus dictum daemonium attemptantes repellere, non valebant, quia Deus futurae gloriae suae et sui sancti Sigismondi, per cujus patrocinium hoc fieri voluit, revelator, praeservavit suae omnipotentissimae potestati ; et dum amici dictae mulieris et alii circumstantes exorarent pro ea ad Dominum, ab ipsis immundis est liberata spiritibus per suffragia hujusmodi sancti ; et tunc pro rugitibus horrendis prioribus dabat gratiarum actiones altissimo Creatori. Humani tandem sedulus generis inimicus, sicut de lapsu hominis gaudet, ita de ejus sanitate tristatur, dolens se ejectum de habitatione sibi cognita, assumptis sibi se pejoribus * daemonibus, dictam mulierem et domum unde venerat fortius obsessam VII die mensis praedicti intravit, ad augmentum gloriae Altissimi et revelationem meritorum sancti sui Sigismondi. Nam quamvis per ipsos torta fortissime, per preces tamen et merita sancti Sigismondi iteratis vicibus est plenius liberata, ambulans, glorificans eum qui per sanctos suos fecit mirabilia magna.

* *cod.* prioribus.

VI Miraculum. — Deinde die III dicti mensis et alia mulier, nomine Hulka de Drustcez, ab immundis vexata spiritibus et multis annis obsessa, quae et per preces aliorum religiosorum virorum juvari non potuit aut liberari a daemoniis supradictis, ad sepulcrum dicti sancti adducta, per ipsius sancti martyris intercessionem est protinus liberata ab hujuscemodi vexatione spirituum immundorum.

VII Miraculum. — Nec in his merita ipsius sancti Sigismundi terminum potentiae habuerunt, sed et IIII die dicti mensis octobris venit ad sepulcrum sancti Dei quaedam mulier, nomine Janka de Knyn, pauper et caeca, quae nisi nutriebatur elemosyna ; et oratione fusa, quia nullam adhuc elemosynam ab aliquo homine illo die acceperat, est precata sanctum martyrem de quo supra, quatinus saltem pro illa die in victualibus provideret eidem. Et dum in illis orationibus devota cordialis perduraret, mox ejus aperti sunt oculi, et quidam magnae staturae senex, canis crinibus, in candido vestitu, prolixa barba, eidem mulieri apparuit, dicens : *Hoc tibi monile tribuo, pro eo* XV *grossos habiturae.* Illic vero mulieres honestae matronae, quae tunc coram sepulcro orabant ejusdem, intuentes * mulierem, quamvis assererent veridice et pro certo quod nullum virum vidissent staturae aut dispositionis hujusmodi ut praefertur, tamen eandem pauperculam, cum qua apud idem sepulcrum orabant, gaudentem e exultantem surrexisse ab oratione viderunt habentemque in manu sua aureum Pragensis monetae ; mulierque praefata, licet perterrita, Deum glorificabat, qui

* *ita leg. ? cod.* hentes.

per sanctum Sigismondum et ejus merita ipsius visum restituere et paupertatem relevare est dignatus, offerens eundem aureum ad quendam civem Pragensem, qui juxta verba senis eidem mulieri xv grossos argenteos pro ipso aureo tribuit et donavit et eundem aureum sibi pro miraculo reservavit.

5 **VIII Miraculum.** — Item die xxii mensis octobris accidit in Nova Civitate oppido prope Lipam, [ut] vir quidam, Nicholaus Franus, fatigatus ex labore diurno, qui braxaverat cervisiam illo die, puerum proprium, habentem dies viii aetatis suae, penes se de nocte in lecto in campisterio incaute collocatum opprimeret et suffocaret. Quo cognito, multum turbulentus, se dedit orationi una cum 10 uxore sua, fundentes lacrymas pro tam immani scelere abundanter, ac clamantes voce lamentabili, dictum puerum sanctis martyribus Vito, Wenczeslao, Adalberto, necnon sancto Sigismondo, quem licet nominare nescirent, tamen quia ipsius corpus audierant noviter allatum* et ipsum multa miracula facientem, in mente ac devotione habebant, devotius commendarunt. Sancti itaque martyres, 15 super cunctorum afflictorum tribulationibus misericordes, lacrimis permoti flentium atque ululantium, post unius quasi horae spatium puero oppresso vitam a Deo obtinent et vivum parentibus restituunt. Fit gaudium parentibus et amicis; veniunt quoque ad sanctorum liminia*, gratiarum actiones cum lacrimis referentes. Sed quia huic miraculo novo et prius in nostris partibus non audito 20 decanus et capitulum Pragense fidem protinus noluerunt adhibere, sed commiserunt inquisitionem super veritate facti decano Lyppii et duobus aliis presbyteris, qui postea rescripserunt quod, facta inquisitione diligenti ac fideli, ita ut praescribitur invenerunt.

* *cod.* ablatum

* *sic.*

VIIII Miraculum. — Eodem tempore accidit quod dominus Hincho Hrussma 25 hominem quendam, nomine Belconem, in oppido Nechonicz, propter forefactum morti adjudicaret, gravi custodiae traderet, ferramentis diligentissime ligatum et undique circumdatum custodibus, ne fugere posset. Hic cum intellexisset ab uxore propria quod tortor advenerat et die crastina foret vita privandus, recommendavit se fiducialiter sancto Sigismondo, fundens orationes devotas cum 30 lacrimis pro sua liberatione. Et ecce eadem nocte, disruptis vinculis et compedibus, extra carcerem firmissimum salvis ostiis idem homo incolumis reperitur, glorificans Deum, qui ipsum per merita sancti Sigismondi a mortis periculo liberavit. Quem dictus dominus Hincho postea secum ad sepulcrum praedictum adduxit, et quae praescripta sunt plene et fideliter narravit et liberum abire 35 dimisit.

X Miraculum. — Item die penultima mensis octobris Heuslinus, filius Octonis pellificis de Wienna, habens manum dexteram ex vulneribus diu contractam, venit ad sepulcrum sancti martyris; et ejus implorato beneficio, reddita est ejus manus integrae sanitati.

40 **XI Miraculum.** — Item die ultima mensis octobris quidam famulus de Ponnlz, murator, Ulricus nomine, qui per duos integros annos visu erat oculorum privatus, ad sancti Dei venit tumulum; et oratione fusa, ilico recepit visum, reddens beato martyri pro accepto beneficio gratiarum multimodas actiones.

XII Miraculum. — Item die II mensis novembris quidam miles, nomine Petrus de Zelen, injuste accusatus, innocenter captivitati traditus, ad invocationem sancti martyris extitit continuo liberatus, et ostendit suos delatores ipsum fraudulenter accusasse et falsis fictionibus et juramentis ad gravem custodiam tradidisse : qui postea propter hujusmodi perjuria, Deo permittente, digne sunt puniti et castigati.

Item eodem tempore venit ad sepulcrum sancti martyris mulier quaedam, Milka nomine, uxor Blahmuncionis, de Nova Civitate,quae tribus annis et amplius oculorum orbata luminibus, gravibus doloribus torquebatur. Haec dum coram sepulcro orationes fudisset, pristinam oculorum sanitatem obtinuit ilico a sancto martyre supradicto, quam a medicis multis factis expensis et impensis assequi non potuit, et grates immensas reddebat Altissimo, qui ipsam per merita sancti Sigismondi martyris misericorditer illuminavit.

Item in die sequenti post festum beatae Elizabeth, die XX mensis novembris, adductus est ad sepulcrum praefati martyris vir quidam, Nicholaus de Montibus, qui ab annis quinque lumen caeli numquam viderat, de cujus curatione desperabant omnes. Hic confugiens ad hujus medici auxilium, optatam salutem et sanitatem oculorum ab eo impetravit, glorificabatque Deum, qui ipsum sancti Sigismondi meritis a gravibus tenebris eripuit et eundem illuminavit.

XIII Miraculum. — Item in vigilia sanctae Katherinae perductus ad sepulcrum praedicti sancti martyris Sigismondi famulus quidam, Petrus pannifex de Koctuz, similiter quinque annorum curriculis lumine oculorum omnino destitutus ; et cum nullo medicorum auxilio juvari potuisset, recommendans se huic glorioso medico, pio omnium afflictorum consolatori, cordialiter ingemuit, ut sibi subvenire dignaretur. Mox ibidem per merita et intercessionem sancti martyris dictus Petrus sanitatem oculorum suorum et lumen pristinum assecutus, referebat grates omnipotenti Deo, qui fecit secum misericordiam suam.

XIIII Miraculum. — Item in die beati Andreae apostoli adductus ad praefatum sepulcrum Henslinus quidam de villa Ellita, qui undecim septimanis continuis et gravissimis laboravit infirmitatibus, de cujus vita et recuperatione salutis medici omnes desperabant. Hic coram eodem sepulcro prostratus, post orationes diutinas sanitatem desideratam bene obtinuit a sancto Sigismondo caelesti medico, quam a terrenis medicis etiam multis pecuniis non potuit adipisci, et restitutus sanitati, glorificabat Deum magnis vocibus et sanctum martyrem suum Sigismondum, per quem tanta miracula operari dignatus est.

XV Miraculum. — Eodem tempore Hrocho miles de Preszilucz, dum esset in Wienna, patiebatur graviter paralysim, ita ut manum dexteram sinistra movere non posset. Hic cum fecisset votum visitare liminia sancti Sigismondi, mox sanitatem pristinam recepit.

XVI Miraculum. — Item in vigilia sancti Nicolai venit vir quidam de villa Ellioctam prope Rzewnicz,...* nomine, referens quod cum haberet unicum filium aegrotantem et constitutum in mortis articulo, commendavit ipsum sancto Sigis-

* *nomen praetermissum est.*

mondo et vovit ut, si superviveret, offerret pro eo unam libram cerae. Mox miro modo puer sanitati restitutus est : quem pater secum tunc adduxit, et oblationem in missa obtulit, glorificans Deum et sanctum Sigismondum.

XVII Miraculum. — Item in octava sancti Andreae mulier quaedam, Edislava, de Minori Civitate Pragensi, quae plurimo tempore morbo laborabat paralytico, veniens ad sepulcrum sancti * Dei, et oratione fusa sanitatem quam petebat adepta est, glorificans Deum et sanctum Sigismondum, per cujus merita meruit liberari.

* *cod.* sanctum.

XVIII Miraculum. — Item die sequenti venit vir quidam de Nova Civitate Pragensi,. .* nomine, narrans qualiter in domo habitationis suae pullulassent vermes infiniti, qui cicadae appellantur, inferentes sibi grave taedium et non modicum timorem ; et dum nulla eos arte posset repellere, quia magis ac magis incrementum sumebant, venit beato Sigismondo et obtulit unam ceream, et statim omnes evanuerunt.

* *nomen praetermissum est.*

XIX Miraculum. — Eodem tempore Jehlinus, presbyter plebanus in Odoleno Nawoda, gravi infirmitate detentus et aegrotans usque ad mortem, recommendavit se beato Sigismondo et votum fecit venire ad liminia sua Pragam ; statim curatus est et veniens glorificabat Deum et gratias referebat beato Sigismondo, pro cujus intercessione meruit liberari.

XX Miraculum. — Item die ultima decembris, venientes ad sepulcrum beati Sigismondi Stanck, de oppido Mnissek, et Waczawa uxor ejus, coram omnibus publica voce et per juramentum suum asserebant quod, cum nuper, die beatae Barbarae, Przibito dictus molendinator, civis oppidi praedicti, ex Osanna uxore sua suscepisset filiam, eadem filia tertia die post hoc sine baptismi sacramento, eorum commendata custodiae, moritur ; de quo multum dolentes et saevitiam praedicti viri timentes, puerum mortuum et infrigidatum ad ecclesiam deferunt protinus, et antequam perveniunt, puerum beato Sigismundo recommendantes, votum voverunt ut jejunantes in pane et aqua limina sancti viri cum omni devotione visitarent. Mira res dictu et relatu, surgentes ab oratione invenerunt puerum vivum, qui horis quasi duabus fuerat mortuus ; et gavisi fecerunt baptizari, qui post baptismum pulcher valde apparuit. Vixit post hoc per unam diem naturalem et mortuus est. Praedicti vero vir et mulier cum lacrimis glorificabant Deum et beatum Sigismondum, qui ipsorum preces exaudivit et eos a saevitia dicti viri liberavit.

XXI Miraculum. — Eodem die in aurora visa est crux aurei coloris in circulo lunae.

XXII Miraculum. — Item anno Domini millesimo CCCmoLXVIto, die II mensis januarii, venit quidam pauper homo, nomine Duchon, de villa Solincz prope Skuhicw, sutor, referens multum per suum juramentum quod, cum fuisset annis V continuis mutus propter gravia vulnera quae olim sibi praedones intulerant, cumque se recommendasset beato Sigismondo et ejus sepulcrum devote contingeret, eadem die ibidem recepit facultatem loquendi, et loquebatur perfecte, glorificans Deum et sanctum Sigismondum.

XXIII Miraculum. — Item III die mensis ejusdem venit ad sepulcrum beati viri quidam alius sutor de plebe Sanctorum Philippi et Jacobi, civitatis Pragensis, et retulit per suum juramentum, et alii viri honesti cum eo, quod cum ipse tribus proxime praecedentibus [annis] perdidisset organum loquendi seu loquelam, factoque voto eundi ad limina sancti Sigismondi in ecclesia Pragensi; et eo completo sepulcroque contacto, statim recepit pristinum modum loquendi et glorificabat Deum et sanctum martyrem Sigismondum.

[I]tem XII^ma^ die mensis ejusdem, Hedwigis mulier in plebe Sancti Michaelis Novae Civitatis Pragensis, puerum suum parvulum, habentem calculum, recommendavit sancto Sigismondo, et vota vovens, sanitatem impetravit ipsi puero, qui gravissimis doloribus torquebatur. Postea, immemor beneficii accepti, ipsa non solum vota non implevit, verumtamen ingrata gratiam sibi in puero factam publicare non curavit. Unde accidit ut puer idem denuo gravius quam prius infirmaretur. Quem constitutum in articulo mortis, eadem mulier dictum puerum recommendavit secundario beato martyri Sigismondo, et vovit ut, si sanaretur, hoc miraculum et beneficium sanitatis procuraret et faceret ad laudem et gloriam Dei et beati martyris publicari, ac puerum cum oblationibus deferre ad liminia sancti martyris ejusdem. Mox completo voto puer, applicatus ad sepulcrum, sanitatem optatam miraculose altera vice adeptus est, et quem non poterant curare medici terreni multis factis impensis, hic medicus caelestis, lamentabili voce mulieris devotius exoratus, sanavit XXIIII die mensis ejusdem.

XXIIII Miraculum. — Item XXIIII die mensis ejusdem quaedam mulier, Petra nomine, de plebe Sancti Henrici Novae Civitatis Pragensis, quae annis plurimis gravissimis febribus cruciabatur, accessit ad sepulcrum sancti Sigismondi, et precibus fusis cum lacrimis, sanitatem quam optavit obtinuit, et recessit sana et incolumis, glorificans Deum et beatum martyrem Sigismondum, cujus meritis fatebatur se sanitatem recepisse.

XXV Miraculum. — Item XXVI die mensis ejusdem quidam cliens, nomine Petrus, de plebe Sanctae Mariae ante Laetam curiam in civitate Pragensi, bene notus, qui * gravem patiebatur colicam, et dum medicorum sibi adjutorium non proficeret, accessit ad sepulcrum sancti Sigismondi, et post devotas orationes fusas ibidem, sanitatem pristinam recepit quam optavit, et recessit sanatus, qui languidus et aeger accesserat. Timensque ne ingratitudinis vitio, ut mulier illa de qua supra diximus, notaretur, petivit instantissime sibi impensum fideliter publicari.

* *cod.* quae.

XXVI Miraculum. — Item in vigilia nativitatis Christi mulier quaedam, Katherina, uxor cujusdam pannitonsoris de civitate Pragensi, quae uno anno integro passa fuit paralysim adeo graviter ut nec manuum suarum neque pedum usum haberet. Haec, dum sibi alii medici deficerent, recurrit ad hujus sancti medici auxilium, et post devotam recommendationem sui, factis quoque quibusdam votis, sanitatem desideratam obtinuit, paralysi ab ea penitus profugata.

[**XXVII Miraculum**]. — Item XXVIII die mensis januarii venit ad sepulcrum

beati Sigismondi faber quidam de civitate Pragensi, Nicholaus dictus Turnowecz, cujus diuturna paralysis manum unam reddiderat omnino inutilem et contractam. Hic prostratus ibidem devotus oravit ut, cum foret artifex et non nisi de suarum manuum labore vitam quaereret, pristinum usum manus suae per merita ejusdem martyris assequi mereretur. Mox pius afflictorum ac pauperum consolator quod ille petebat sibi apud Deum obtinuit, et abiit sanus qui aeger advenerat, glorificans Deum et sanctum Sigismondum martyrem gloriosum.

XXVIII Miraculum. — Item die XXIX mensis januarii, hora vesperarum, veniens ad sepulcrum beati Sigismondi reverendus in Christo pater et dominus dominus Johannes, sanctae Pragensis ecclesiae archiepiscopus, apostolicae legatus primus, offerens ibidem grandem candelam, rettulit publica voce per suam conscientiam et suae fidei puritate[m] quod, cum ipse nuperrime gravissimam febrem haberet, in qua quasi usque ad mortem periclitabatur, statim postquam ad consilium domini nostri domini imperatoris praefati se beato Sigismondo recommendasset et votum visitandi ipsius liminia emitteret, calor ipsum febrilis dimisit et incepit sanitatem recuperare, et eam per Dei misericordiam et dicti sancti martyris intercessionem obtinuit atque habet.

XXIX Miraculum. — Item die eadem veniens ad sepulcrum sancti Sigismondi Beshuslaus, civis Minoris Civitatis Pragensis, cui guttur adeo fuit inflatum et tumefactum ut jam cibum sumere non posset, fudit orationes devotas cum gemitu cordis, quoniam periculum vitae suae imminebat, et sanitatem pristinam mox ibidem obtinuit et sanus abinde recessit, glorificans Deum et ipsius martyrem sanctum Sigismondum, per quem Deus ipse dignatus est dictum liberare a morte et reddere sanitati.

XXX Miraculum. — Item, die prima februarii, quae fuit dies dominica ante diem Purificationis Beatae Virginis, veniens ad sepulcrum sancti Sigismondi vir quidam, Ulricus, de plebe....* civitatis Pragensis, qui annis XX [et amplius] capitis dolore detinebatur nec ulla sibi remedia medicorum proficere [poterant, auditis mi]rabilibus quae fiebant [ad ejus sepul]crum, se recommendavit beato Sigismondo et...

** scriptura hic nimis deleta, quaedam legi non potuerunt.*

XXXI Miraculum. — Item die eadem... (1)

DCCCVII. Codex signatus N. A. num. 1522.

Foliorum 36, med. (0m,27×0,17), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° [Sulpicii Severi dialogi de sancto Martino Turonensi ; Inscriptiones de sancto Martino ; Excerpta

(1) Folii 6 paene jam deleta scriptura, exscribere reliqua supersedimus.

ex Gregorio Turonensi de gloria postuma sancti Martini] (fol. 1r-14r).*

Acephalum inc. in fine Dialogi secundi.

2° Vita sancti ac beatissimi Briccii episcopi et confessoris (fol. 14r-15r).*

3° Vita sancti Basilii (fol. 17r-30v).*

Mutila desinit in num. 63 med.

4° [Vita sancti Petri Alexandrini] (fol. 31r-35v).

Acephala incipit a verbis... *violare conatus est, et nescitis quod ego omni dolenti semper facilis et dolui.* Videntur esse Acta Combefisiana, de quibus P. G., tom. XVIII, p. 454.

DCCCVIII. Codex signatus N. A. num. 1539.

Foliorum 115, med. (0m,326×0,247), columnis binis, exaratus saec. XV.

Continet librum qui inscriptus est

Exordium magnum Ordinis Cisterciensis.

Ed. P. L., tom. CLXXXV, p. 995 sqq.

DCCCIX Codex signatus N. A. num. 1569.

Olim « Clericorum regularium sancti Abundii civitatis Cremonae » (fol. 1r).

Foliorum 111 (praeter insititia decem, alia chartacea, alia membranea, in capite et ad calcem), med. (0m,278×0,19), lineis plenis, exaratus saec. XV.

1° Vita beati Pauli primi eremitae (fol. 13v-17v).*

2° Vita beati Antonii (fol. 18r-48v).*

3° Inventio corporis gloriosi confessoris Antonii eremitae magnifici, a beato Hieronymo de graeco in latinum translata, facta a Theophilo episcopo Constantinopoleos tempore Constantini serenissimi imperatoris per angeli revelationes a deserta Aegypto in Constantinopolitanam civitatem cum omni gloria et triumpho, III idus julii (fol. 48v-59v).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 341-54.

4° Translatio corporis pretiosi Antonii Viennensis, edita a beato Athanasio sanctae Alexandrinae ecclesiae archiepiscopo, XVI kal. aprilis (fol. 59v-61v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Jan., tom. II, p. 151 (col. 2, *quia favente Deo...*) - 152.

DCCCX. Codex signatus N. A. num. 1605.

Foliorum 110 (praeter insiticium chartaceum unum in capite et tria in fine), med. (0m,27×0,20), lineis plenis, exaratus saec. XI et (fol. 23-26) saec. XIII.

1° Passio sancti Christophori martyris vel aliorum sanctorum (fol. 1r-3v).*

Mutila in fine. Desiderantur finis num. 13 et numm. 14-16.

2° [Gesta Pilati] (fol. 4r-16v).

Initio mutila; ed. ap. Tischendorf, *Evang. apocr.*, p. 336 sqq., non paucis variantibus.

3° Nativitas sancta[e] Maria[e] (fol. 16v-26r).

Ed. ibid., p. 54-92.

4° Assumptio sanctae Mariae semper virginis (fol. 26v-30v).*

Auctore Pseudo-Melitone, ed. P. G., tom. V, p. 1231-40. Sequitur (fol. 30v-32v) Gregorii Turonensis lib. *In Glor. mart.*, cap. 8-10.

5° Passio sancti Sixti episcopi (fol. 35v-38r).*

6° Passio sancti Laurentii martyris [et sancti Hippolyti] (fol. 38r-43r).*

Desinit in sepultura S. Hippolyti per Justinum presbyterum.

DCCCXI. Codex signatus N. A. num. 1606.

Foliorum 51, med. (0m,278×0,207), lineis plenis (praeter fol. 1, 2, 44-47), exaratus saec. XI.

1° [Passio sancti Juliani Viennensis] (fol. 1v-2r).

Prima pars secundae Passionis, ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Aug., tom. VI, p. 174-75.

2° Vita beati Augustini episcopi (fol. 2r-16r).

Ut in cod. 5360 (supra, tom. II, p. 338, 17°). Fol. 13, quod est foliolum agglutinatum, exhibet epitaphium beatae Monicae.

3° [Passio sancti Lauriani martyris] (fol. 20r, 18r-19r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Jul., tom. II, p. 35-38. Acephala inc. a verbis *ita aruerant ut nec ambulare...* (num. med.).

4° Vita sancti Brendani (fol. 20v-39v).*

5° Passio sancti Clementis episcopi et martyris (fol. 40v-43v).*

Fine mutila.

6° Vita beati Maturini sacerdotis et confessoris (fol. 44r-50r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 250-55. (1)

DCCCXII. Codex signatus N. A. num. 1607.

Foliorum 76, min. (0m,235×0,20), lineis plenis, exaratus saec. XI.

1° [Vita sancti Sulpicii Bituricensis episcopi] (fol. 5r-35v).*

2° Beati Sulpicii miraculorum liber quae post transitum ejus facta sunt (fol. 37r-55v).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 181-87. (2)

DCCCXIII. Codex signatus N. A. num. 2164.

Olim, ut videtur, coenobii Brivatensis, deinde Ambrosii Didot.

Foliorum 40, maj. (0m,44×0,315), columnis binis, exaratus saec. X.

1° [Passio sancto Dionysii] (fol. 1r-10v).*

Auctore Hilduino. Acephala incipit a recensione operum S. Dionysii.

(1) Cfr. L. Delisle, *Mss. des fonds Libri et Barrois* (Paris, 1888), p. 51. — (2) Cfr. ibid., p. 56.

2° Revelatio quae ostensa est sancto papae Stephano ... (fol. 10v-11v).

Ed. ap. Surium, ad d. 9 Oct. (p. 130).

3° Passio sancti Calixti papae, mense octobris die XVIII (fol. 11v-13v).*

4° Vita sancti ac beatissimi Evurtii episcopi (fol. 13v-18r).*

5° Passio sanctorum geminorum Speusippi, Eleusippi et Meleusippi (fol. 18r-21v).*

6° Passio sanctorum martyrum Vitalis et Agricolae, sub die pridie nonarum novembrium (fol. 21v-23v).

Ut in cod. 2637 (tom. I, p. 166).

7° Passio sanctorum martyrum Crispini et Crispiniani, quae est VIII kalendas novembris (fol. 23r-25r).*

8° De virtutibus sancti Hilari episcopi (fol. 25r-27r).

Scilicet Vita S. Hilari episcopi Gabalitani seu Mimatensis, ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Oct., tom. XI, p. 638-39. Desunt tres primae sententiae.

9° Passio sancti Quintini martyris, quae celebratur pridie kalendas novembris (fol. 27r-32v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Oct., tom. XIII, p. 787-93 (Passio secunda).

10° [Vita sancti Martini] (fol. 32v-39r)*

Auctore Sulpicio Severo.

11° Translatio corporis sancti Germani episcopi et confessoris Parisiacae urbis (fol. 39r-40v).*

Mutila, foliis avulsis ante et post fol. 40.

DCCCXIV. Codex signatus N. A. num. 2170.

Olim coenobii sancti Dominici de Silos in Hispania.

Foliorum 256, med. (0m,37×0,265), columnis binis, exaratus saec. XI.

Vita sancti ac gloriossimi Martialis episcopi Aquita-

niorum, primi patroni Lemovicensium civita[ti]s, qui obiit pridie kalendas julias (fol. 238r-256r).*

Fol. 237v descriptus est hymnus neumatibus notatus, qui inc. *O princeps egregie, o Martialis...*

DCCCXV. Codex signatus N. A. num. 2178.

Olim coenobii sancti Dominici de Silos.

Foliorum 282, (praeter insiticium unum in capite, signatum A; neque signata sunt folia 86-96), maj. (0m405×0,29), columnis binis, exaratus saec. XI.

1° Vita sancti Hilarionis monachi (fol. Ar-6v).*

Acephala inc. *timebat enim...* (num. 10 med.).

2° Vita sancti Germani episcopi [Autisiodorensis] (fol. 6v-16v).*

Cum duplice epistola praefatoria. Deest clausula *Sedit autem idem domnus...*

3° Homelia Albini magistri de vita sancti Martini episcopi et confessoris (fol. 16v-18v).*

4° [Sulpicii Severi scripta de S. Martino] (fol. 18v-55r).*

5° [Excerpta ex Gregorio Turonensi de gloria postuma S. Martini] (fol. 55r-55v).*

6° Gregorii episcopi [Turonensis] de virtutibus sancti Martini [libri quattuor] (fol. 56v-100v).*

7° Vita sancti Bricci[i] episcopi et confessoris (fol. 100r-101r).*

8° Vita sancti Ambrosii episcopi (fol. 104v-106v).*

9° Liber sancti Possidi[i] episcopi de vita sancti A[u]gustini episcopi (fol. 106v-122v).*

10° Epistola Orani presbyteri ad Pacatum de vita vel obitum* sancti Paulini episcopi (fol. 127v-130v).

*sic.

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jun., tom. IV, p. 198-200.

11° [Rufini Historia monachorum] (fol. 130v-167r).*

12° Vita sancti Malchi captivi (fol. 167r-168v).*

13° Vita sancti Frontoni (fol. 168v).

Ed. ap. Faillon, *Monuments*, etc., tom. II, p. 428-32. Folio avulso, mutila desinit in verbis *et notorum oculis alienam* (tom. cit., p. 430).

14° [De vitis et miraculis Patrum Emeritensium] (fol. 169r-183v).

Ed. ex cod. Matritensi, *Act. SS.*, tom. I Nov., p. 326-38. Acephalum incipit documentum a verbis *sanctorum innumerabilis multitudinis* (ibid., p. 318, 1 extr.). Mire concordat codex nunc Parisinus cum codice Matritensi, etiam quod spectat ad normam scribendi seu orthographiam.

15° Vita sanctissimi viri filius * Fimiani (fol. 204r-207r). * *sic.*

Narratio fabulosa passionis alicujus ignoti martyris, quae inc. *Fuit quidam vir vitae venerabilis in Romana urbe, nomine Fimianus, regali nobilique exortus familia, inlustris in saeculo. Erat igitur dives valde, omni scientia atque sapientia plenus, custodiens praecepta Domini, diligens Dominum ex toto corde suo...*

16° Vita sanctae Constantinae virginis (fol. 207r-219v).

De qua *Act. SS.*, ad d. 18 Febr., tom. III, p. 67 sqq.

Inc. *Constantinae virginis sacratissimae gesta mirabilia, quae longo sermone vix explicari possunt, quantum possumus brevitate artantes ad aedificationem virginum conscribemus...*

17° Vita sanctae Heliae (fol. 219v-240v).

Libris tribus. Prorsus fabulosa.

Inc. prol. *Saeculi mercatores in hoc se putant emolumenta maxima lucraturos, si merces incognitas deferunt...*

Inc. Vita. *Igitur sanctae Heliae vitam dicturo hic jam, si placet, sermo incipiet aperiri. Haec generosis orta natalibus apud Urrachium Epiri Neae metropolim, cum primaevos ageret annos, coepit cogitare non praesentia, sed futura....*

Post Vitam adjecti sunt versus de eadem.

18° Vita sanctae Melaniae senatricis Romae (fol. 240v-257r).

Ed. ope hujus cod. *Anal. Boll.*, tom. VIII, p. 19-63.

19° Vita sanctae Castissimae (fol. 257r-261v).

Scilicet, stilo aliquantum mutato, Vita sanctae Euphrosynae, ed. P. L., tom. LXXIII, p. 643-52.

20° Vita sanctae Pelagiae (fol. 264v-268v).

Auctore Jacobo diacono, ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Oct., tom. IV, p. 261-67, sed multis lectionibus variantibus.

21° Vita domnae Mariae Aegyptiae, translata de graeco in latinum (fol. 269r-270v).*

Multis variantibus lectionibus. Desinit mutila post cap. 23.

22° Actus beati Silvestri papae Romensis (fol. 271v-282r).*

Non pauca desunt, foliis 280 et 282 dilaceratis.

DCCCXVI. Codex signatus N. A. num. 2179.

Olim coenobii Sancti Dominici de Silos.

Foliorum 323 (praeter folia octo post fol. 200, signata 200 A-200 I), maj. (0m,42× 0,30), columnis binis, exaratus saec. XI.

1° Passio sancti Alexandri et Theoduli (fol. 1r-4r).

Eadem serie quam exhibet cod. Brux. 380-82 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 218-23), sed multo prolixior est narrandi ratio. Acephala, foliis avulsis in capite codicis.

2° Passio sancti ac beatissimi Thomae* apostoli, qui passus est die XII kalendas januarias (fol. 3r-13r).*

* *cod.* Tomae, *et inferius* Teclae, Tyrsi, *etc.*

Ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 333v-38r.

3° Actus vel passio sanctae Theclae, quae passa est in Iconio et in Antiocia sub Sistilio praeside et Alexandro principe, die XII kalendas januarias (fol. 13r-19r).*

4° Lectio ecclesiastica de mirabilibus sancti Stephani martyris Christi ex libris de Civitate Dei beati Augustini* episcopi, die VII kalendas januarias (fol. 19r-22r).*

* *cod.* Agustini, *sicut et inferius passim* (kalendas) agustas.

5° Passio vel vita beatissimae Eugeniae virginis et comitum ejus martyrum, quae passa est Alexandria in civitate sub Gallieno augusto, die VII kalendas januarias (fol. 22r-32v).*

6° Vita vel passio sancti Jacobi apostoli et fratris Domini sumpta de [hi]storia ecclesiastica sancti Eusebii Caesariensis episcopi, die quinto kalendas januarias (fol. 32v-33v).

Eusebii *Hist. eccl.*, interprete Rufino, lib. II, cap. 23.

7° Passio beatissimi Jacobi apostoli et fratris Domini, qui passus est in Hierosolyma, die quinto kalendas januarias (fol. 33v-34v).

Ut in cod. Brux. 380-82 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 203, 4°).

8° Adsumptio sancti Johannis apostoli et evangelistae, die III kalendas januarias (fol. 34v-40v).*

9° Passio sancti Jacobi apostoli, fratris sancti Johannis, et comitum ejus, qui passi sunt Hierosolyma, die III kalendas januarias (fol. 40v-43v).*

10° Passio sanctae ac beatissimae Columbae virginis et martyris, quae passa est in civitate Senonas sub Aureliano imperatore, die II kalendas januarias (fol. 43v-45r).*

11° Passio sancti ac beatissimi Polycarpi episcopi et martyris Christi, qui passus est sub Aureliano et Antonio imperatoribus, die III kalendas januarias (fol. 45r-48r).*

Epistola ecclesiae Smyrnensis.

12° Vita vel passio beatissimorum martyrum Juliani et Basilissae et comitum eorum, qui passi sunt Antiocia in civitate sub Martiano praeside, die septimo idus januarias (fol. 48r-65v).*

13° Passio sanctorum martyrum quadraginta, Alexandri,....., qui passi sunt sub Marcello duce, die VI idus januarias (fol. 65v-68r).

Sermo scilicet Basilii M., cujus alia versio edita est *Act. SS.*, ad d. 10 Mart., tom. II, p. 25-28, sed hic nonnullis locis aliquantum contractus. In fine add. sequens clausula :

Passi sunt vero omnes sancti martyres Dei sub Marcello duce, die quinta feria, hora septima, quinto idus januarias, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

14° Passio sancti ac beatissimi martyris Sebastiani et comitum ejus, qui passi sunt Romae, die XIII kalendas februarias (fol. 68r-86r).*

15° Passio sanctarum virginum Agnetis et Emeren-

tianae, quae passae sunt in civitate Roma sub Sympronio praeside, die XIII kalendas februarias (fol. 86r-90r).*

16° Passio sanctorum Fructuosi episcopi, Augurii et Eulogii diaconorum, qui passi sunt Terracona sub Valeriano et Aemiliano et Tusco Bassoque consulibus, die XII kalendas februarias (fol. 90r-91v).*

17° Passio sancti ac beatissimi Vincentii levitae martyris Christi, qui passus est Valentia in civitate sub Daciano praeside, die undecimo kalendas februarias (fol. 91v-95v).

Propius accedit ad Passionem editam *Anal. Boll.*, tom. I, p. 263-70.

18° Passio sanctorum martyrum Babylae episcopi et trium puerorum, qui passi sunt in civitate Antiocia sub Numeriano imperatore, die VIIII kalendas februarias (fol. 95v-99v).*

19r Passio sancti ac beatissimi martyris Thyrsi et comitum ejus, qui passi sunt apud Nicomediam civitatem sub die quinto kalendas februarias (fol. 99v-109r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Jan., tom. II, p. 824-32.

20° Passio sanctae ac beatissimae Agathae virginis et martyris Christi, quae passa est in civitate Sicilia in urbe Catanensium sub Decio imperatore, die nonas februarias (fol. 109r-112v).*

21° Passio sanctae Dorotheae virginis et comitum ejus, quae passa est in provincia Cappadociae apud Caesaream civitatem sub Sabricio praeside, die septimo idus februarias (fol. 113r-117r).*

22° Passio sanctae Eulaliae, quae passa est in civitate Barcinona sub Daciano praeside, die pridie idus februarias (fol. 117r-118v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Febr., tom. II, p. 577-78.

23° Passio sanctorum martyrum Timothei et Maurae,

qui passi sunt sub Adriano praeside, die II idus februarias (fol. 118v-122r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Maii, tom. I, p. 376-79, stilo satis diverso.

24° Passio sanctorum martyrum Pantaleonis et comitum ejus, qui passi sunt Nicomedia in civitate sub Maximiliano imperatore, die XI kalendas martias (fol. 122r-130r).*

25° Passio sancti ac beatissimi martyris Nicephori, qui passus est in partibus orientis, die kalendas martias (fol. 130r-131v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 9 Febr., tom. II, p. 283-85, non paucis lectionibus variantibus.

26° Passio sanctorum martyrum Emeterii et Celidonii, qui passi sunt Calagurrae in civitate, die V nonas martias (fol. 131v-133v).

Ed. ibid., ad d. 3 Mart., tom. I, p. 231-32.

27° Passio sanctorum martyrum innumerabilium Caesaraugustanorum, quorum corpora sita sunt ante ecclesiam quae nuncupatur sancta Sanctorum, qui passi sunt sub Daciano* praeside pro Domino nostro Jesu Christo (fol. 133v-136v). * *cod.* Datione.

Ed. ex hoc cod. ibid., ad d. 3 Nov., tom. I, p. 643-49.

28° Passio sanctorum martyrum Christi Secundi et Martiani, qui passi sunt sub Sabricio praeside, die III° kalendas aprilis (fol. 136v-141r).

Ed. ibid., ad d. 30 Mart., tom. III, p. 800-4.

29° Passio sancti ac beatissimi Agacii martyris Christi, qui passus est sub Martiano consulari, die III° kalendas apriles (fol. 141r-142v).

Ed. ibid., p. 904-5.

30° Passio beatissimorum martyrum Chrysogoni, Agapae, Chioniae et Irenae* trium sororum, qui passi sunt sub Diocletiano imperatore, die IIII° nonas apriles (fol. 142v-148r).* * *cod.* Terenae.

31° Passio beatissimae Theodosiae, quae passa est

in civitate Caesarea sub Urbano praeside, die III nonas apriles (fol. 148r-153v).*

32° Passio S. Victoris martyris Christi, qui passus est in provincia Gallecia in civitate Bracara, die II idus apriles (fol. 153v).

His paucis verbis enarrata : *Victorius, qui pro detestatione idoli..., sicut a gentibus vocabatur, cum statuam ipsius exornatam, quam flumine civitatis nomine Alisttii multitudo gentilium deducebat, omni faece sordium obruisset, comprehensus est et ductus est ad praesidem, christianum se confitens, decollatus est post tormenta; et quia catechuminus erat, tali in Christo sanguinis baptismate coronatus, per gratiam ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui est super omnia Deus gloriosus in saecula saeculorum.*

Cfr. *Act. SS.*, ad d. 12 April., tom. II, p. 78-79.

* *cod.* Tassiae.

33° Passio sancti Eleutherii episcopi et Antiae* matris ejus, qui passi sunt Roma, die XIIII kalendas maias (fol. 153v-157r).

Ed. ap. Mombritium, tom. I, fol. 250r-51v.

34° Transitus sancti Philippi apostoli in civitate Hierapoli provincia Asiae, die VI nonas maias (fol. 157r-v).*

35° Passio sancti Georgii martyris Christi, qui passus est sub Daciano praeside die VIII kalendas maias (fol. 157v-158v).

Inc. *In temporibus illis facta est persecutio adversus christianos et ecclesiam Dei, et cum excitasset diabolus regem quendam nomine Datianum, jussit proponi omnia genera tormentorum, ut si quis noluisset negare Christum...*

36° Vita vel obitus sanctorum Torquatus, Tysefons, Ysicius, Indalecius, Eufrasius, Secundus, Cecilius, quod est ipsas kalendas maias (fol. 158v-160r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Maii, tom III, p. 444. Praefixus est prologus locis communibus constans. In fine add. miraculum, quod legesis infra in Appendice.

37° Passio sanctae ac beatissimae Salsae virginis et martyris Christi, quae passa est sub die VI nonas maias (fol. 160r-165v).

Ed. supra, tom. I, p. 344-52.

38° Lectio ex [hi]storia ecclesiastica de inventione sanctae crucis, quam repperit Helena augusta die quinto nonas maias (fol. 165ᵛ-168ᵛ).*

39° Passio sancti Judae episcopi, qui cognominatus est Quiriacus, qui crucem Domini invenit et passus est sub Juliano rege, die IIII nonas maias (fol. 168ᵛ-172ʳ).*

40° Passio sancti Isidori martyris Christi, qui passus est in Alexandria sub Decio imperatore, die II idus maias (fol. 172ʳ-173ᵛ).

Eadem referens quae Acta graeca ed. *Act. SS.*, ad d. 15 Maii, tom. III, p. 449-51 ; magis tamen discrepat in fine.

Inc. *Martyrium autem ejus sic fuit. Jussio quidem dum fuisset ut exirent naves ad Alexandriam civitatem, in quibus et militia jussa fuit esse, militabat enim et beatissimus martyr Isidorus. Qui usque ad perfectum agonem militavit in Domino nostro Jesu Christo, perseverans in ejus praeceptis, quae praedicata sunt a prophetis.*

Finis Passionis. *Gaudio enim repletus martyr veniebat ad occisionem tamquam agnus innocens. Pervenit in quodam loco qui vocatur Principatio, ubi et stat arbor olivae ; et figens genua sanctus orabat dicens : « Benedico te, Domine Jesu Christe, quia hodierno die suscipies spiritum meum. » Et haec dicens, cum vidisset omnes tremore perfusos ac lacrimantes stare aspicientes, extendens cervicem consummatus est. Amonius quidam, proximus suus, colligens corpus sanctum ejus, fodiens foveam in locum quasi fere miliario uno de civitate Cio, qui interpretatur latine civitas Nivearis, condivit terrae diligenter corpus sanctum ejus. Spiritum autem ejus adsumserunt angeli, conlocantes in regna caelorum. Amonius enim et ipse, festinans in civitate quae dicitur Zico, et ipse agonem martyrii complevit sicut adfortis athleta. Passus est enim sanctus ac beatissimus martyr Isidorus pridie idus maias, sub consulatu Gabii et Vulpianii, Decii imperatoris imperio.*

41° Passio sancti Baudelii * martyris Christi, qui passus est die tertio decimo kalendas junias (fol. 173ᵛ-174ʳ).

* *cod.* Bauduli.

Brevissima Passio, unde desumpta videtur Passio prolixior ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Maii, tom. V, p. 195*-96*.

42° Passio sancti martyris Mantii, qui passus est a Judaeis die XII kalendas junias (fol. 174ʳ-176ʳ).

Ed. ibid., ad d. 21 Maii, p. 33-34.

43° Passio sancti ac beatissimi Adriani atque Nataliae et comitum ejus, qui passi sunt in civitate Nicomedia sub Maximiano imperatore, die XVI kalendas julias (fol. 176r-184v).*

44° Passio beatissimorum martyrum Gervasii et Protasii, qui passi sunt in Mediolanensium urbe sub Astacio praeside, die XIII kalendas julias (fol. 184v-187r).*

45° Vita vel passio sancti Pelagii martyris, qui passus est Cordoba civitate sub Abdirrahaman rege, die V kalendas julias (fol. 187r-189v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Jun., tom. V, p. 206-8.

46° Passio sanctae Julianae virginis et martyris Christi, quae passa est in Nicomedia civitate sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus, die III kalendas julias (fol. 189v-194r).*

Omissa est prima phrasis et multae occurrunt lectiones variantes.

47° Passio sanctorum apostolorum Petri et Pauli, qui passi sunt Romae sub Nero caesare, die IIIo kalendas julias (fol. 194r-200v).*

Epistola Pseudo-Marcelli.

48° Passio sanctorum apostolorum Petri et Pauli, qui passi sunt Romae sub Nero caesare, die IIIo kalendas julias (fol. 200Av-200Bv).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 193r, col. 2 med. - 200v.

* *cod.* Lucidiae. * *cod.* Ancelae.

49° Passio beatissimorum martyrum Luciae * virginis Christi et Auceiae * regis barbarorum et aliorum de populo civium Romanorum, qui passi sunt II kalendas julias (fol. 200Bv-200Er).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Jun., tom. V, p. 13-14. Aliquantum discrepat lectio codicis ab ed. initio, sed magis in fine : prolixior enim est in enarranda martyrum nece.

50° Passio sanctorum apostolorum Simonis et Judae, qui passi sunt die kalendas julias (fol. 200Er-202v).*

51° Passio sancti ac beatissimi martyris Christophori

et comitum ejus, qui passi sunt in civitate Antiocia sub Decio caesare, die VI idus julias (fol. 202v-208v).

Valde affinis Passioni editae graece *Anal. Boll.*, tom. I, p. 122-48. Attamen altera ex altera concinnata non videtur. Itaque in animo nobis est et textum hunc latinum mox edere inter *Analecta Bollandiana*.

52° Passio sanctae Felicitatis cum septem filiis suis, qui passi sunt die sexto idus julias (fol. 208v-209v).*

53° Passio sanctae ac beatissimae Martianae virginis et martyris Christi, quae passa est sub Budario Judaeo, die V° idus julias (fol. 210r-211r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 9 Jan., tom. I, p. 569.

54° Passio sanctarum virginum et martyrum Justae et Rufinae, quae passae sunt Spali in civitate sub Diogeniano praeside, die XVI kalendas augustas (fol. 211r-212v).

Ed. ibid., ad d. 19 Jul., tom. IV, p. 585, numm. 10, 11.

55° Passio sanctae ac beatissimae Marianae virginis et martyris, quae passa est in campo Limiae, quae est sub urbe Armeniae, sub Olibrio praeside, die XV kalendas augustas (fol. 212v-217r).

Scilicet compendium Passionis sanctae Margaretae.

56° Passio sancti ac beatissimi Sperati et comitum ejus, qui passi sunt Carthagine in civitate sub Saturnino proconsule, die XIII kalendas augustas (fol. 217r-218r).

Ed. ex hoc codice ap. Aubé, *Étude sur un nouveau texte des actes des martyrs Scillitains* (Paris 1881), p. 36-39.

57° Passio sancti ac beatissimi martyris Victoris Massiliensis, qui passus est sub Asterio praeside, die undecimo kalendas augustas (fol. 218r-221r).*

58° Vita vel transitus sanctae Segulinae confessoris Christi, die VIIII kalendas augustas (fol. 221r-230r).

Eadem quae jam occurrit in cod. N. A. 239 (supra, p. 447, 1°), sed hic magis integra. Vid. infra, Append.

59° Passio sancti ac beatissimi Bartholomaei apo-

stoli, qui passus est sub rege Astriage in India quae ad Parthos tendit, die VIIII kalendas septembris (fol. 230r-234r).*

60° Passio beatissimi martyris Cucufatis, qui passus est Barcinona in civitate sub Maximiano imperatore et Galleno praeside, die VIII kalendas augustas (fol. 234v-236r).

Ed. ap. Surium, ad d. 25 Julii (p. 298), sed stilo diverso. Om. prologus.

61° Passio sanctae ac beatissimae Christinae virginis et martyris Christi, quae passa est in provincia Tyri sub judicibus Urbano, Dion et Juliano praeside, die VII kalendas augustas (fol. 236v-241v).*

* sic. Inc. *In temporibus illis erat quidam* * *sancta et sacra Dei puella de Tyro, nomine Christina, timorem Dei habens in virginitate ejus custodienda.*

62° Passio sancti ac beatissimi Felicis èpiscopi et martyris Christi, qui passus est in civitate Nola sub Martiano praeside, die VI kalendas augustas (fol. 241v-244v).

Ut in cod. 5306 (supra, tom. II, p. 57, 113°). Mutila fine, foliis avulsis.

63° [Passio sanctae Mariae ancillae] (fol. 245r-248r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 201-6. Acephala inc. *rebelles gladio ultore* (num. 4 p. m.).

64° Passio sancti ac beatissimi martyris Fabii, qui passus est sub Diocletiano et Maximiano consulibus, die pridie kalendas augustas (fol. 248r-252r).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. IX (1890), p. 123-34.

65° Passio beatissimi martyris Felicis, qui passus est sub Datiano praeside in civitate Gerunda die kalendas augustas (fol. 252r-255r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Aug., tom. I, p. 25-28.

66° Passio sanctorum martyrum Macchabeorum, qui passi sunt cum presbytero nomine Eleazaro sub Antiocho rege, die kalendas augustas (fol. 255r-257r).

Libera interpretatio narrationis sacrae Scripturae.

67° Passio sanctorum martyrum Justi et Pastoris, qui passi sunt Compluti in civitate sub Datiano praeside, die VIII° idus augustas (fol. 257r-258r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Aug., tom. II, p. 154.

68° Passio beatissimi martyris Christi Mammetis, qui passus est Caesarea Cappadociae sub Alexandro praeside, die VII idus augustas (fol. 258r-261v).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 69r-70v.

69° Passio sanctorum martyrum Xysti episcopi et Laurentii archidiaconi et Hippolyti ducis, qui passi sunt in urbe Roma sub Decio caesare, die IIII idus augustas (fol. 261v-263v).

Constat laciniis repetitis a triplice Passione.

70° Passio sanctorum martyrum Chrysanti et Dariae, qui passi sunt Roma sub Numeriano imperatore, die idus augustas (fol. 263v-271r).*

71° Passio sancti Privati episcopi martyris, qui passus est die XII kalendas septembres (fol. 271r-273r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Aug., tom. IV, p. 439-40.

72° Passio beatissimorum martyrum Christi Claudii, Asterii, Neonis, Domninae et Theonillae*, cum infante, qui passi sunt in civitate Egea sub Lysia praeside, die X kalendas septembres (fol. 273r-274v).

* *cod.* Teomile.

Ed. ibid., ad d. 23 Aug., p. 571-2.

73° Passio sancti ac beatissimi Genesii martyris Christi, qui passus est in civitate Arelate, die VIII° kalendas septembres (fol. 274v-275v).*

74° Passio sanctorum martyrum Victoris et Coronae, qui passi sunt die VII° kalendas septembres (fol. 275v-278r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Maii, tom. III, p. 266-68.

75° Passio sancti ac beatissimi martyris Victoris, qui passus est [Caesareae] sub die VII° kalendas septembris (fol. 278r-279v).

Inedita, ut videtur. Vid. infra, Append.

76° Vita vel obitus sancti Augustini episcopi et confessoris Christi, qui obiit die quinto kalendas septembres (fol. 279v-286r).*

Fragmenta ex Vita auctore Possidio.

77° Passio trium virginum sanctarum Fidei, Spei et Caritatis, et matris earum Sophiae, quae passae sunt in urbe Roma, die III° kalendas septembres (fol. 286r-291v).

Inc. prol. *Cumque evangelicis sermonibus inluminatio esset in universa quae sub caelo est terra, et per Jesum Christum salvatorem nostrum beneficio totius naturae humanae cuncti crederent Deo omnipotenti et perfectae fidei susciperent sacramentum, separarentur autem a simulacrorum servitute ac seductione immundorum spirituum,..*

Inc. Vita. *Mulier quaedam, nomine Sofia, genere illustris, dives valde, adveniens Romae simul cum filiabus tribus decorissimis, festinaverunt accipere signaculum salvatoris nostri Jesu Christi. Erudierat enim eas mater docens pietatem rectam, et proficiebant adulescentulae valde in sapientia et gratia Dei.*

Cfr. cod. 5306 (tom. II, p. 54, 95°).

78° Passio sancti Felicis episcopi [Tubizacensis] et martyris Christi, qui passus est sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus, die III° kalendas septembres (fol. 291v-292v).*

Convenit cum editione Ruinartii, non paucis tamen lectionibus variantibus.

79° Passio sancti ac beatissimi martyris Cypriani episcopi, qui passus est Carthagine in civitate die XVIII° kalendas octobres (fol. 292v-294r).*

Acta proconsularia.

80° Passio sanctae ac beatissimae Euphemiae virginis, quae passa est in civitate Calcedona, die XVI° kalendas octobres (fol. 294r-298v).*

81° Vita vel passio sanctorum martyrum Christi Justinae virginis et Cypriani episcopi, qui passi sunt in civitate Damasco sub Eutulmio comite, die XIIII° kalendas octobres (fol. 298v-302r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Sept., tom. VII, p. 217-19.

82° Passio sanctorum cujus supra (fol. 302r-304r).

Ed. ap. Martene, *Thes. Nov. Anecd.*, tom. III, p. 1646-50.

83° Passio sanctae ac beatissimae Candidae virginis et martyris Christi, quae passa est sub Maximiano imperatore, die XII° kalendas octobres (fol. 304v-306v).

De qua majores nostri inter praetermissos ad d. 20 Sept., tom. VI, p. 104. Passio autem hic descripta est Passio SS. Faustae et Evilasii, ed. *Act. SS.*, ad hanc eandem d. 20 Sept., p. 144-46. Itaque videtur omnino Candida haec eadem esse cum sancta Fausta, quae et sub illo nomine honorata fuerit.

84° Passio sancti Matthaei apostoli et evangelistae, qui passus est die undecimo kalendas octobres (fol. 306v-310r).*

Omm. passim nonnulla.

85° Passio sanctorum ac beatissimorum martyrum Agaunensium, qui passi sunt sub Maximiano imperatore, die X° kalendas [octobres] (fol. 310r-312v).*

86° Inventio vel dedicatio sancti Michaelis archangeli, quae est III kalendas octobres (fol. 312v-314v).*

87° Passio sanctorum martyrum Christi Verissimi, Maximae et Juliae, qui passi sunt Olisipona in civitate, die kalendas octobres (fol. 314v-315v).

Ed. supra ex cod. 3809 A (tom. I, p. 352-53).

88° Passio sanctorum martyrum Christi Sergii et Bacchi, qui passi sunt in Eufratesiam regionem in castello quidam* nomine Barbalisso sub Maximiano imperatore et Antiocho duce, die nonas octobres (fol. 315v-321v).* * *sic.*

Alia versione. Inc. *Ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi anno ducentesimo septimo decimo, Maximiano tyranno regnante, multo tenebatur errore hominum genus. Lignis enim et lapidibus adorabant, immolabant et de immolaticiis degustabant. Nolentes autem hoc facere tormentis amarissimis affligebantur.*

89° Passio sanctissimi Dionysii, qui a loco Ariopagita... (fol. 322r-323v).*

Auctore Hilduino. Initium tantum descriptum est.

Appendix ad cod. N. A. 2179.

Miraculum in festivitate SS. Torquati et sociorum (Cfr. supra, p. 480, 36°).

Sed illud pallio silentii operire non debemus quae tam praeclara Domini miracula in ipsorum anniversaria piis et fidelibus sanctorum meritis operatur usque in hodiernum diem. Haec quae narramus, cuncti scimus, et ipsi persecutores Ecclesiae perfidorumque cultores verum agnoscunt. Est ibidem ante fores ecclesiae ab ipsis sanctis radix oliva modica posita, tantaque in ea a Domino ubertas gratiae concessa est ut in vespera ipsorum sanctorum ingrediente natale plus floribus vernatur quam foliis operta videtur. Mane vero ex ipsis floribus omnis conventus qui pia devotione advenerit et sanctorum veneratus patrocinia, seu totiens gentilitatis multitudo haereticorum perversorumque dogmatum occurrentium, tam perfactas* et tam ubertas* olivas maturatas omnique pulchritudine adornatas vindemiant, vel ut certis temporibus et ita omnes fideles, prout unusquisque, seu infideles, colligere valent, deportant. Quis enim valet dicere copia de multitudinis hujus fructus? Cujus in unum si colligere fas fuisset, plurimum poterunt numerum complere cophinorum olivarum, praestante Domino nostro Jesu Christo, qui martyres et confessores suos suscepit in pace et glorificavit in virtute, cui est una cum Patre potestas indivisa et coaequalis essentia in unitate Spiritus sancti in saecula saeculorum Amen.

* *sic.*

Vita sanctae Segolenae (1) (Cfr. supra, p. 483, 58°).

Vita vel transitus [1] sanctae Segulinae confessoris Christi, [2] die VIIII kalendas augustas.

1. Ad conversionem [1] seu correctionem [2] mortali[s] [3] humani generis multa [4] prosunt exempla bonorum, pro quibus aedificatur homo, varias sectando virtutes. Si enim praecepta Domini deessent [5], pro lege nobis exempla sufficerent sanctorum [6]. Hoc a saeculis egit rerum salvator aeternus, ut famulorum suorum et famularum fama bonaque futurae memoriae commendaretur, per quam venturus soboles copiosius gloriaretur. Denique tantae matris nostrae Segulinae adgredimur texere gesta. Erit enim nostrorum arbiter doctorum virtutum largitor immensus, qui et munera vitae perennis gratiae suae dona largitus est.

Tit. — [1] beatissimae *add.* 2. — [2] sub *add.* 2.
Num. 1. — [1] conversationem 1. — [2] correptionem 1. — [3] *codd.* mortali. — [4] *ita codd.* — [5] (D. d.) d. D. 2. — [6] (e. s. s.) sanct. ex. suff. 2.

(1) Ex codicibus N. A. 2179 (1) et 259 (2). In utroque codice Vita admodum barbaro stilo descripta vel conscripta legitur.

2. Igitur beatissima Segulina fuit ex urbe Albigense [1], natalibus quidem nobilis, sed religione sancta plus nobilior. Quae cum suis parentibus brevi commanens tempore, dum ab ipsis rudimentis infantiae studiis et laboribus sanctisque intenta esset, opera bona sexui instituta exerceret, juncta est matrimonio, anno-
5 rum circiter duodecim, sublimi viro genere divitis moribusque bonis, Gildulfo [2] nomine, sortita est conjugale. Erat enim et in saeculo nobilissima et in Christi amore dedita, sicque more Sarae suo oboediebat viro ut non inveniretur, in quantum est possibile, inoboediens Conditori. Sacerdotum consilia, quos religio sancta claros reddebat, salutis suae utilia semper requirebat, mandata Dei stu-
10 diose [3] observans [4], ut in ea videretur compleri scriptura [5] quae dicit : *Deum time et mandata ejus observa.*

3. Transeunte igitur spatio temporis, jam beatissima prae caritate Dei reppulerat a se amorem carnis, fervensque in Spiritu sancto, desiderabat in castitate Deo placere [1]. Ex Dei quippe mandato, suum volens lucrare virum, secundum
15 hoc quod scriptum est : *Dilige proximum tuum tamquam te ipsum*, simplici hortamine ut potebat suadebat eum, ut conversationis gratiam [2] et continentiae virtutum haberent mercedem convertendi, ut in una conjuncti carne, unius honoris et dignitatis gloriae haberentur ambo ; accensaque Spiritu sancto, sic ait ad virum suum : *Scio te, domine meus, libenter audire quae sancta*
20 *sunt. Paulisper aurem adcommoda ad meos sermones, ut nosti* [3] *veritatem, quam sapientis animus non recusat.* Et adjecit dicens : *Memento quod sumus caro fragilis et pulvis futurus. Cogitemus ergo ne vita nostra obligata a peccatis nostris remaneat, ut in diem judicii nos sine confusione videamus.* Subjunxit tamen et dixit : *Voluptatibus carnis dele-*
25 *ctati, per inlicita cecidimus defluendo. Modo tamen a licitis etiam nosmetipsos restringendo resurgamus. Scriptum est enim : Tempus breve est, in proximo* [4] *est. Reliquum est ut qui habent uxores tamquam non habentes sint. Recordare enim prophetae dictum, ubi ait : Tempus amplectendi, et tempus abstinendi manus a complexui. Quid nobis et volu-*
30 *ptati* [5] *carnis, quae in breve* [6] *peri[b]it ? Adulescentia enim et voluptas carnis omnia vana sunt, in proximo quidem* [7] *pertranseunt.* Sicque dixit : *Confiteamur humiliter et uno consensu, sicut docet Apostolus* [8] *: Confitemini peccata vestra, dum paenitentiae satisfactio et oris confessio apud Deum grata est. Potens est ille clementer ignoscere, qui latroni*
35 *confitenti veniam procul dubio dedit.* Vir ejus, dum haec audiens, putabat se joci causa aliquid tali dicere [9] ; sed tamen admiransque excellentis desiderium ejus. Et ait ad eam [10] anxius atque maestus, sic taliter adlocutus, dicens : *Et haec*

Num. 2. — [1] Abegense 2. — [2] Gidulfo 1. — [3] (D. s.) destudiose 1. — [4] servabat 2. — [5] scripta 2.

Num. 3. — [1] (D. p.) p. D. 2. — [2] gratiae 2. — [3] nostis 2. — [4] proximum 2. — [5] voluntati 1, voluptate 2. — [6] brevi 2. — [7] omnia 2. — [8] dicens *add.* 2. — [9] diceret 2. — [10] eum 2.

verba fidelissima sunt ac vera, quibus me monis. Si vera sunt, audire enim semper te [11] *volo, et quidquid aliud mihi praecipis, facere paratus sum. Attamen ea quae modo dicis nequeor adimplere.* Sed iterum adjunxit dicens : *Non tristeris in verbis meis, quae tibi dixi. Adhuc paululum commoremur simul ambo, et voluntatem Dei probemus. Non abnegabit* 5 *nobis quod plurimis conlatum* [12] *est, qualiter suae regalitati placeamus. Ita sic fiat.* Ad haec illa respondit : *Occasiones quaeris, ne praestare velis quod peto tibi.* Tunc vero devota et felicissima [13] femina [14] cum cordis humilitate ejus se prostravit pedibus et cum multis blandimentis mulcebat animum viri sui, ut mortificata membra sua Deo offerrent et hac* inviolatum statum castitatis ser- 10 varent Dei mandatum. Subjunxit enim beatissima femina et dixit : *Omnem hominem continentia castitatis proximum Deo reddet. Eos enim exspectat gloriosa vita in quibus fuerint laboriosa certamina. Declinemus enim a via prava, per quam multos repperimus occidisse. Quod si propter parvi temporis luxuriam carnis obsecundare nitori* [15] *pudicitiae* 15 *refutamus* [16], *videamus nos si evadere ruinam possimus quae ad inferni deducit valvas* [17]. *Cavendum nobis est, quia jamdudum est quod tecum sermocinamur, ne te offendat verbositas nostra.* Hujus ergo dicta vir ejus audiens, cum esset in adulescentiae [18] vigore, torquebat eum amor carnis moriturae. Dolebatur enim ei, et satis arduum atque difficile ei erat tantae solaminis 20 conjugii perdere. Ob hoc valde refutabat [19] praebere consensum.

4. Sed illud non est silendum quod ei Dominus ad gloriam nominis sui praestitit. Eo tempore cum vir ejus pro [1] conjunctione carnis servire non voleret pudicitiae, ilico illa ingemiscit et plangit, quia frustra ei sacros sermones praemittens, lucrifacere [2] eum Domino non posset [3]. Tunc vero beatissima more supplicantis [4] 25 sua eum adflagitat voce [5], dicens : *Obsecro te, domine meus, ut mihi secundum desiderium meum crebrius visitare sanctorum loca licentiam tribuas. Satis enim inlustrissimum* [6] *sanctorum sacra venerare loca.* At ille, cum aliter facere non posset [7], quia diligebat eam valde et ejus voluntati parebat libenter, respondit dicens : *Fac quod placet tibi bonum.* Tunc autem famula 30 Christi, favente Domino, absoluta est a viro suo, ut ex [8] illa hora et tempus licentiam haberet orandi atque spatium vigilandi in ecclesia sancta sive etiam jejunandi. Post haec Dei cultrix, amore caelestis patriae succensa, pro reprimendis vitiis carnis suae orationibus, vigiliis et abstinentiae jejuniis magis ac magis se freno constringebat. Deinde, quia dives erat et locuplex matrona, elemosynas 35 cotidie pauperibus erogabat, et ne dationis [9] lumen in transitoria vita vel laude

— [11] (s. te) te s. 2. — [12] conlatus 1. — [13] fidelissima 2. — [14] protinus *add.* 2. — [15] nitimur 2. — [16] repputamus 2. — [17] valeas 2. — [18] adulescentia 1. — [19] reputabat 2.

Num. 4. — [1] (pro-pudicitiae) nolebat ad religione sanctitatis convertere 2. — [2] lucrificare 2. — [3] possit 2. — [4] supplicante 2. — [5] vocem 2. — [6] est *add.* 2. — [7] possit 2. — [8] (ex - haberet) deinceps hab. lic. 2. — [9] damnationis 2. —

* *sic.*

exstingueret, occulte operabatur hanc ipsam elemosynam largiter, ut de sinistra parte transiret ad dexteram, sicut sacra testatur Scriptura : *Nesciat sinistra quid faciat dextera tua*. Quando [10] vero nocturno tempore se cum viro suo in lectulo conlocasset, facto [11] silentio egrediebatur e lectulo suo et induebat se vilissimo habitu, et adsumptoque secum paucorum consortio [12], propter sanctorum veneranda loca [13] semper frequentabat. Dum ingressa fuisset in loca sancta, secundum [14] consuetudinem [15] vigilandi quod jam [16] ibidemque in orationibus et in vigiliis pernoctabat, et cum lacrimis et suspiriis Dominum deprecabat ut per sanctorum interventu [17] Dominus desiderium [18] ejus dignaretur [19] adimplere [20]. Omnibus tamen diebus dominicis specialiter coram omnibus [21] Domino adhaerebat, semper ad ecclesiam discurrebat. Nam et dum festivitates sanctas Domini vel quorumlibet sanctorum [22] adpropinquarent [23], antea semetipsam [24] ante plures dies jejuniis, vigiliis adsiduis et elemosynis cum lacrimis et suspiriis constringebat et semper locis sanctis intererat, et diuque ibi cum multis lacrimis et gemitu interno cordis omnipotentis Domini misericordiam provolutis genibus exorabat, et nihilque sibi putans esse ad impetrandum a Domino denegandum [25] confidens, deprecabatur Dominum ut suae voluntati concederet perfectum pudicitiae castitatis donum et coeptique [26] consilii sui opera perficeretur, petebat semper Dominum, qui dixit : *Omnia quaecumque orantes petieritis* [27], *credite quia accipietis, et veniet vobis*. Itaque tamdiu per anni circulum lugens et [28] flens atque in orationibus et suspiriis cordis sui et vigiliis cum jejuniis permansit, donec pietas virtutis Domini et aeternitas puraeque sinceri cordis [29] ejus [voluntati] [30] concederet auxilium suum sanctum.

5 [1]. Denique dum quadam [2] nocte simul in unum commaneret cum viro suo, eodemque momento temporis vir ejus, sua consuetudine usus, secundum carnis suae desiderium complexatus est illam ut conjugem suam ; sed jam non erat illa sua conjux, sed sponsa Christi. Ancilla vero Christi dum hoc sensit, ait ad virum suum : *Recede a me, homo ; Dominus praesens est. Tu autem me non mutabis a sancta conversatione*. Et statimque divina jussit potentia, ita ut in illa hora omnis igniculus carnis luxuriae viri illius abscisus est ab illo, tamquam si sexum virilem secundum carnem non haberet in corpore suo. O rectum judicium Dei, ut qui carnis pudicitiae continentiam voluntarie non volebat abstinere, a divina clementia carnis suae motibus privatus est. Tunc autem vir ille admiratus tristisque factus est, et jam tunc intellexit vir ille quia divina Dei virtus erat in ancilla Christi. Et benedictus est semper Dominus, quia quacumque hora voluerit animus hominis bonus, et Dominus adimplet voluntatem ejus in bonis [2].

[10] (Quando - conlocasset) Nocturno vero tempore 2. — [11] que *add.* 2. — [12] puellarum *add.* 2. — [13] que *add.* 2. — [14] quod jam *add.* 2. — [15] fecerat *add.* 2. — [16] (q. j.) *om.* 2. — [17] *ita codd.* — [18] desiderii 2. — [19] dignaret 2. — [20] voluntatem *add.* 2. — [21] omnes 2. — [22] festivitates *add.* 2. — [23] adpropinquabat 2. — [24] semetipsa 2. — [25] (a. D. d.) *om.* 1. — [26] conceptique 2. — [27] *om.* 2. — [28] *om.* 2. — [29] cordi 1. — [30] *vox suppleta ex conjectura.*

Num. 5. — [1] II *add.* 1. — [2] (quadam - voluntatem ejus in bonis) diebus et

Tunc autem beatissima Christi famula dedit Deo caeli gloriam laudis cum nimia gratulatione, quia Dominus eam eripuerat [3] a complexu carnali viri sui [3]. Et jam [4] tunc ex illa hora [5] omnibus diebus vitae suae quod vixerunt ambo in carne hujus vitae [6], protegente divina clementia, casto vixerunt pudore : mutatur uxor in sororem [7] et vir in fratrem ; sed non quod ille voluerat, sed quod sponsa Christi Domino Jesu Christo [8] in orationibus petierat. Ita Domini [9] potentia adimplevit voluntatem ancillae suae. Et ex tunc vir ille jam cum Christi famula coepit vivere in vigiliis, in orationibus vel in castitate [10] et in omni opere bono. Erat nempe beatissima femina [11] in omnibus operibus bonis Domini, faciens semper misericordias in omnes homines omnique tempore hospitalitatem omnibus offerens. Et ipsa suis manibus dabat aqua manibus sive pedes lavabat [12] ; et cui non occurrebat pedes lavare manibus suis, famulis suis praecipiebat adimplere officium servitutis oboedientiae a sui persona, illa tamen veniam petebat hospitibus et manibus suis calicem vini hospitibus post pedes lavatos offerebat [13]. Ad cujus famam laudabilem per omnem provinciam devulgatam, undique pauperes, undique monachi servi Dei et peregrini de diversis regionibus ad Christi famulam veniebant. Quos illa pro divino Dei amore gaudens et laeta suscipiebat et secundum Domini praeceptum, sicut jam supra diximus, non solumque [14] pedes lavabat, sed manibus suis diversis escis deliciosis et delicatis [15] eos reficiebat, et quaeque iterantibus victum substantiae necessarium erat, laeta omnibus distribuebat, quia sciebat dictum Apostoli, ubi dicit : *Hilarem enim* [16] *datorem diligit* [17] *Deus*. Quae tamen ne parvum meteret, plurimum et plurimum seminabat [18], ex praecepto Domini, qui dicit : *Quaecumque vultis ut vobis faciant homines* [19], *et vos facite illis*. Ancilla autem [20] Christi, secundum hanc sententiam Domini, omnia complebat servitutis officia caritatis. Quae [21] tamen famula Christi, divinae praeceptionis operaria, circa loca sanctorum faciebat, quis poterit narrare ? Nam omnem ambitionis suae vestimentorum ornamenta, quicquid nobilia habere potuit, devotissima mente [22] et sincero cordis sui desiderio per omne loca sanctorum venerabilia oratoria [23] manibus suis offerebat, et ubi non accedebat, manibus suis aptata vel composita per famulos suos dirigebat. Haec modo ornabat sanctorum altaria : ipsum credebat sibi esse retributorem in futura vita aeterna pro cujus amore die noctuque in amore sanctorum semper serviebat.

6. [1] Nec longo quidem tempore defunctus est vir ejus Gildulfus. Interea dum

noctibus Dominum deprecaret ut virum suum Dominus ad sancta religione converteret, pietas regni ejus exaudivit precem ancillae suae, fecit virum suum mente et corpore sanctae religionis bonae voluntatis plenissimum 2. — [3] (eripuerat - sui) dignatus est exaudire 2. — [4] ex *add.* 2. — [5] in *add.* 2. — [6] (c. h. v.) hoc saeculo 2. — [7] sorore 2. — [8] (s. c. D. J. C.) c. s. C. D. (J. *om.*) 2. — [9] Dei 2. — [10] (in c.) sanctitate 2. — [11] intenta *add.* 2. — [12] omnium advenientium *add.* 2. — [13] (p. p. l. o.) o. p. p. l. 2. — [14] solum quia 2. — [15] (et d.) *om.* 2. — [16] *om.* 2. — [17] Dominus *add.* 2. — [18] et *add.* 2. — [19] *om.* 2. — [20] *om.* 2. — [21] quis 1, qui 2. — [22] mentem 2. — [23] ornatilia 2.

Num. 6. — [1] III *add.* 1.

repentino luctu perculsa, amisso viri sui conjugium fleret, plangunt [2] servi dominum [3] et omnis propinquitas ejus, et tota domus [4] erat in luctum. Beatissima autem Dei femina [5] tantumque gratias agebat Domino [6] pro planctu, quod sic Dominus jusserat [7] virum suum ad bonam venire confessionem [7]. Qui [8] tamen beatissima Christi [9] famula sepelivit virum suum diligentissima sepultura. Post cujus obitum elegit sibi monasticam [10] ducere vitam quam [11] aut carnalibus subicere nuptiis aut [11] in propria domo sua vivere cum [12] periculo castitatis [13]. Cui parentes ejus volebant resistere ne ad hanc conversationem sanctam veniret; volebant eam iterum [14] nuptiis terrenis subjugari [15]. Sed illa, qui jam antea [16] cum viro suo nitidissimam [17] castitatis [18] duxerat vitam, ardua mentis incendium [19] sancti Spiritus [20] praetendebat, ut sanctimonialem deduceret [21] vitam, hoc est monasticam [22] disceret disciplinam. Cumque parentes [23] in tanto timore Domini illam viderent ardere, non potuerunt illi contradicere, sed quievit omnis contradictio parentum vel amicorum et sancto ejus desiderio dederunt consensum. Tunc autem beatissima femina Christi exultavit gaudio magno et [24] gratias agebat Domino, quod Dominus jusserat ut parentes ejus vel amici ad ejus consenserunt voluntatem, ut monasticam viveret vitam. Cumque jam absoluta esset a [25] parentibus suis, legationem direxerunt ad pontificem praedictae urbis suae parentes sui [26], ut ipsa, mutata veste laicale, religiosa [27] sancto [28] operiret vestes et sanctis benedictionibus Domini servitio castitatis ipsam [29] consecraret. Qui tamen pontifex civitatis eorum agnita veritate [30], dum venit, abstulit ab illa habitum saecularem [31], et manu posita super [32] caput ejus, simul benedictione et veste religiosa Dei servitio castitatis eam consecravit.

7. [1] Cum autem Dei famula, largita sibi a pontifice benedictione [2], domum suam remeasset, coepit peregrinationem desiderare, memor Domini imperii, qui dixit ad Abraham: *Exi de terra tua et de domo patris tui, et vade in terram quam tibi monstravero* [3]. Tunc autem religiosissima cum lacrimis inclinavit se ad genua patris sui, qui et ipse divino culto [4] deditus, vocabatur nomine Grunsico, et accensaque sancto desiderio, his verbis locuta est ad patrem suum, dicens: *Gloriam temporalem vitae* [5] *hujus saeculi et falsas divitias mundi, quae cito transeunt a saeculo isto, pro amore Christi et patria regni caelorum, inspirante mihi Domino nostro, qui omnia* [6] *tribuit diligentibus eum,*

— [2] lugunt 2, *ceteris omissis*. — [3] suum *add.* 2. — [4] ejus plena *add.* 2. — [5] *om.* 2. — [6] Deo 2. — [7] (jusserat - conf.) vir. s. j. ad confessione bona venire 2. — [8] Quid 2. — [9] (b. C.) Dei 2. — [10] monastica 2. — [11] (quam - aut) neque 2. — [12] in 2. — [13] peccati cupiebat 2. — [14] *om.* 2. — [15] resubjugare 2. — [16] (j. a.) a. j. 2. — [17] nitedinis 2. — [18] sincera *add.* 2. — [19] incendii 2. — [20] *om.* 2. — [21] duceret 2. — [22] (h. e. m.) et monascam 2. — [23] ejus *add.* 2. — [24] *om.* 2. — [25] ad 2. — [26] ejus 2. — [27] religiosas 2. — [28] quo 2. — [29] ipsa 2. — [30] *ita codd.* — [31] (h. s.) habitu saeculare 2. — [32] (p. s.) superposita 2.

Num. 7. — [1] IIII *add.* 1. — [2] benedictionem 2. — [3] (t. m.) m. t. 2. — [4] cultu 2. — [5] viae 2. — [6] bona *add.* 2.

derelinquere volo, secundum dictum sancti evangelii, qui ait [7]: *Derelinque omnia quae habes, et veni, sequere me, et ita desidero jugum Christi portare, quod amantibus Christum* [8] *leve est.* Deinde dixit: *Ecce cum vestra conniventia* [9] *honorem saeculi a me projeci, et iterum modo per vestra bona voluntate sociare me in sancto ovile cum sacratissimas* [10] *virgines volo, ut absoluta ab omnibus saeculi tempestatibus vitam meam transeam et pro peccata mea* [11] *plangam, ut ubicumque potuero reperire sanctarum virginum Dei chorum, cum ipsas rectius possim servare mandata Christi.*

8. [1] Audiens haec pater ejus, coepit mirari tanti ignis Domini in illa [2] ardere quod tantum desiderabat Christo Domino placere, qui tangebat arcana cordis ejus. Tunc pater ejus compungitur in corde a Domini clementia, coepit flere, et cum esset jam senex, de suave ejus eloquio et visione [3] prae nimio gaudio quod eam videbat ardere, non se satiabat. Tunc inspirantes illi a Domino, dixit illi: *Noli, filia, noli ambulare in longinquo de loco isto. Sed ego in Christi nomine, et ipsius gratia protegente, conservo monasterium coenobii in loco amoenissimo, ubi transeas vitam tuam.* Erat enim parvula ecclesia Dei in loco qui vocabatur [4] Troglares, et quia amoenissimus locus erat [5], ubi idem [6] pater ejus construivit sanctum coenobium, quia ibidem habebat loca possessionis suae [7]. Et consolabat eam pater ejus et semper hortabat ut in Dei [8] semper confideret pietate [9], qui suum desiderium ad perfectum duceret, qui eam [10] omnino exulem de propria regione [11] non permisit [12]. Eo itaque [13] ancilla Christi pulsare coepit, ut velociter veniret ad desideratissimum locum Troglares [14]; quod et ita, Deo permittente, factum est, quia omni celeritate dereliquit domos proprias, ubi sedule manserat cum viro suo, et egressa cum suis devotis quas [15] jam habebat et cum choro psallentium, Christo Domino duce ad desideratum locum Troglares [16] accessit; quem pater ejus cum nimia humilitate suscepit. Dominus vero, qui fidem et constantiam ancillae suae praevidit, praepositum [17] ejusque [18] bonum perduxit ad quod desiderabat anima ejus. Cum autem ancilla Dei in saepe dictum locum ingressa fuisset cum sociis suis [19], sic ibidem fixit mente et corpore qualiter Christo Domino fide recta et mente devota [20] diebus ac noctibus serviret [21] et ibique solis orationibus [21], vigiliis, jejuniis et elemosynis vacare coepit et ardua mortificatione [22] in suo corpore coepit exercere, et omniumque [23] sanctorum vitam imitando, cunctisque fidelibus bonum exemplum ibidem demonstravit. Qui tamen

— [7] (q. a.) quod dicit 2. — [8] eum 2. — [9] convenientia 2. — [10] Dei *add.* 2. — [11] (p. m.) m. p. 2.

Num. 8. — [1] V *add.* 1. — [2] illam 2. — [3] visionem 2. — [4] (q. v.) ubi vocatur 2. — [5] est 2. — [6] (u. e.) ibidem 2. — [7] (i. h. l. p. s.) l. p. s. i. h. 2. — [8] Domini 2. — [9] pietatem 2. — [10] (q. e.) quia 2. — [11] regionem 2. — [12] exire *add.* 2. — [13] igitur 2. — [14] Troglaris 2. — [15] quos 2. — [16] Troglaris 2. — [17] propositum 2. — [18] *que om.* 2. — [19] (s. s.) suis soc. 2. — [20] *om.* 2. — [21] (serviret - orat.) *om.* 2. — [22] mortificationem 2. — [23] omniorumque 2.

coepit per linguam suam [24] multorum animas ad regni caelorum patriam [25] advitare [26]. Cum autem per orationem et praedicationem ancillae suae Dominus diversorum corda incendisset, congregata[27] sunt ad ipsam non paucas virgines vel viduas, qui diebus ac noctibus cum ancilla Christi in hymnis et canticis
5 Domino in sancta castitate serviebant.

9.[1] Deinde transacti parvi temporis spatium intervallum, elegit ancilla Christi ut suas omnes devotas sacratissimas Dei virgines atque religiosas sanctas, quas Dominus jusserat in unum [2] congregare, secundum priscorum patrum sanctorum instituta regulariter viverent, quod ita et praestitit ancillae suae Dominus Deus,
10 qui voluntatem timentium se semper perficere consuetus est. Nam, sicut dicit Apostolus sanctus, communia omnia nobis [3] erunt. Et ex omni loca [4] vel provincia ad ancillam [5] Christi nobilium liberorum vel etiam [6] ancillarum ad sanctum praepositum [7] monachati concurrebant et pro Christi amore derelinquebant falsa mundi faleramenta et pompas saeculi, et facultates suas abnegabant, sive etiam
15 derelinquebant sponsas, sponsos, mulieres viros suos carnales, et ad Christi gratiam seu [8] servitium [9] convertebant, qualiter una pariter cum Christi famula [10] sanctum pudicitiae castitatis donum servarent. Cum autem jam multitudo virginum devotarum ibidem ad Christi famulam congregatas fuissent, elegit diem ancilla Christi, quomodo se in [11] septas monasterii, ut mos virginum est, deberet
20 recludere. Erat etiam ibidem multitudo plebium devotarum virginum vel viduarum. Omnes gaudent et omnes exultant de ejus glorioso praeposito [12]. Ea quippe die, dequando sanctum religionis sumpsit exordium, coepit esse semper in vigiliis sanctis prompta, in orationibus fixa, in oboedientia festina, in jejuniis adsidua, in laboribus [13] devotissima, in humilitate tamen praecipua, in caritate prae
25 omnibus ardua [14], in elemosynis festina. Memor erat praecepti Domini, qui dixit : *Omnis qui se humiliat exaltabitur*. Tanta quoque pietas caritatis, mansuetudo, modestia, lenitas atque sobrietas sive etiam sapientia Dei abundabat in illam [15] ut etiam per diversas provincias diversitas christianorum omnium ipsam [16] praedicarent tam confessorem, tam timentem Dominum, tam misericordem, tam
30 martyrem [17] vel tantae caritatis plenam, ut etiam multi, qui ejus bonam [18] famam audiebant, omnia vitia mundi [19] derelinquebant, et non solum quia mala dimittebant, sed audiendo ejus bona opera et ipsi ad religionem [20] sanctam per vicos et villas convertebant, ut pariter cum Christi famula aeterna [21] patria vel praemia [22] ante Dominum [23] susciperent.

35 **10.** Diebus sanctae quadragesimae, ut secura atque quieta mente absque aliqua

— [24] (l. s) lingua sua 2. — [25] patria 2. — [26] invitare 2. — [27] congregatas 2.

Num. 9. —[1] VI *add.* 1. — [2] uno 2. — [3] omnibus 2. — [4] *ita uterque cod.* — [5] ancilla 2. — [6] *om.* 2. — [7] propositum 2. — [8] (g. s.) *om.* 2. — [9] servitio 2. — [10] famulam 2. — [11] intra 2. — [12] propositu 2. — [13] labore 2. — [14] in labore devotissima *add.* 2. — [15] illa 2. — [16] ipsa 2. — [17] martyram 2. — [18] bona 2. — [19] (v.m.) m. v. 2. — [20] religione 2. — [21] aeternam 2. — [22] (p. v. p.) *om.* 2. — [23] mercedem *add.* 2.

cura secundum carnem, ut quieta esset et solis orationibus et vigiliis vacaret, ut carnem suam fragilem per abstinentiam et jejuniis domaret, infra monasterio se retrudebat in cellula et ibique pro Dei amore vigiliis, orationibus, jejuniis et taciturnitatibus[1] se macerabat, cum parvo tantum[2] alimentoque persistebat. Nam et panem ordeacium solum sumebat, sed alium nonnisi quem ipsa sibi, more sanctae Radegundis[3], molebat vel coquebat. Potus tamen sola aqua erat illi; pomorum vero valde exigua mensura. Corpori tamen suo cilicium semper interius vestiebat inhaerentem carnis suae, et desuper habebat linteum indutum, ut[4] cilicius ne videretur ab aliis, ut nulla ad vanitatum caput laus sublevaret[5] ipsius, hoc est cor ejus. In his vero memoratis diebus sanctae quadragesimae semper se examinabat. Pugnabat cum scuto jejunii adversus illecebras volubilès[6]; pugnabat cum taciturnitate et lorica fidei[7] adversus temptamenta daemoniorum, quorum incursum ipse Dominus et Salvator noster admonuit, dicens : *Hoc genus non potest superare nisi jejuniis et orationibus*; et nimia abstinentia et patientia marcebat[8] corpus suum et vivificabat animam suam. Sed hoc totum leve portabat beatissima Christi famula pro Christi amore. Nam ex tempore dequando consecrata est Domino, semper vitam suam et disciplinam et discretionem[9] duxit austeram usque in terminum vitae suae, et nisi forsitan nimia adstrictione fuisset adstricta ut solveret jejunium, et tamen dum quis frater advenisset, solvebat pro caritatis donum jejunium[10], et postquam frater egrediebatur, illa jejunium suum adimplebat.

11. Sed haec ancilla Christi fidelis quam prompte[1] et quam devotissima mente hoc in proximis impendebat beneficia caritatis, non est silendum. Nam omnes sorores suas, quando ab aegritudine corporis aliqua retenta erat, illa vero pro amore divino omnem curam de illas portabat, omnes visitabat, et omniorum quaeque necessaria erant administrabat cum nimia veneratione. Nam et deliciosis escis manibus suis reficiebat eas, et sua quaeque hebdomada in religione sancta secundum ordinem regulae, sive in coquina sive quod sancta docet regula, diligentissime cum summo ardore et[2] cordis humilitate[3] libenter omnibus serviebat. Ex praecepto Domini quippe[4] complebat opera misericordiae, et nec tamen alteri se[5] facere credebat nisi illi[6] qui dixit : *Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis*[7], *mihi fecistis*. Inter omne vero illa sancta congregatione virginum devotarum famula Christi et religionis gratiae Dei et regularis sanctae disciplinae cultu et in omnibus omnino humilitatibus[8] oboedientiae prae omnibus illis praecellebat. Illud tamen quod occulte fecit ancilla Christi, proferatur in publico.

Num. 10. — [1] que *add.* 2. — [2] tanto 2. — [3] Radegundes 2. — [4] *om.* 2. — [5] (c. l. s.) l. aliorum c. sublevaretur 2. — [6] guilae 2. — [7] *om.* 2. — [8] marcescebat 2. — [9] discrepationem 2. — [10] suum *add.* 2.

Num. 11. — [1] prompto 2. — [2] *om.* 2. — [3] (c. h.) humilitatis c. 2. — [4] (D. q.) q. divino 2. — [5] hoc *add.* 2. — [6] illo 2. — [7] vestris 2. — [8] humilitatis 2.

12 [1]. Eo itaque tempore duo leprosi, vir cum uxore sua, ambo leprosi [2], aspectu suo nimis horribiles, habentes secum unicam filiam, audita fama bona ancillae Dei, ad ipsam venerunt, ut per Christi famulam sanitatem reciperent. Ad cujus pedes provoluti, rogabant eam [3] ut suis orationibus ab infirmitate sua sanarentur. Ancilla vero Christi respondit eis : *Ille qui dixit* : « *Volo, mundare* », *si vult, potest mundare* [4] *vos. Tamen, si creditis, a Christi Domini nostri potentia recipietis sanitatem.* Cui leprosi responderunt : *Nos in eum credimus in cujus nomine tu te dedicasti, qui est omnium plenitudo virtutum, cui nihil impossibile est, et quicquid boni ab illo petieris, dabit tibi potentia sua. Tantumque postulamus te ut digneris pro nobis Dominum deprecare.* Post haec jubet beatissima Segulina [5] ut infra fores monasterii eos [6] secretissime introducerentur in domum. Dum autem ingressi fuissent, intendit in eis dolens et [7] plangens pro eorum infirmitate, et die illa in orationibus suis Dominum deprecata est. Ad vesperam [8] vero eo die praecepit eos in balneo mitti et exuire [9] putridos pannos jussit ad suas devotas, et sic eis ordinans ut sic eos in balneo in calda [10] deponerent ut nullus alius hoc sciret. Postquam ministras suas devotas leprosos illos in calda [10] miserunt, praecepit devotis egredi [11] foris. Post haec remanserunt soli leprosi cum ancilla Christi et medica Christi [12]. Tunc vero ancilla Dei [13], compuncta [14] corde, prosternit se ibidem ad orationem et cum multis lacrimis et suspiriis pro eorum sanitate [15] Dominum deprecata est. Post haec surrexit ab oratione intrepida, et habens fiduciam in eum qui dixit: *Omnia quaecumque orantes petieritis* [16], *credite quia accipietis, et venient vobis*, et praecinxit se linteo Christi famula et in virtute et fide Christi coepit corpora leprosa manibus suis in calda [10] frigari [17], orando et plangendo [18], coepitque invocare Dominum Jesum Christum [19], dicens : *Domine, tu dixisti* : « *Volo, mundare* » *et tu praecepisti omnes orantes ut credant in te, et quicquid per Christum Filium tuum Deum Patrem petierint, accipient* [20] *et venient* [21] *fidelibus tuis. Et ego credo sincera mente, ancilla tua, ut* [22] *tua potentia, Christe Deus, sana hos servos tuos et pro laude tua da eis salutem quam desiderant servi tui.* Et dum haec ancilla Christi [23] dixisset cum lacrimis et gemitu cordis, perlavit a calda infirmos illos, et subito inter manus ancillae Christi omnis putredo leprae mundata est. Haec fecit Christi potentia propter ancillam suam, cui nullus languor insanabilis est. Nam leprosi illi talem sanitatem receperunt in corpore suo tamquam si nullum vulnus putredinis habuissent; nam etiam plus speciosa et nitida corpora eorum facta sunt ex illa hora quale adhuc nec aliquis in progenies eorum habebat. Cumque haec quod factum fuerat ancilla

Num. 12. — [1] VII *add.* 1. — [2] (a. l.) *om.* 2, *et add.* in. — [3] ipsam 2. — [4] curare 2. — [5] *om.* 2. — [6] *om.* 2. — [7] *om.* 2. — [8] vespera 2. — [9] exuere 2. — [10] calida 2. — [11] egredere 2. — [12] Domini 2. — [13] Christi 2. — [14] a Domino in *add.* 2. — [15] sanitatem 2. — [16] (o. p.) p. o. 2. — [17] fricare 2. — [18] et *add.* 2. — [19] (D. J. C.) C. D. (J. *om.*) 2. — [20] accipiant 2. — [21] eveniant 2. — [22] et 2. — [23] (a. C.) famula Dei 2.

Dei volebat occultare, praecepit leprosis qui sanitatem receperant ne alicui manifestarent. Sed illi, abeuntes, quaeque occulte [24] fuerant facta, propter laudem Christi publico praeconio cunctis innotuerunt. Tunc autem tota plebs pro eorum restituta sanitate dederunt laudem Deo Christo, qui per ancillam suam in aegros signa virtutum sanitatum manifestabat. 5

13. [1] Eo igitur tempore quidam juvenis, Daulfus nomine, sub professione monachi, ad doctrinam vitae [2] regulae sanctae mentitus est. Dum autem venisset monachus ipse, et non verus monachus, ad venerabilem Evantium abbatem, et coepit habitare in coenobio [3] sancto cum fratribus, sed corpore, non vero animo, aliquanto [4] post nec longo tempore, exigentibus meritis suis non bonis, monachus 10 ipse [5] a [6] daemone nimis graviter torqueretur, in Troglaris per ancillam [7] Christi a monacho illo daemon fugatus [8] est, et factus est monachus ille tamquam nihil mali habuisset.

14. [1] Alio quoque tempore aliqua [2] puella a [3] daemone correpta [4] est; et dum firmiter torqueretur ab inimici invasione, per orationem [5] ancillae Christi dae- 15 mon fugatus est. Sed dum famula Christi adhuc in oratione prostrata pro ejus sanitate [6] esset intenta, subito per summitatem [7] verticis puellae cutem rupit daemon, et quasi in modum vulneris cynomiae, spumando vel ferviendo spiritus malus diaboli exivit foris; puella vero sana facta est tamquam si nihil mali habuisset. Et haec quidem nobis praesentibus facta sunt. 20

[8] Alio quoque tempore puella, nomine Canciola, ancilla jam dictae cellae, dum ab inimici invasione graviter [9] laboraret, et vix tandem ad Christi famulam eam potuissent adducere, jubente jam dicto Grunsico [10] genitore ejus, quia urguebat puellam graviter [11] spiritus malus. Cum autem puellam [11] violenter [12] in ecclesia Sancti Martini intromisissent, coepit daemon de puella [13] clamare et dicere : 25 *Quousque non cessas persequi nos, christiana?* Et coepit puella illa [14] illos qui eam tenebant manibus mordere et calcibus eos percutere. Tunc autem ancilla Dei ad orationem se prosternitur [15] cum lacrimis et suspiriis. Post orationem vero surrexit intrepida et fide plena, et apprehendit manum puellae, et statim daemon fugatus [16] est, et puella integram recepit sanitatem, quasi nihil 30 mali habuisset.

[17] Post aliquantulum autem spatium temporis duas mulieres, ancillas praefati monasterii, Pallidia et Palladia, a [18] daemone horribiliter correptas [19] sunt; sed per orationem famulae suae Dominus eas sanare jussit.

— [24] occulta 2.

Num. 13. — [1] VIII *add* 1. — [2] (d. v.) doctrina viae 2. — [3] coenobium 2. — [4] aliquando 2. — [5] ad daemonio arreptus est. Cum autem monachus *add.* 2. — [6] ad 2. — [7] ancilla 2. — [8] effugatus 2.

Num. 14. — [1] VIIII *add.* 1. — [2] alia 2. — [3] ad 2. — [4] arrepta 2. — [5] oratione 2. — [6] sanitatem 2. — [7] capitis *add.* 2. — [8] X *add.* 2. — [9] gravissime 2. — [10] Grunsigone 2. — [11] (graviter - puellam) *om.* 2. — [12] velociter 2. — [13] illa *add.* 2. — [14] *om.* 2. — [15] prosternit 2. — [16] effugatus 2. — [17] XI *add.* 1. — [18] ad 2. — [19] correpta 2.

[20] Et coeperunt etiam [21] ex tunc multitudo infirmantium ad Christi famulam recurrere pro recipienda sanitate. Ancilla autem Christi per orationibus suis omnium per Christi virtutem restituebat sanitatem.

15. [1] Deinde [2] succedente intervallo temporis quaedam sanctimonialis mulier, nomine Baudolena, de territorio vel urbe Rotenae, per multos annos a daemoniis torquebatur. Cumque ad Christi famulam venisset, provolvens se ad pedes ancillae Christi, ut per suis orationibus a spiritu diaboli liberaretur. Tunc autem ancilla Christi cum suis sororibus ad orationem prosternitur. Et hoc tantum hora fuit dum illa ab oratione surrexit, statim divina virtus Domini voluit, et Baudolena ab invasione inimici liberata est. Inimicus vero fugatus [3] ulterius accedere ad eam locum non invenit [4]. Mulier illa talis effecta est sana anima et corpore, quia in alia [5] die postquam ab spiritu diaboli liberata est, sua bona voluntate et cordis [6] sui mentem et corporis indumentum mutavit, et facta est devota Christi, et in eadem coenobio sancto suscepta est ab ancilla Christi, et ibique serviens Christo intenta mente [7] in operibus bonis [8], ibique [9] vitam suam finivit. Quis enim tanta aut talia munera numerare [10] possit mirabilia, quod per ancillam suam Dominus dignatus est operare [11]? Sed tamen pauca de pluribus narramus [12] caritati vestrae, ut unusquisque animum [13] suum vellet ad Deum accendere [13].

16. [1] Quaedam mulier, Regnoalda, dum longo tempore graviter ab inimico vexaretur, et vix ad praesentiam ancillae Dei aliorum manibus constrictam [2] adducerent, dum autem adducta esset [3], voce flebili ancillam Dei deprecabat [4] ut suis orationibus eam [5] liberaret. Quae mulier jacens per triduo jam exanimis, nihil proficiscebat. Tunc quidem aliquis frater dixit ancillae Dei : *Omni animae misericordiam imperat Dominus facere, ut unusquisque pro infirmorum salute Deum exorentur* [6]. *Proinde, ancilla Dei, depreca Dominum Jesum* [7] *Christum* [8] *pro ista muliere, ut per tuis orationibus eam dignetur salvare* [9]. Dum autem famula Christi haec audisset a fratre illo, cum lacrimis abstulit a se cingulum quod [10] erat praecincta, et cinxit mulierem illam quae patiebatur, et adhibitis secum sorores suas, ut pro infirma Domini deprecarent misericordiam [11]. Cum autem orationem funderent ad Dominum [12], statim mulier ab invasione inimici diaboli liberata est. Quo [13] tamen Dei famula hoc miraculum volebat abscondere, soli Deo dabat laudem, gloriam [14] et honorem.

— [20] XII *add.* 1. — [21] jam 2.

Num. 15. — [1] XIII *add.* 1. — [2] Et exinde 2. — [3] effugatus est 2. — [4] (ulterius - invenit) *om.* 2. — [5] (q. in a.) in a. vero 2. — [6] corde 2. — [7] *om.* 2. — [8] (o. b.) b. o. 2. — [9] in eadem coenobio sancto 2. — [10] aut narrare *add.* 2. — [11] (D. d. e. o.) d. e. o. D. 2. — [12] (p. de pl. n.) de plurima vel pauca narremus 2. — [13] (animum - acc.) velleat (*sic*) an. s. acc. ad D. 2.

Num. 16. — [1] XIIII *add.* 1. — [2] constricta 2. — [3] est 2. — [4] (f. a. D. d.) flebile ancillae Dei precabat 2. — [5] (o. e.) e. o. Dominus 2. — [6] (s. D. e.) salutem Dominum exoretur 2. — [7] *om.* 2. — [8] Deum nostrum *add.* 2. — [9] sanare 2. — [10] quo 2. — [11] (d. m.) m. d. 2. — [12] (o. f. ad D.) ad D. o. fundunt et 2. — [13] Quod 2. — [14] gloriae 2.

17. [1] Quadam vero die germanus memoratae Dei famulae, nomine Sigildibadus, vir sanctae vitae [2] venerabilis, ad Christi famulam prae caritate amoris Dei accesserat, ut ancillam [3] Dei de sanctis eloquiis Christi [4] maxime aedificaret, quia diligebat eam valde; quem beatissima cum omni gaudio suscepit. Dum autem eam vidisset, docebat eam de [5] spiritalibus doctrinis. Et sermone aedificationis Dei [6] explicito, facto jam vespere, cum multis [7] precibus eum rogabat ancilla Dei ut nocte ipsa ibi maneret, quatenus de divino Dei verbo ancilla Dei se satiaret ab ore viri sancti loquente, vir tamen Dei fieri cum magna humilitate recusabat. Cum autem Dei famula videret quod non eam obaudiebat [8] ut ibi maneret, contristata est valde et contulit se ad auxilium Domini; et ingressa in ecclesia Sanctae Mariae semper virginis, ad orationem se prosternens. Dei autem misericordia fecit, ut ostenderet qualem gratiam haberet ancilla [9], sequenti miraculo demonstravit. Nam postquam Christi famula ab oratione surrexit, non multum mora facta est, sed in re [10] tanta et talis pluvia in loco ipso ab oriente supervenit, qui virum Dei [11] germanum ancillae Dei penitus foris egredi non dimisit. Tunc vero vir Dei, videns se quia per immensitatem [12] pluviae non possit iter adgredi, ac si invitus ibi mansit nocte ipsa [13]. Et tunc intellexit vir Dei quia divina virtus ancillam suam exaudierat, cujus rei testis et ipse est, adhuc et alii multi. Ecce ancilla Dei [14] plus obtinuit precibus suis apud Dominum quam vir Dei, qui noluit eam audire. Quia complevit Deus voluntatem ancillae suae, non quod vir Dei voluit, sed quod famula Christi Domino suggessit, sic factum est.

18. 1 Proferatur igitur in medio unde gratuletur sancta religio. Eodem quidem tempore quidam frater ad eam causa visitationis advenisset [2], et dum sancta eloquia Christi invicem inter se effunderent atque suavem cibum patriae caelestis in conlatione gustarent, ait beatissima ad virum Dei : *Scis, pater, quia multi vitam suam* [3] *sine crimine habere possunt, sine peccato tamen non possunt esse* [4], *Apostolo attestante, qui dixit : Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est. Sed rogando suggero tibi ut pro me Dominum jubeas deprecare, quia ipse promisit, dicens : Omnia quaecumque orantes petieritis, credite quia accipietis, et veniet* [5] *vobis; et tunc secundum propheta in psalmis dixit* [6]: *Dixi : Pronuntiabo injustitias meas Domino, et tu remisisti impietates cordis mei.* Ad hanc sententiam se convertit ancilla Dei. Coepit cum lacrimis adversus se pronuntiare injustitias suas et coepit cum summa supplicatione fratrem ipsum rogare ut ex fide, quae est fundamentus omnium fidelium, notitiam conscriberet de ipsis paucis suis peccatis, sine quibus omnis homo non potest esse, nisi solus ille qui sine peccato in hunc mundum venit. Quod frater audiens, quid

Num. 17. — [1] XV *add.* 1. — [2] (s. v.) viae 2. — [3] ancilla 2. — [4] Domini 2. — [5] *om.* 2. — [6] Domini 2. — [7] fletibus et *add.* 2. — [8] obediebat 2. — [9] sua *add.* 2. — [10] ree 1. — [11] ipsum 2. — [12] immensitate 2. — [13] illa 2. — [14] Christi 2.

Num. 18. — [1] XVI *add.* 1. — [2] advenit 2. — [3] *om.* 2. — [4] (n. p. e.) e. n. p. 2 — [5] veniunt 2. — [6] dicit 2.

inter haec ageret anxio corde cogitabat; et tamen mox fide Dei compulsus est, secundum voluntatem Christ famulae, notitiam ipsam de paucis ac modicis culpis, quod gesserat famula Christi, frater ipse conscripsit, et coram multis adstantibus de quorum religione nihil dubitatur [7], anulo suo sigillatum super sancto [8] altario sub velo posuit, et bene omnibus diebus anno ipso pro abluenda peccata ancillae Dei Deo missarum sacrificium [9] obtulit vir ipse Dei. Ancilla quoque Christi [10] per tantum se in lacrimis adflixit, in jejuniis, in vigiliis sanctis corpus suum macerans et elemosynas faciens, et sub ardua paenitentia constrinxit se [11]. Cujus precibus non dispexit [12] divina [13] omnipotentis Dei [14] virtus. Nam perexplicito anno ipsius spatio [15], praesentibus viris venerabilibus summis [16] Christi sacerdotibus [17] germano suo et nobile viro Gisloaldo abbate, qui nunc ecce Deo jubente adhuc supersunt, notitia ipsa de super altario sancto levata est, ubi fuerant ante anno peccata ancillae Dei conscripta. Quam notitiam praedicti viri sancti sollerter conspexerunt, et sigillum anuli in notitia ipsa recognoverunt. Quae notitia mox aperta vel soluta est. Inventus est subito pergamenus ipse, qui atramento conscriptus fuerat, quasi nivis aut solis candore vel splendore refulgens et quasi numquam fuisset scriptus litteris atramento [18]. Sed ista judex noster Christus Dominus fecerat, quia jam ancillae suae culpas peccatorum dimiserat, ut sicut ante conspectum suum sanctum jam ancillae suae Dominus dimiserat culpas, sic [19] similiter et in pergameno [20] ante homines non retineretur conscriptus reati peccatus ancillae suae, et quod ante oculos justi judicis jam non stabat, neque ante oculos humanos appareret in pagina conscriptus. Ecce fides ancillae Dei atque oratio quanta promeruit, ut dum in confessione plangens, peccatorum suorum indulgentiam in hoc saeculo adhuc vivens cognosceret, ut tantum [21] certa jam esset de regni habitatione, ubi gaudendo regnaret, quanto jam sciebat a Deo sua jam dimissa peccata.

19. [1] Alio quoque tempore quaedam puella humili [2] Dei spiritu ad beatissima ancillam sive [3] ad conversationem venit bona [4]; quem illa amabiliter suscepit. Dum autem paucum tempus in religione in monasterio habitaret et bonis operibus intenta esset, subito post diaboli cogitationes pessimas adtractata [5] est : nam non volebat manere in monasterio. Quadam vero die furtim de congregatione sancta fugivit, et statim coepit vexare. Quem sorores trementem comprehendunt [6] et ad monasterium [7] pugnabant reducere; sed non potebant, quia spiritus immundus valde eam torquebat. Quod dum non potuerunt eam tenere, funibus ipsam [8] ligaverunt. Quae [9] cum vidit ancilla Christi tam gravi poena a Dei ordinatione torqueri [10], statim se ad orationem cum suis sororibus prosternit; et statim [11] suis [12]

— [7] dubitabatur 2. — [8] sacrosancto 2. — [9] (D. m. s.) m. s. D. 2. — [10] *om.* 1. — [11] (c. se) se c. 2. — [12] despexit 2. — [13] divine 2. — [14] *om.* 2. — [15] (i. s.) ipso spatium 2. — [16] summo 2. — [17] sacerdote 2. — [18] atramentis 2. — [19] *om.* 2. — [20] pergamino 2. — [21] tanto 2.

Num. 19. — [1] XVII *add.* 1. — [2] humilis 2. — [3] (b. a. s.) beatissimam Domini 2. — [4] bonam 2. — [5] abstracta 2. — [6] comprehenderunt 2. — [7] monasterio 2. — [8] ipsa 2. — [9] Quem 2. — [10] torquere 2. — [11] in illa hora 2. — [12] sanctis *add.* 2.

orationibus daemon fugatus est, et ancilla Dei sana effecta est tamquam si nihil mali habuisset; et ex illa hora promisit ut numquam a sancto monasterio recederet, quod et veraciter postea adimplevit. Nam ex illa hora in sua bona confessione permansit.

20. [1] Quodam autem tempore quidam presbyter, Trasemundus nomine, lumen amiserat [2] oculorum suorum, ita ut [3] omnino nihil videret [4]. Admonitus est presbyter ille [5] in visu [6] noctis ut beatissima [7] ancilla Dei crucem de oleo sancto super oculos ejus faceret, per quod possit recipere lumen oculorum suorum. Cumque mane facto surrexisset, praecepit cuidam domestico suo ut eum ad praesentiam duceret famulae Dei. Cum autem ad eam adductus fuisset, prosternit se ad pedes ejus, rogans ut suis orationibus lumen reciperet oculorum suorum. Fit omnium dolor. Ancilla autem Christi, plena Spiritu sancto, invocavit Trinitatem sanctam, et iterum [8] mox ut [9] ancilla Dei [10] ad Dominum orationem breviter fudit, statim presbyter liberatus est [11] a tenebris et [12] lumen recepit oculorum [13]; ita ut dum ab aliorum [14] manibus tractus ad ancillam Dei venisset, postea a nullius manibus reductus est, sed sanus ipse ambulavit, quasi numquam in oculis suis obcaecatus fuisset. Tunc parentes ejus et omnis illa congregatio sancta dederunt gloriam Deo.

[15] Alio quoque tempore quidam puer, nomine Vasius, lumen amiserat [16] oculorum suorum. Cum autem veniret ad Christi famulam, ancilla denique Christi pro eum in oratione se prosternit. Dum autem ab oratione surrexit, de oleo sancto oculos unxit; et statim lumen oculorum recepit, et gratias agebat Deo homo ipse Vasius.

[17] Eodem namque tempore quaedam mulier, nomine Sigitrudis, lumen oculorum amiserat [16]. Pro quem praedicta Dei famula Dominum cum lacrimis oravit. Post orationem quoque oculos illius de oleo sancto tetigit, et statim per virtutem Jesu Christi clarificati sunt oculi ejus tamquam si nihil habuisset.

XXI. Quodam igitur tempore infelix et infirma puella praedictae cellae manibus pedibusque constricta jacebat et non surgebat de terra. Pro cujus sanitatem recipienda parentes ejus ad pedes ancillae Dei se prosternerunt, dicentes : *Confidimus in Deum, quia tibi a Domino nihil negandum sit. Sed funde preces ad Dominum pro ea, et sana erit.* Quo audito, mota pietate et compulsa corde, ad orationem se prosternitur. Cum autem orationem complesset, porrexit manum et adlevavit puellam : manibus et pedibus vel omnibus membris recuperata, cum parentibus suis sana reversa est quasi numquam fuisset contracta. Parentes ejus vel omnis populus, qui puellam viderant contractam, videntes eam sanam, dabant gloriam Deo.

XXII. Cumque jam tempus esset transeundi de hoc saeculo, convocavit ad se omnem multitudinem virginum vel viduarum devotarum suarum, dicens eis :

Num. 20. — [1] XVIII *add.* 1. — [2] admiserat 1, amisit 2. — [3] *om.* 2. — [4] videbat 2. — [5] ipse 2. — [6] viso 2. — [7] beatissimam 2. — [8] statim 2. — [9] *om.* 2. — [10] Christi 2. — [11] (s. p. l. e.) et mox l. e. p. 2. — [12] *om.* 2. — [13] (r. o.) o. r. 2. — [14] *hic desinit* 2, *folio sequente avulso.* — [15] XVIIII *add.* 1. — [16] admiserat 1. — [17] XX *add.* 1.

Audistis et legistis quod beatus apostolus Paulus dicit : « Estote radicati in caritate : nam si habuero omnem prophetiam et absconsa arcana Dei revelata mihi fuerint, et caritatem non habuero, nihil sum ; et si dixero huic monti : Tolle et mitte in mari, et tolletur et mittitur in mari et revertat ad locum suum, caritatem non habuero, nihil sum », vel cetera alia quae apostolus sanctus dicit. Unde, quaeso, sorores, videte ne aliqua malitia in cordibus vestris sit aut contra me aut ad invicem in cordibus vestris inter vobis ipsis, sed manete semper in caritate et in patientia. Et si subito iracundia in cujusquisque corde nata fuerit, statim ad pacis osculum cum bono animo venite ad invicem : quia omnis iracundia ex diabolo procedit. Et sicut oleus super aquas natat, sic caritas super omnia bona exultat, et nihil praestat virginitas carnis ubi fuerit iracundia cordis. Sed per omnia, dulcissimas sorores, caritas semper mansueta est, semper benigna est, numquam elevatur in malitia. Sed ecce jam cognosco ego tempus et diem finis meae. Obsecro ut omnes mihi pacis osculum detis et omnes pro anima mea oretis, ut mihi non sit inimicus noster in transitu meo adversarius.* Cum haec ancilla Christi cum nimia effusione lacrimarum dixisset, prosternit se ad pedes eorum, omnium pedes osculans. Et pacis osculum accepit, et statim locus ille contremuit et lux emicuit sancta. Post haec prosternerunt se in oratione, gratias agentes Domino devotionem ancillae suae. Et surgentes ab oratione, elevavit manus suas in caelum, et sic sanctum tradidit spiritum. Post haec tamquam balsamum aut cinnamum odorimatizans, ut etiam prae nimio odoris suavitatem nemo poterat contristari, sed omnes gaudio magno repleti sunt de tantae suavitatis odorem. Quem corpus ejus sanctum cum nimia laude psallendum in sepulcro dignissime repositum fuit. Sic omnis plebs devota aedificaverunt baselicam in nomine ancillae Christi.

* cod. procedet.

XXIII. Dum autem ad sepulcrum ejus candelam posuissent, quem oleo impleverunt et inluminaverunt, tanta olei abundantia de illa candela superabundans ut alia vascula ex ipso oleo quod de candela descendit multa repleantur et levantur exinde pro infirmos. Sed de candela illa numquam minuatur oleum, nisi semper plena stat et ardet. Et quicumque infirmantur de quacumque infirmitate, vel si quis ab spiritu diaboli vexatus fuerit, mox de oleo illud aut biberint vel peruncti fuerint in nomine Domini nostri Jesu Christi, statim Dei gratia sanantur ; et vas ille semper plenus est.

XXIIII. Tamen si de ejus monasterio, quod ancilla Dei Christo Domino consecravit, aliqua devota voluerit fugire seducente diabolo, in eadem hora candela illa abundantissime vertit oleum et tamquam si pluvia sic descendit oleus de candela illa, quousque devota illa ancilla Dei ad monasterium coenobio revertatur. Haec donum Dei est, et alia multa, quae longum est narrare. Sed sufficiunt haec ad fideles Christi accendendas animas ad Christi amore. Promeruit ancilla Christi post obitum suum ut omnibus fidelibus ad suum sanctum corpus sit iter bonum ad Dominum Deum per ancillam suam. Qui ejus vestigia sincera mente

voluerit sequi, feliciterque venient ad regnum caelestem, praestante et auxiliante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria, virtus et potestas coronandi fideles suos, qui vivit et regnat cum Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

PASSIO S. VICTORIS MARTYRIS CAESAREAE (Cfr. supra, p. 485, 75°). 5

Passio sancti ac beatissimi martyris Victoris, qui passus est sub die VII° kalendas septembris.

[I.] Grata sunt semper ac Deo placabilia credentium vita, cum beatorum martyrum illustres triumphos ac titulos fideli narratione multorum faciunt conscientiis non celari. Etenim nonnullorum fortium gesta aut antiqua vetustas abolevit 10 aut etiam persequentium livor vesanus abscondit. Sed quoniam divina virtus, cui nihil potest umquam subtrahi vel celari, praeclara suorum nobilium gesta non atramento vel calamo sed purissimis facit conscientiis scribi pariter et recondi, quae pia probatorum narratione cognoscimus, christianis sensibus benivolo sermone narramus. 15

II. Erit jam magna audientium merces, quorum in his verbis nihil dubitaverit fides, quod Victor gloriosus martyr atque praedicabilis in hoc natus est ut pro sancti nominis fide ad haec optatissimam coronam quam maxime pervenit, et priori plebi ac populo, quae passioni ejus interfuit, magnam laetitiam contulit, et nobis, qui haec memorabilia recensemus, maximum gaudium gratulationis exi- 20 miae videmus esse prolatum. Quis enim quantis animi inexplebili voto vehementer exultet tam triumphalem laetitiam erga electos Dei, id est martyres, processisse, ut calcando mortem, saeculum devincendo, passionis suae palmam pariter et coronam fecerint usque ad posteros propagare?

III. Erat namque in Caesariensi civitate idem beatissimus Victor certaminis et 25 constantiae ac perseverantiae vocabulum servans. Hic tantum divinam fidem quam maxime custodivit ut non tam ab eadem minime discederet quam etiam inlibatam atque praecipuam secum ad caelum usque perferret. Etenim cum propter fidem ac justitiam omnipotentis Dei benivolo ausus fuisset adscitus atque ipsius divinae pietatis munere magno opere concurrisset, implere cupiens quod 30 Deus auctor et conditor mundi caelesti voce praefatus est, confessurum se coram Patre suo confitentes, negantes etiam negaturum :

IIII. *Eamus*, inquit, *et abrumpamus hanc lucem terrenam, plenam scilicet et circumseptam nubilo tenebrarum ; arripiamus hanc momentaneam mortem, per quam magis ad vitam perpetuam pervenitur. Natu-* 35 *rae ipsius beneficia recusemus, ut caelestem praemium perenni claritate capiamus. Qui enim magisterii divini confessionem ac fidem amplectimur, per ejus viam et itinera quo condecet gradiamur. Deum etenim solum adorari venerarique debemus, ipsum colere qui nobis et vitam in*

saeculo contulit et post obitum securitatem exhibuit sempiternam. Noster tamen animus debet esse paratus ad quocumque supplicium intulerit inimicus.

V. Quid plura? Hi[n]c effectum est ut beatissimus martyr sententia detestanda duci jubetur ad poenam. Cumque [ad] adipiscendum debitum coronae praemium duceretur, duo officiales, reversi de limite, occurrerunt ei. E quibus unus clara voce dixit: *O quam nefariam occurrimus!* Cui collega ejus respondens: *Insontem*, inquit, *aut falso crimine addictum aut certe beatum nefarium dicas.* Ad quos statim beatissimus Victor ita est elocutus: *Tu quidem*, inquit, *promoveris ad majus; hic autem capite luet poenas. Tamen dicite praesidi vestro ut mei crucem interim jubeat, et a podagra statim sanus fiet.*

VI. At ubi ad judicem pervenerunt, lectisque judex scriptis quae gesta fuerant cognovisset, maledictum illum, qui in martyris injuriam prosilivit, punituram in carcerem trudi jussit, illum vero alterum decurionem fecit, ut sermo sancti Victoris manciparetur effectui; secundum petitionem vero ejus cruci eum affigi praecepit. Confestimque rector provinciae, qui podagrae valitudine afflictus in sella a juvenibus a judicio ferebatur, suis sane pedibus ad praetorium est profectus.

VII. Sane etiam hoc ad fortitudinem martyris praeconandum non est silentium transeundum, quod cum gloriosissimus Victor exoptata pependisset in cruce, manibusque porrectis clavos per vulnera suscepisset, atque jam uno pede affixo clavo, cum in pede alio mitteretur, curvus fuisset effectus, mora existente carnifice ac diversitate stupor nescio cujus exstitit. Statimque idem in omnibus Victor: *Quid?* inquit carnifici. *Credidisti te in hoc genere velle me cruciari, cum ego nullam penitus poenam sentiam vel dolorem? Evelle clavum istum, qui duplicato acumine ossa non potuit penetrare.* Quem statim magno nisu et conamine avulsum cum curvum prospiceret, correxit, rursumque per foramen quod defixus fuerat revocavit.

VIII. Sabbatorum quoque dies erat qua beatus Victor cruce suspensus est: unde etiam judaeorum infinita multitudo quasi ad quoddam exspectaculum illuc concurrens advenerat. Cumque in illa turba unus nefarius quam maxime saeviturus ita pendenti vehementer et acriter insultaret, ut ultra nefanda convicia objecta, insuper canna capite diviso in ejus sanctissimum pectus ingereret atque capillos quosdam intorta ac saepe revoluta arundine conaretur evellere, et nec dolore illo nec iracundia compleretur eundem ad removendam injuriam inhibere, tamen divino insti[n]ctu ammonitus vel potius adhortatus, ut caelestia signa erga electum optimum martyrem demonstrarentur,

VIIII. Idem beatus Victor lacessentem judaeum his est vocibus prosecutus: *Tu*, inquit, *qui sabbatumque te religiose observare profiteris, polluere et contaminare voluisti, utpote qui contra solitum tenorem ultra muros civitatis egressus es. Jam nunc sci[t]o ac recognosce quod illam portam, per quam ad inferendam mihi injuriam processisti, introire minime*

permittaris. Hanc itaque ejus venerabilem vocem mors est nefarii illi prosecuta. Nam in praesenti percussus obstupuit, et obticescente voce, haerente lingua, ipsis denique oculis tenebrarum nubilo obvolutis, ad hoc solum ejus gressus validi firmique manserunt ut, deficiente anima, ad locum destinatum veluti mortua membra, vere et cadaver deferre proprium potuisset. Denique cum jam ad 5 muros atque ad ipsam portam miserrimus proximaret, statim corruit; sicque ejus artus ac membra tumuerunt ut non eadem hora, sed illa qua ei mors a sancto destinata fuerat, obisse crederetur. Itaque cum a coaevis suis tangeretur, non pulsus aliqui venarum, non calor ullus in membris, non denique in ipso corpore anhelitus quidam vel extremis in ungulis, ex imis, ut adsolet, visceribus evoluti 10 potuerunt reperiri; sed ita continuo ruptus nequissimo spiritu membra frigidissima tumuerunt ut vere in ultionem justissimi viri caelestis potius plaga quam mors processisse solita crederetur.

Vir itaque talis ac tantus, integritatis et fidei certus, amator veritatis, castitatis atque justitiae cultor, morte consumpta dum saeculum calcat, martyrii adeptus 15 est palmam, et animam non perdendo, sed potius adquirendo, spiritum suum commendat in manibus Dei et inter ejus filios meruit computari.

Hoc etiam admirabili ac praeclarissimo ejus agoni et coronae caelesti congruens adauctum est praemium, ut hac die qua pro confessione divinae laudis suum sanguinem fudit, primitiae venerandi cruoris, Omnipotentis scilicet et Filii 20 Dei, ac potum fidelis populi cum laetitia sanctis altaribus offeratur, et natalis tam optimi martyris cum universo voto et gaudio in trinitate divinae gloriae celebretur, qui suos martyres fecit in pace semper esse victores, cui est gloria, imperium et potestas in saecula saeculorum. Amen.

DCCCXVII. Codex signatus N. A. num. 2180.

Olim coenobii Sancti Dominici de Silos.

Foliorum 245 (praetermissi sunt nimirum in serie foliorum notanda numeri 95 ad 102), maj. (0m,38×0.25), columnis binis, exaratus saec. X (1), scriptura wisigothica.

1° [Passio sanctae Caeciliae] (fol. 1r-9r).*

Acephala.

2° Passio sancti ac beatissimi Clementis episcopi et martyris Christi, qui passus est Romae sub Aefflidiano duce, die VIIIIo kalendas decembres (fol. 9r-13r).*

Miracula in fine desiderantur.

1 Cfr. Delisle, *Mélanges de paléographie*, p. 101.

3° Passio beatissimorum martyrum Facundi et Primitivi, qui passi sunt in locum qui* dicitur Zela secus stratam, praeside Atico et Prestato consulibus, die v° kalendas decembres (fol. 13r-17v).

* cod. quae.

Ed. *España Sagrada*, tom. XXXIV, p. 390-98.

4° Passio sancti ac beatissimi martyris Saturnini episcopi, qui passus est in civitate Tolosana die III kalendas decembres (fol. 17v-19v).

Ed. ap. Surium, ad d. 29 Nov. (p. 650).

5° Passio beatissimi Andreae apostoli et martyris Christi, qui passus est in civitate Patras sub Egea proconsule, die II kalendas decembres (fol. 19v-23v).*

6° Passio sanctae ac beatissimae Leocadiae virginis, quae obiit Toleto in civitate sub Datiano praeside, die v idus decembres (fol. 23v-24v).

Ed. ap. Florez, *España Sagrada*, tom. VI, p. 315-17.

7° Passio sanctae ac beatissimae Eulaliae virginis et martyris Christi, quae passa est Emerita in civitate sub Calpurniano praeside, die IIII idus decembres (fol. 24v-29v).

Ed. ibid., tom. XIII, p. 398-406.

8° Passio sancti Thomae apostoli, qui passus est in civitate India sub Gandaforum regem, die XII kalendas januarias (fol. 29v-40v).

Ut in cod. superiori, 2° (supra, p. 476).

9° Lectio de mirabilibus sancti Stephani, de libris de Civitate Dei sancti Augustini episcopi (fol. 40v-44r).

Ut ibid., 4°.

10° Passio sanctae ac beatissimae Eugeniae virginis et comitum ejus martyrum, qui passi sunt in urbe Roma sub Valeriano et Gallieno imperatoribus, die VI kalendas januarias (fol. 44r-56v).

Ut ibid., 5°.

11° Vita vel passio sancti Jacobi apostoli et fratris Domini, sumpta de historia* ecclesiastica domni Eusebi Caesariensis episcopi (fol. 57r-58r).

* cod. exstoria.

Ut ibid., 6°.

12° Passio sancti ac beatissimi Jacobi apostoli et fratris Domini, qui passus est in Hierosolyma, die v° kalendas januarias (fol. 58r-58v).

Ut ibid., 7°.

13° Passio sancti Johannis apostoli et evangelistae, die IIII° kalendas januarias (fol. 58v-66r).

Ut ibid., 8°.

14° Passio sancti Jacobi et fratris sancti Joannis, qui passus est sub Herode rege, die III° kalendas januarias fol. 66r-69v).

Ut ibid., 9°.

15° Passio sanctae ac beatissimae Columbae virginis et martyris Christi, quae passa est in civitate Senonas sub Aureliano imperatore, II kalendas januarias (fol. 69v-71v).

Ut ibid., 10°.

16° Vita vel passio beatissimorum martyrum Juliani et Basilissae et comitum eorum martyrum Christi, qui passi sunt in civitate Antiocia sub Martiano praeside, die VII idus januarias (fol. 71v-92v, 103r).

Ut ibid., 12°. Omm. num. n. 95-102.

17° Passio sanctorum martyrum quadraginta, qui passi sunt sub Marcello duce, die V idus januarias fol. 103v-105v).

Ut ibid., 13°.

18° Passio beatissimi martyris Sebastiani et comitum ejus, qui passi sunt Romae, die XIII° kalendas februarias fol. 106r-129v).

Ut ibid., 14°.

19° Passio sanctarum virginum Agnetis et Emerentianae, quae passae sunt in urbe Roma sub Symproniio praeside, die VIII kalendas februarias (fol. 129v-[illegible]

[illegible]

20° Passio sancti Babylae et sociorum ejus] fol. 130r-[illegible]

[illegible] et honorum [illegible]

21° Passio beatissimi Thyrsi et comitum ejus, qui passi sunt die v° kalendas februarias (fol. 130ᵛ-145ᵛ).

Ut ibid., 19°.

22° Passio sanctae ac beatissimae Agathae virginis et martyris Christi, quae passa est in civitate Catanensium sub Decio imperatore, die nonas februarias (fol. 145ᵛ-150ʳ).

Ut ibid., 20°.

23° Passio sanctae Dorotheae virginis et comitum ejus, quae passa est in provincia Cappadociae apud Caesaream civitatem sub Sabricio praeside, die VII idus februarias (fol. 150ᵛ-155ʳ).

Ut ibid., 21°.

24° Passio sanctae ac beatissimae Eulaliae virginis, quae passa est in civitate Barcinona sub Datiano praeside, die pridie idus februarias (fol. 155ʳ-157ʳ).

Ut ibid., 22°.

25° Passio sancti ac beatissimi martyris Pantaleonis, qui passus est Nicomedia civitate sub Maximiano imperatore, die XI kalendas martias (fol. 157ʳ-163ᵛ).

Ut ibid., 24°, stilo aliquantum diverso.

26° Passio beatissimorum martyrum Hemeteri et Celedoni, qui passi sunt die VI nonas martias (fol. 163ᵛ-166ʳ).

Ut ibid., 26°.

27° Passio beatissimae Theodosiae virginis, quae passa [est] in civitate Caesarea sub Urbano praeside, die II nonas apriles (fol. 166ʳ-170ᵛ).

Ut ibid., 31°. Fine mutila, foliis avulsis.

28° [Inventio sanctae crucis] (fol. 171ʳ-172ʳ).

Fragmentum narrationis ed. ex cod. Namurc. 53, *Anal. Boll.*, tom. II, p. 283-87.

29° Passio S. Adriani et comitum ejus, qui pa[s]si sunt in civitate Nicomedia Maximiano praeside, die XV kalendas julias (fol. 172ʳ-182ᵛ).

Ut ibid., 43°.

30° Passio sanctorum martyrum Gervasii et Protasii, qui passi sunt Mediolanensis urbe sub Stacio praeside, die XIII kalendas julias (fol. 182ᵛ-185ʳ).

Ut ibid., 44°.

31° Altercatio sanctorum apostolorum Petri et Pauli contra Simonem magum, simul et passio, qui pa[s]si sunt in urbe Roma sub Nerone imperatore, die III kalendas julias (fol. 185ʳ-193ᵛ).

Ut ibid., 47°.

32° Passio beatissimorum apostolorum Petri et Pauli, qui passi sunt Romae in urbe sub Nerone caesare, die III kalendas julias (fol. 193ᵛ-195ʳ).

Ut ibid., 48°.

33° Passio vel actus sanctorum apostolorum Simonis et Judae, qui passi sunt in Parsida in civitate Suanes, die kalendas julias (fol. 195ʳ-203ʳ).

Ut ibid., 50°.

34° Passio sancti ac beatissimi martyris Christophori et comitum ejus, qui passi sunt in civitate Antiociae sub Decio caesare, die VI idus julias (fol. 203ʳ-210ᵛ).

Ut ibid., 51°.

35° Passio sanctarum virginum Justae et Rufinae, quae passae sunt Ispalim in civitate sub Diogeniano praeside, die XVI° kalendas augustas (fol. 210-212ʳ).

Ut ibid., 54°.

36° Passio sancti ac beatissimi martyris Sperati et comitum ejus, qui passi sunt Carthagine in civitate sub Saturnino consule, die XV kalendas augustas fol. 212ʳ-213ʳ).

Ut ibid., 56°.

37° Passio sancti ac beatissimi Bartholomaei apostoli, qui passus [est in] India sub rege Astarici, VIII kalendas augustas fol. 213ʳ-217ᵛ).

Ut ibid., 59°.

38° Passio sancti ac beatissimi Cucufatis martyris

Christi, qui passus est in civitate Barcinona sub Maximiano imperatore, VIII° kalendas augustas (fol. 217v-220r).

Ut ibid., 60°.

39° Passio sanctae ac beatissimae Christinae virginis et martyris Christi, quae passa est in civitate Tyro sub Juliano praeside, VII kalendas augustas (fol. 220r-228v).

Ut ibid., 61°. Fine mutila.

40° Passio beatissimi Fabii sancti martyris, qui passus est in civitate Caesarea sub Diocletiano et Maximiano consulibus, die pridie kalendas augustas (fol. 229r-234r).

Ut ibid., 64°.

41° Passio sancti ac beatissimi Felicis episcopi et martyris Christi, qui passus est in civitate Nola sub Martiano imperatore, die VI kalendas augustas (fol. 234r-237v).

Ut ibid., 62°.

42° [Passio sanctorum martyrum Justi et Pastoris] (fol. 238r-238v).

Ut ibid., 67°. Acephala, avulsis foliis.

43° Passio sanctorum martyrum Sixti episcopi, Laurentii archidiaconi et Hippolyti ducis, qui passi sunt in urbe Roma sub Decio caesare, die III idus augustas (fol. 238v-241r).

Ut ibid., 69°.

44° Passio sancti ac beatissimi Genesii martyris, qui passus est in civitate Arelatensium, die VIII kalendas augustas (fol. 241r-242r).

Ut ibid., 73°.

45° Passio sancti ac beatissimi martyris Cypriani episcopi, qui passus est in civitate Carthagine sub Valeriano et Gallieno Tusco Bassoque consulibus, die XVIII kalendas octobres (fol. 242v-244r).

Ut ibid., 79°.

46° Passio sanctae ac beatissimae Euphemiae virginis, quae passa est Calcedona in civitate sub Prisco proconsule, die XVI kalendas octobres (fol. 244r-250r).

Ut ibid., 80°.

47° Passio beatissimorum martyrum Fausti, Januarii et Martialis, qui passi sunt Cordoba in civitate sub Eugenio praeside, die III idus octobres (fol. 250r-251v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Oct., tom. VI, p. 193-94.

48° Passio beatissimorum martyrum Cosmae et Damiani, Antemii, Leontii et Euprepii, qui passi sunt in Egea civitate sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus, die XI kalendas novembres (fol. 251v-254v).

Ed. ibid., ad d. 27 Sept., tom. VII, p. 469-72, alia versione.

49° Passio beatissimorum martyrum Servandi et Germani, qui passi sunt X kalendas novembres (fol. 254v-255v).

Ed. ibid., ad d. 23 Oct., tom. X, p. 28-30. Mutila desinit in verbis *Quae confracta, de hominibus christianis* (num. 4 fin.).

DCCCXVIII. Codex signatus N. A. num. 2199.

Foliorum 44, constans laciniis multorum codicum diversae formae et aetatis, inter quas haec hagiographica.

1° [Vita sancti Privati] (fol. 17bis et 17ter).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Aug., tom. IV, p. 439-40. Acephala inc. a verbis *suae consilium nec populum in loco tutissimo* (num. 5 med.). Descripta saec. XII.

2° [Miracula beatae Mariae Virginis] (fol. 22 et 23).

Descripta saec. XIII.

3° [Carmina de sanctis] (fol. 41).

Descripta saec. XIV. — Leguntur in hoc fragmento carmen de S. Leonardo, quod inc.

Impetrat hic sanctus a rege pio Leonardus,
Ut vinctos quos vult solvere, solvat eos...

et carmen de S. Martino, quod inc:

Martini mores, Martini vita pudica.
Stirps gentilis erat, stirps generosa tamen...

4° [Lectiones de sancto Thoma Cantuariensi] (fol. 42 et 43).

Quae scilicet insertae erant breviario descripto saec. XIV.

DCCCXIX. Codex signatus N. A. num. 2261.

Olim Cluniacensis 11.

Foliorum 177, maj. (0m,43×0,28), columnis binis, exaratus in. saec. XII.

1° [De sancto Gregorio papa] (fol. 1r-11r).

Fragmenta nonnulla ex Vita auctore Joanne diacono.

2° Depositio beatae memoriae confessoris et episcopi Ambrosii (fol. 11r-12v).*

Ultima pars Vitae.

3° Vita sancti Athanasii episcopi et confessoris (fol. 12v-15r).

Convenit cum textu qui legitur in cod 3788 (tom. I, p. 283, 58°).

4° Vita sancti Medardi episcopi et confessoris (fol. 15r-16v).*

5° Vita et miracula sancti patris nostri Basilii archiepiscopi Cappadociae, edita ab Amphilochio episcopo Iconio (fol. 16v-26v).*

6° Vita sanctae Consortiae virginis et conversio sancti Eucherii et Gallae uxoris ejus (fol. 26v-29v).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 248-52.

7° Vita sancti Martialis Lemovicensis episcopi (fol. 29v-33v).*

Non pauca passim praetermissa sunt.

8° Adventus exceptioque corporis beatissimi patris Benedicti in agro Floriacensi feliciter (fol. 34r-37r).*

9° Sermo sancti Oddonis abbatis de sancto Benedicto (fol. 37r-40r).

Ed. ap. Marrier-Duchesne, *Bibl. Clun.*, p. 138-46.

10° De vita et virtutibus sancti Germani episcopi [Autisiodorensis] et confessoris (fol. 40r-54v).*

11° Vita sancti Taurini episcopi et confessoris (fol. 55r-58v).

Auctore Deodato, ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Aug., tom. II, p. 639-43.

12° Qualiter sacratissimum corpus ejus inventum est (fol. 58v-60r).

Ed. ibid., p. 643-44.

13° Vita beatae Radegundis, composita a Fortunato episcopo (fol. 60v-68r).*

Foliis a compactore passim suo loco motis perturbatus est capitulorum ordo.

Add. Gregorii Turonensis *Hist. Franc.*, lib. VI, cap. 29.

14° Vita sancti Philiberti abbatis (fol. 68r-72r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Aug., tom. IV, p. 75-80.

15° Vita sancti Augustini episcopi et confessoris (fol. 72r-79v).*

16° De passione et virtutibus sancti ac gloriosissimi martyris Juliani, cujus festivitas celebratur v kalendas septembris (fol. 79v-90r).

Ed. *Script. Rer. Merov.*, tom. I, p. 563-84.

17° Vita beati Aegidii abbatis (fol. 90r-98v).

Ed. ex cod. Carnotensi 84, *Anal. Boll.*, tom. VIII, p. 103-20.

18° Vita beati Justi Lugdunensis archiepiscopi et confessoris (fol. 98v-100r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Sept., tom. I, p. 374-76.

19° Vita sancti Evurtii Aurelianensis episcopi (fol. 100r-104v).*

Omm. prologus et clausula *Ego vero...*

20° Publica Theophili paenitentiae satisfactio, qui Christum abnegavit et veniam beatae Mariae interventu adipisci promeruit (fol. 104v-108r).*

21° Vita sancti Hieronymi (fol. 108r-112r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 15r-18r.

22° Vita, actus atque obitus beati Remigii Remorum pontificis (fol. 112r-135r).*

Add. encomium ed. P. L., tom. CXXV, p. 1187-98.

23° Vita beati Geraldi confessoris (fol. 135r-147v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Oct, tom. VI, p. 300-31 Pro numm. 1-4 legitur in cod. prologus ed. supra, tom. II, p. 392-93. Foliis excisis, non pauca desiderantur.

24° Vita sancti Juniani monachi et confessoris (fol. 147v-149r).

Ed. ex hoc cod. *Act. SS.*, ad d. 16 Oct., tom. VII, p. 848-50. Add. Gregorii Turonensis lib. *In glor. conf.* cap. 101.

25° Vita sancti Aquilini episcopi [Ebroicensis] et confessoris (fol. 149r-150v).*

Ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Oct., tom. VIII, p. 505-10. Mutila desinit in verbis *divisi carnali consortio* (num. 16 fin.).

26° [Vita sancti Hilarionis] (fol. 151v-157v).*

Acephala inc. *qui magno fueris praecone* (num. 1 in.).

27° Vita [Malchi] captivi monachi (fol. 157v-159v).*

28° Vita sancti Theuderii confessoris (fol. 159v-161v).

Auctore Adone Viennensi, ed. P. L., tom. CXXIII, p. 443-50.

29° [Sulpicii Severi scripta de S. Martino] (fol. 161v-177v).*

DCCCXX. Codex signatus N. A. num. 2288.

Olim ecclesiae Romarici Montis.

Foliorum 201, maj. (0m,392×0,278), columnis binis, exaratus an. 1425 (nota in fine codicis).

1° Passio sancti Clementis papae] (fol. 1r-1v).*

Acephala. In fine desunt miracula.

2° In natale sanctae Catherinae virginis et martyris (fol. 1r-13v).*

3° In festo sanctae Elisabeth viduae (fol. 13v-15r).

Sermo quidam encomiasticus, qui inc. *Ad decus et honorem divinae clementiae ampliandum perennemque notitiam laudabilis vitae beatae Elisabeth...*

4° In festo sancti Andreae apostoli (fol. 15r-20r).*

Epistola ecclesiae Achaiae.

5° Miracula sancti Andreae apostoli (fol. 20r-34r).*

Om. prologus.

6° [Passio] sanctae Barbarae (fol. 34r-36v).*

7° [Vita] sancti Nicholai (fol. 36v-46v).*

Om. prologus.

8° In natale sancti Romarici confessoris (fol. 47r-55r, 57r-59r).

Vita illa prolixior citata ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 416-20, passim in notis.

9° In natale sancti Thomae apostoli (fol. 59r-68r).

Passio ed. ap. Max. Bonnet, *Acta Thomae*, p. 133 sqq.

10° In natale sanctae Agnetis virginis et martyris (fol. 100r-105r).*

11° In natale sanctae Agathae (fol. 119r-123r).*

12° [In natale] sanctae Scholasticae virginis (fol. 124r-125r).*

13° Passio sancti Georgii martyris (fol. 151r-154r).

Inc. *Tantas itaque ac tales martyrum passiones roseis cruorum infulis consecratas nullus omittit tantae virtutis agonem impensius enarrare. Datianus igitur imperator, diabolica dominatione arreptus, ut omnem provinciam suae imperio ditionis subderet...*

14° Passio sancti Marci evangelistae (fol. 155r-157v).*

15° In natale sancti Philippi apostoli (fol. 158v-159v).*

Inc. *Post ascensionem Domini Salvatoris...*

16° [In natale sancti Jacobi Minoris] (fol. 159v-160v).*

Inc. *Jacobo apostolo praesidente cathedrae ecclesiae Hierosolymorum...*

17° In inventione sanctae crucis (fol. 161v-166r).*

18° In translatione sancti Nicolai (fol. 168r-169r).

Miraculum ed. ap. Carminium, p. 124-25, num. 21.

19° Translatio sanctorum Amati, Romarici et Adelphi confessorum (fol. 172r-176r).

Scilicet excerpta quaedam ex miraculis et translationibus S. Adelphi, ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Sept., tom. III, p. 829 sqq. Praemissa sunt quaedam de historia monasterii Sancti Romarici sub praesulibus Segoberga et Gebedrudo.

20° [Vita sancti Medardi episcopi] (fol. 182r-184r).*

Acephala, foliis avulsis.

21° [Passio] sancti Barnabae apostoli (fol. 184r-187r).

Ed. *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 354-57.

Praeterea continet codex Vitas vel Passiones plus minus compendiarias SS. Luciae (fol. 56r-57r), Joannis ev. (70v-72r), Silvestri (75r-80v), Pauli primi eremitae (85r-88r), Felicis presb. Rom. (88r-89r), Marcelli papae (89r-91r), Sulpicii ep. Bituric. (91r-94r), Sebastiani (96r-100r), Vincentii (105r-109v), Polycarpi (111r-114v), Blasii (118r-119r), Valentini ep. (125r-126r), Matthiae ap. (128v-130r), Gregorii M. (131r-134r), Benedicti ab. (134r-138v), Ambrosii (143r-144v), Leonis IX papae (144v-151r), Gordiani et Epimachi (169r-170r), Gengulphi (170r-171r), Nerei et Achillei (171v-172r), Ivonis (179v-181r), Petronillae (181r-v), Basilidis, Cyrici et Naboris (187r-188v), Gervasii et Protasii (188v-191v).

DCCCXXI. Codex signatus N. A. num. 2289.

Olim coenobii Romarici Montis, alter scilicet tomus Legendarii cujus tomum primum exhibet codex superior.

Foliorum 259, ceterum ejusdem formae et aetatis cum praecedente.

1° [Passio] sancti Pauli (fol. 3r-10v).*

Auctore Pseudo-Lino.

2° Translatio sancti Martini (fol. 12v-13v).

Gregorii Turonensis *De virtutibus sancti Martini*, lib. I, cap. 6.

3° De sancto Benedicto (fol. 17v-34r).*

Vita, auctore Gregorio M. Acephala inc. *Recedente igitur tentatione, vir Dei quasi spinis erutis...*

4° Passio sanctae Margaretae virginis (fol. 45r-52v).*

5° De sancta Praxede virgine (fol. 52v-53r).*

6° [Vita] beatae Mariae Magdalenae (fol. 54r-59v).*

Om. prologus. Praemissa est pars sermonis Odonis et subjuncta narratio translationis ad coenobium Vizeliacense.

7° Passio sancti Jacobi [Majoris] apostoli (fol. 65v-68v).*

8° [Passio] sancti Christophori (fol. 68v-72r).*

9° Vita sancti Simeonis monachi (fol. 72r-78r).*

Inc. *Sanctus itaque Simeon, cum adhuc puerulus esset aetate, pascebat oves patris sui...*

10° [Passio] sancti Pantaleonis martyris (fol. 78r-84r).*

11° [Passio] sanctorum Simplicii, Faustini et Beatricis (fol. 84v-85v).*

12° Inventio sancti Stephani protomartyris (fol. 89v-94r).*

13° [Passio] sanctorum Sixti, Felicissimi et Agapiti (fol. 97v-100r).*

Inc. *Magnas martyrum praeclarasque virtutes humilis attenuat potius quam explicet sermo...*

14° [Passio] sanctorum Cyriaci, Largi et Smaragdi martyrum (fol. 100r-103r).*

Desumpta ex Actis S. Marcelli papae.

15° Passio [sancti Laurentii] (fol. 103r-106v).*

16° [Passio] sancti Hippolyti sociorumque ejus (fol. 106v-109r).*

17° De sancto Bartholomaeo apostolo (fol. 134v-138v)*.

18° Vita [sancti Mansueti episcopi Tullensis](fol. 145v-153r).

Liber I Vitae auctore Adsone, ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Sept., tom. I, p. 639-45.

19° Vita [sancti Adelphi abbatis] (fol. 165v-168v).

Ed. ibid., ad d. 11 Sept., tom. III, p. 818-20. Om. num. 1.

20° Vita sancti Amati abbatis et confessoris (fol. 169r-174r).

Ed. ibid., ad. d. 13 Sept., tom. IV, p. 103-7.

21° In exaltatione sanctae crucis (fol. 174v-176r).*

22° Passio [sancti Cornelii papae] (fol. 176r-177r).*

23° Passio sancti Cypriani episcopi et martyris (fol. 177r-178r).*

Acta proconsularia.

24° [Passio] sancti Matthaei apostoli et evangelistae (fol. 186r-191v).*

25° [Passio] sanctorum Mauritii sociorumque ejus (fol. 191v-196v).*

26° [Passio] sanctorum Cosmae et Damiani (fol. 196v-200v).*

27° [Apparitio sancti Michaelis] (fol. 202r-204r).*

28° [Vita] sancti Hieronymi presbyteri (fol. 206v-210v).*

Auctore anonymo.

29° [Vita] sancti Basoli confessoris (fol. 225r-229r).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 65-67. Sed in cod.

a) Praemissus est prologus, qui inc. *Beatissimorum vita virorum cum sit gloriosa in exemplis, admirabilis in operibus, laudabilis in virtutibus, decorata ad enarrandum in eloquiis, plerisque dura est ac difficilis...*

b) Intermixta sunt multa paraenetica, in ed. praetermissa.

c) In fine add. hoc miraculum :

In quo loco ex die suae translationis plurimae virtutes patratae sunt, quae per neglegentiam non sunt scriptae. Nos vero de quanto nostro tempore aut fieri vidimus, aut factum certe veridica patrum relatione cognovimus, silere nequivimus. Processu denique temporis post obitum beatissimi viri, advenit quidam homo natione nobilis, sed ferox nimis, ad sancti sepulcrum causa orationis. Qui cum ab oratione a tumulo surrexisset et baculum sancti juxta sepulcrum intuitus fuisset, accepit illum. Quem supponens mento suo et super pedem innixus se sustentans, quia procerae staturae erat, subsannando dixit : « En manifestat iste baculus quam parvae staturae fuerit Basolus. » Hanc blasphemiam in sanctum Dei dicens, ilico pes ejus cui baculus haeserat emarcuit ; sicque post arefactus, divina ultione turpissima multatus est morte. Quem cum ad tumulandum ferre disponerent de Septem salicibus ad Sanctum Basolum, nullo modo moveri potuit. Proposuerunt iterum ut ferretur ad Sancti Remigii cimiterium ; et nec sic moveri potuit. Videntes ergo ii qui eum tumulare debebant quod indignus esset in ista diocesi jacere, detulerunt illum in Cathalonico territorio, necessitate cogente, ibique eum sepelierunt.

30° [Passio] undecim milium virginum (fol. 231v-236v).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. III, p. 7-20. Om. prologus.

31° Passio sanctorum Crispini et Crispianini (fol. 236v-239v).*

32° Passio sanctorum Simonis et Judae apostolorum (fol. 240r-247r).*

Praeterea continet codex breviores notitias de vita aut passione SS. Processi et Martiniani (fol. 11v-12v), septem fratrum (17r-v), Benedicti translatione (34r-36r), Arnulphi ep. Metensis (38v-45r et 130r-131r), Apollinaris ep. Ravenn. (62v-63v), Christinae (63v-64v), Abdon et Sennes (85v-86r), Augustini ep. (138v-141v), Lamberti ep. (179v-181r), Goerici ep. (182r-185r), Remigii ep. (210v-213v), Leodegarii ep. (213v-216v), Dionysii et sociorum (220r-224r), Calixti papae (224v-225r), Galli ab. (229r-230r), Lucae ev. (230r-231r).

DCCCXXII. Codex signatus N. A. num. 2335.

Olim Libri 96.

Foliorum 59, constans laciniis diversorum codicum. Pars hagiographica maj. (0m,41×0,285), columnis binis, exarata saec. XIV.

1° Passio sancti Saturni[n]i (fol. 13r).

Compendium brevissimum.

2° Passio et actus sancti Andreae (fol. 15r-17v).

Ex *Legenda Aurea.*

3° Vita sancti Eligii episcopi (fol. 17v-20v).

Auctore Audoeno, ed. P. L., tom. LXXXVII, p. 479-94. Omm. prol. et capp. 1-12.

4° Illatio beati patris Benedicti (fol. 22v-25r).

Auctore Diederico, ed. ap. Joannem a Bosco, *Bibl. Floriac.*, part. I, p. 222-29. Omm. praefatio et cap. 1 ; et post verba... *quem elegisti et assumpsisti* (cap. 10 init.) insertum est compendium capp. 14-17 libelli Adrevaldi, ed. ibid., p. 31-37.

5° Miracula in conceptione beatae Mariae Virginis (fol. 26v-27r).

6° Vita sancti Nicholai (fol. 28r-34r).*

Om. prologus ; in fine legitur clausula ed. ap. Carminium, p. 126, not.

7° Passio sanctae Luciae virginis (fol. 34r-34v).*

Initium hujus Passionis.

SUPPLEMENTA

AD SUPERIOREM CATALOGUM.

—

MONITUM.

In praefatiuncula primo hujus catalogi tomo praefixa monuimus propositum nobis ab initio fuisse ut Breviaria et alia collectanea hagiographica, quae fere lacinias tantum vel compendia Vitarum aut Passionum continerent, reiceremus in Supplementum ultimo tomo annectendum. Jam itaque, aliorum codicum recensione ad metam perducta, ad hoc Supplementum accedimus. Quod et in duas partes distribuere nunc intendimus; quarum posterior complectitur quae proprio nomine dicuntur Breviaria, quae scilicet conspectum exhibent officiorum de tempore et de sanctis secundum ordinem ecclesiasticum singulis anni diebus assignatorum (haec enim, ne moles nostri operis nimis excresceret, et etiam majoris perspicuitatis et legentium commodi gratia, magis summatim describenda duximus); prior vero, eos codices qui nonnisi lectiones de sanctis et de festivitatibus continent, non autem psalterium, antiphonas et ceteras officii ecclesiastici partes, vel etiam eos qui singularia tantum officia de quibusdam sanctis, non vero de omnibus qui celebrari solent singulis diebus per decursum anni. Huic priori parti inseruimus quoque descriptionem codicum nonnullorum qui in superiori recensione diligentiam nostram fugerunt vel desiderarunt, ac singillatim brevissimorum quorundam fragmentorum hagigraphicorum quae documentis alius generis intermixta reperiuntur. Codices vero, qui evangelia tantum apocrypha, nulla vero propria de sanctis monumenta referunt, re melius considerata, neglegere potius visum est.

SUPPLEMENTUM I.

—

DCCCXXIII. Codex signatus num. 5.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis, deinde Regius C. 3560. 2 et 3560. 3.

Duobus tomis constans, max. ($0^m,31 \times 0,39$), exaratus saec. XI.

Tom. II, fol. 130r-v, exscripta est *Epistola Johannis papae* [*XVIII de apostolatu sancti Martialis*], *missa in Galliis*, ed. ap. Labbe, *Conc.*, tom. IX, p. 856-57; et fol. 130v, *Item corroboratio multorum episcoporum de sancto Martiale apostolo in Bituricensi concilio*, scilicet edictum Aimonis archiepiscopi Bituricensis, ed. tom. cit., p. 868.

DCCCXXIV. Codex signatus num. 574.

Olim Bibliothecae Regum Aragoniae Neapoli, deinde Reg. Blesensis, postea Reg. R. 1558, P. 1465, C. 6196.

Chartaceus, foliorum 154, min. ($0^m,20 \times 0,145$), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Unum continetur in codice documentum hagiographicum, nimirum

Tractatus de martyrio cujusdam reverendi patris fratris Antonii [Ripolani], ordinis Praedicatorum, editus per fratrem Constantium, Heremitarum sanctissimi Hieronymi de monasterio Sancti Raphaelis de Iventiis (fol. 1r-4v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Aug., tom. VI, p. 334-37.

DCCCXXV. Codex signatus num. 703.

Olim Colbertinus 4836, deinde Reg. C. 4308. 5.5. D, exaratus saec. XIV.

Fol. 1r descripta est notitia de S. Luca evangelista, excerpta ex S. Hieronymi libro *de Viris illustr.*, cap. 7 et ejusdem prooemio in Lucae evangelium.

DCCCXXVI. Codex signatus num. 793.

Olim Peirescianus, deinde Mazarinaeus 115, postea Reg. C. 3658.

Foliorum 207, maj. (0m,39×0,285), columnis binis, exaratus saec. XII.

Lectionarius ad usum ecclesiae Arelatensis.

Continet lectiones pro festis totius anni (haec pars initio paucis foliis mutila est), inter quas de sanctis fol. 1-25 et fol. 97-149. Quaedam praeterea diversis a prima manibus lectiones de sanctis adjectae sunt, videlicet, praeter excerpta ex Passione S. Victoris Massiliensis (fol. 176r-v) et ex Vita S. Caesarii Arelatensis (fol. 176v-177r), integra

Vita sancti ac beatissimi confessoris Marii, Badonensis coenobii abbatis (fol. 172r-174v).

Auctore Dynamio Patricio, ed *Act. SS.*, ad d. 27 Jan., tom. II, p. 774-76. Inter voces *mentis* et *diligenti* (loc. cit., num. ult., lin. 9 a fine) legitur in codice sola vox *intima*.

Continet praeterea codex legendas compendiarias de SS. Johanne (fol. 5v), Trophimo (7v), Silvestro (8r), Hilario (12r), Fabiano et Sebastiano (14r), Agnete (14v), Vincentio (15r), Agatha (18v), Mathia (20v), Gregorio (21v), Benedicto (22v), Ambrosio (24v), Georgio (97v), Marco (98r), Philippo et Jacobo (99r), Crucis inv. (100r), Marcellino et Petro (100v), Barnaba (101v), Johanne et Paulo (108r), Petro ap. (108v), Paulo ap. (111r), Martini transl. (113v), Maximino (114r), Benedicti transl. (114v), Jacobo ap. (115v), Germano Autis. (117v), Stephani protom. inv. (119r), Laurentio (120r), Hippolyto (121r), Symphoriano (126v), Genesio Arel. (127v), Augustino (128v), Aegidio (130v), Crucis exalt. (132v), Cornelio p. (133r), Matthaeo (133r), Cosma et Damiano (134v), Michaelis ecclesiae dedic. (135v), Hieronymo (136v), Luca ev. (137v), Simone et Juda (138v), Martino Turon. (141v), Caecilia (145r), Clemente (146r), Saturnino ep. Tolos. (146v), Andrea (147v).

DCCCXXVII. Codex signatus num. 798.

Olim Peirescianus, deinde Mazarinaeus, postea Reg. C. 3596.

Foliorum 191, maj. (0m,485×0,32), columnis binis, exaratus in. saec. XIII.

Vita sancti Benedicti abbatis, edita a beato Gregorio papa (fol. 175r-178r).*

DCCCXXVIII. Codex signatus num. 799.

Olim Peirescianus, deinde Mazarinaeus 87, postea Reg. C. 3595.
Foliorum 263, maj. (0m,46×0,32), columnis binis, exaratus in saec. XIII.
Continet (fol. 167r-v) Lectiones *in natali sanctorum Cornelii et Cypriani.*

DCCCXXIX. Codex signatus num. 800.

Olim Peirescianus, deinde Mazarinaeus 131, postea Reg. C. 3656.
Foliorum 146, maj. (0m,435×0,285), columnis binis, exaratus in. saec. XIII.
Continet (fol. 100v-101r) *Lectiones in natali sancti Cornelii.*

DCCCXXX. Codex signatus num. 803.

Lectionarius ad usum, ut videtur, coenobii Sancti Nicolai a Pratis, dioecesis Tornacensis, deinde Telleriano-Remensis 288, postea Reg. C. 3596.6.

Foliorum 285, maj. (0m,417×0,29), columnis binis, exaratus saec. XIV (praeter folia 225-285, exarata saec. XV).

1° De sancto Blasio martyre (fol. 59v-62r).*

2° [Passio sanctae] Agathae virginis et martyris (fol. 62r-64r).*

Omm. numm. 13 (praeter primam phrasim), 14 et 15.

3° Vita sanctae Mariae Magdalenae (fol. 225r-227v).

Fabulosa sane et sub hac forma, ni fallimur, inedita. Itaque ad complementum traditionum quae de sancta et socius ejus feruntur, et documentum istud hoc loco exhibere visum est. Vid. infra, Append.

4° Item quomodo se habuit beata Maria Magdalena (fol. 227v-230r).*

Vita, sine prologo, sed cum additionibus et etiam cum illa quae [illegible] est in cod. Brux. 3[illegible]-82. Cat. B[illegible], tom. I, p. 215. [illegible] est a [illegible] celebrari quadragesimae [illegible] praeter epilogum [illegible] ms. [illegible] Fa[illegible], tom. II, p. 432, sed ejus [illegible] verum [illegible] sed [illegible] se miraculum [illegible] quae [illegible] 21 a sequ[illegible] hujusmodi narrato.

5° Quomodo sanctissimum corpus ejus translatum fuit (fol. 230v-232r init.).

Ed. ap. Faillon, *Monuments*, etc., tom. II, p. 747 extr. (*Compertum jam a multis olim...*) - 52.

6° [Miracula ejusdem] (fol. 232r init.-234r).

Ed. ibid., p. 737 init. (*Sanitates etenim universarum...*) - 42.

7° [Vita sanctae Brigidae] (fol. 235v-238v).

Auctore anonymo, ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Febr., tom. I, p. 118-34. Foliis avulsis, mutila desinit in verbis *et baptizari renuit* (num. 37 extr.). Om. num. 36.

8° De translatione sancti Eleutherii (fol. 248r-249r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Febr., tom. III, p. 194-5, num. 38-45. Praemittitur haec phrasis : *Igitur episcopus Heidilo, convocatis episcopis, missarum sollemnia frequentavit, deinde corpus sancti Eleutherii elevavit et in loco condigno honorifice sepelivit.* In fine aliquantum turbatus est numerorum ordo et om. num. 40. Sed et pro ultima phrasi num. 39 (*In ipsa autem die Lib. exsp.*) legitur in cod. *Tunc memorabilis pater noster vir Dei Eleutherius, ut erat magnae misericordiae et pietatis, illis signum indulgentiae ostendit.*

9° [De translatione sancti Nicolai] (fol. 249v sqq.).

Ed. ex cod. Gandav. 289, *Anal. Boll.*, tom. IV (1885), p. 170-92, num. 3-45. Omm. numm. 8 extr. (*Alii autem his per omnia...*) - 11, ultima pars num. 14 (*Non enim erat eis utile...*), versus in fine num. 15, praeter duos primos, num. 19, numm. 25-42, et numm. 20-24 post num. 45 rejecti sunt.

Appendix ad cod. 803.

Ex vita S. Mariae Magdalenae (Cfr. supra, p. 524, 3°).

Incipit vita sanctae Mariae Magdalenae.

1. Postquam Dominus noster Jesus Christus, Dei et hominum mediator, per passionem et gloriosam resurrectionem suam, devicto mortis imperio, glorificata
5 humanitatis substantia, ad caelos ascendit, beata Maria Magdalena et beatus Maximinus, unus ex septuaginta duobus discipulis, cui commendata fuit a beato Petro apostolorum principe, una cum couterinis suis, Martha scilicet et Lazaro, et illo qui caecus a nativitate linitis oculis sputo dominico tam interioris hominis quam exterioris lumen recepit, et Marcilla, quae loquente Domino Jesu ad tur-
10 bas dixit : *Beatus venter qui te portavit*, etc., plerisque aliis discipulis, ad mare profecti sunt, et naviculam ingressi, zephiro spirante, vernali gratior

aura, Deo duce cursu placido Massiliae portui feliciter applicuerunt. Et egredientes navim, villam ingressi sunt, et cum non invenissent aliquem qui eos hospitio exciperet, in porticu, quae praeerat fano gentis illius, terrae et lapidibus accubantes, jejuniis et orationibus insistentes pernoctaverunt.

2. Mane autem facto, convenit generatio prava et exasperans, ut more solito idolis sacrificaret. Cui advenienti Maria Magdalena assurgens, vultu placido, facie serena, lingua diserta, corpore procero, verba salutis verae vitae dogmate ore prophetico praedicavit; et ammirati sunt universi, prae specie, prae facundia, prae dulcedine eloquentiae ipsius. Sequenti vero die advenit quidam nobilissimus cum uxore sua, qui universae praeerat provinciae, ut ibidem, sicut consueverat, sacrificaret. Erat enim dolore afflictus immodico, eo quod spe prolis diu desideratae frustraretur. Cui Maria Magdalena, apostolorum apostola, Spiritu sancto repleta, Jesum Christum natum ex Maria virgine, a Judaeis crucifixum, mortuum et sepultum et die tertia resurgentem praedicans, dissuasit sacrificia. Confluebant attentius, tam pro illius pulchritudine quam pro verborum suorum lepore. Neque mirandum si os, quod tam pia, tam pura, pie pedibus Salvatoris oscula infixit, peramplius et perfectius ceteris Verbi Dei spiraret odorem. Spiravit utique et effudit abunde.

3. Jam jamque matrona praepotens coepit sanctorum compati inopiae, et per satellites quos sibi noverat et familiares jussit eis victualia erogari occulte; timuit enim viri sui saevitiam et gentium vicinarum perfidiam. Praesertim evolutis aliquot dierum curriculis, quadam nocte, cum matrona illa cum viro suo membra quieti committeret, apparuit ei beata Maria Magdalena in somnis, quaerens, cum tantas possideret divitias, quare sanctos Dei fame et siti, frigore et nuditate perire permitteret. Addidit et minas, si marito suo suadere contemneret ut in brevi sanctorum inopias sublevare curaret. Matrona vero evigilans, nequaquam ausa est viro suo visionem indicare. Sequenti nocte, quod in priori ei visum fuerat, iterato aspexit : quod secundo distulit enucleare. Tertio vero sub intempestae noctis silentio apparuit utrique fremens et igneo vultu, ac si tota domus accenderetur, et ait : *Dormisne, tyranne, membrum patris tui satanae, cum vipera conjuge tua, quae verba mea tibi postposuit evolvere ? Quiescisne, crucis Christi inimice, diversis ciborum et potuum generibus ventris tui ingluvie referta, et sanctos Dei fame et siti et aliis aerumnis permittis disperire ? Jacesne in palatio tuo pannis involutus holosericis, illi autem in maerore et angustiis ? Vides eos desolatos et inhospites, et praeteris. Non sic, inique, non sic evades, nec impune feres quod tantum distulisti eis benefacere.* Sic locuta est, et evanuit. Consequenter matrona evigilans ingemuit, et ab imo pectore ducens suspiria, viro eadem de causa suspiranti ait : *Domine mi, vidistine somnium quod mihi apparuit ? Vidi, inquam,* vir inquit, *et ammirari non desino. Quid inde faciemus ?* Cui mulier : *Utilius esse existimo persuasionibus ejus obtemperare quam iram Dei sui, quem praedicat, incurrere. Non enim sine causa haec*

visio nobis apparuit. Benefaciamus eis, et dicamus Mariae Magdalenae ut oret Deum suum ut possim concipere. Acquievit igitur vir utili mulieris consilio, praecipiens sanctos Dei hospitari et in omnibus eis necessaria erogari ; et factum est.

5 **4.** Evolutoque brevi tempore, debita illis exercentibus, cognovit se matrona precibus beatae Mariae Magdalenae concepisse, et gavisi sunt universi. Consequenter vir itineri suo coepit disponere, ut posset experiri si verum esset quod praedicavit beata Maria Magdalena de Domino nostro Jesu Christo. Quod cum matrona attenderet, ait : *Quid est, domine? Putas sine me quoquam profi-*
10 *cisci? Absit. Te enim recedente recedam, te veniente veniam, te quiescente quiescam.* Cui dominus : *Non sic fiet ; sed vivendo deliciose domi quiesces et possessionibus nostris curam impendes, ne me absente aliquis nostrae jurisdictionis terminos praesumat exterminare vel aliquid contra potestatem nostram temere usurpare. Graves enim sunt*
15 *tractus viarum et infinita maris pericula, et cum sis imbecillis et gravida, de facili, quod absit, posses periclitari.* Econtra mulier instat anxia, femineum nec mutans femina motum, nititur in vetitum ; et pedibus viri provoluta, lacrimis obortis, ceu mos est mulierum, tandem obtinuit. Venientes autem ad Mariam Magdalenam, terras et possessiones suas tutelae suae commiserunt.
20 Maria vero signum sanctae crucis humeris eorum mira providentia imposuit, ne ille callidus temptator hostis iter quod inceperant aliqua temptatione perversa diverteret, sufficienter eos edocens quod Petro apostolorum principe duce omnia quae eis dixerat de Domino Jesu in notitiam cederent. Illi consequenter, sic signati et hortamine honesto sufficienter informati, oneratis plerisque gerulis
25 auro et argento et vestimentorum mutatoriis, profecti, pactione inita cum nautis, navem ingressi sunt. Naucleri vero, rudentibus, antemnis ceterisque navis armamentis dispositis, carinam fluctibus, carbasa ventis imponunt.

5. Jamjamque cursu unius diei et noctis velificando consummato, coepit ventus intumescere et undarum ebullitio per varios afflatus ebullire, ita quod in
30 brevi maxima tempestas inoleret. Praesertim omnes qui aderant, tam saeva fluctuum inundatione quassati, gravissimis urgebantur angustiis, et matrona maxime, imbecillis et gravida, quae in tantum gravata est ut partus sui tempora expleret, inter dolores ventris et pressuras coacta est exspirare. Puerulus vero palpitabat, et mammarum maternarum quaerens solatia, lamentabiles edit vagi-
35 tus. Proh dolor ! natus est infans ; natus et matricida est effectus, et mori eum convenit, cum non sit qui vitae tribuat alimentum. Quid faciat peregrinus noster, cum uxorem videat mortuam et puerulum vagientem querulis vocibus, matris mammas appetentem ? Attendit etiam nautis procella saeviente clamantibus : *Eiciatur corpus antequam moriamur. Numquam enim cessabit*
40 *quassatio quandiu intro fuerit. Non enim ambiguum est, cum multis experimentis et rationibus sit probatum, quod mare intra nihil sustinet quod sit mortuum.* Et cum apprehendissent corpus ut illud saevientis maris

fluctibus eicerent : *Parcite*, inquit peregrinus nautis, *parcite. Et si nec mihi nec matri adhuc tepidae volueritis parcere, miseremini saltem pueruli vagientis. Inhumanum enim est corpus semivivum fluctibus inicere; absonum et absurdum est in tam teneri puero tam subitum perpetrare homicidium. Sinite modicum et sustinete, ut si forte mulier prae angustiis et dolore in exstasi posset adhuc respirare.* Dixit, et ecce non procul a navi quidam mons apparuit. Quo viso, utilius esse credidit corpus et puerulum illic deferri quam marinis beluis ad devorandum fluctibus deici, et ait : *Sistite cursum, nautae, sistite paulisper, et accepto quantum volueritis pecuniae, corpus una cum puerulo ad collem deducite, ut illic saltem possint intumulari.* Profecto nautae, audita pecunia, lucri odore velut piscis hamo inescati, petitioni suae paruerunt, et educta scapha, corpus cum puero eo quo voluit delatum est. Et cum prae loci duritia foveam nequivisset effodere, in secretiori parte loci chlamyde superposita corpus collocavit; et puerum mammis ejus apponens, effusis lacrimis ait : *O Maria Magdalena, cur ad perditionis et miseriae meae cumulum Marsiliae partibus applicuisti? Cur infelix ammonitione tua hoc iter arripui? Petistine Deum tuum ut mulier mea conciperet hac de causa, ut per conceptum periret? Ecce pereunt concipiens et conceptum : concipiens, quae prae ventris doloribus et angustiis morte jam praeventa est; conceptum natumque natum est ut pereat, cum non sit qui enutriat. Ecce quod prece tua obtinui, tibi cui omnia mea commendavi Deoque tuo commendo. Si potens est, memor sit animae matris et prece tua misereatur pueruli, ne pereat.* Sic locutus est, et chlamyde sua corpus cum puero circumquaque operuit, et ad navem per scapham delatus est; quo recepto, nautae remis incumbunt et iter inceptum arripiunt.

6. O ineffabilis Dei miseratio, o inaestimabile Mariae Magdalenae praemium, o celsi meriti femina, feminae nil levitatis habens, o pars partium omnium quam elegit sibi Maria : quae in terris praedicans, viro peregrinanti affuit, conferens sibi subsidium, ne pro desolatione desperaret, roborans eum et confirmans, ne maerore confectus in itinere deficeret. Affuit et mulieri parturienti, et obstetricis adimplens officium, inter dolores mentis et pressuras salubre ei contulit remedium. Affuit et puerulo vagienti, et nutricis explens officium, uberrimum lactis exhibuit alimentum. Quis audivit talia? In terris praedicat et aedificat; in mari consulit, famulatur et lactat. Consulit peregrinanti, ne iter arreptum relinquat inconsummatum, famulatur parturienti, dolores allevans per obsequium, lactat vagientem, ut teneri ploratus relevet esuriem. Jacet corpus matris exanime lactans puerum, quod est dictu mirabile; ductus est spiritus ejus peregre, ut iter expleat quod debuit corpus complere. Non videtur ab aliquo, et quidquid vident alii, potens est videre. Jacet corpus quasi vas vacuum, quod puerulus cura lactat pervigili : vas, inquam, signo signatum salutifero; vas, inquam, tutum, quod nec roris stillatio nec imbrium inundatio nec ventorum

tangit quassatio; vas quod nec hiemalis temporis sollicitat molestia nec aestivi solis perurit inclementia; vas quod nec sitit nec esurit nec faetet nec deperit. Sic, sic servatur quicquid beatae Mariae Magdalenae patrociniis et precibus commendatur.

5 7. Revertamur ad peregrinum, nec vertatur in taedium audire quale ei de desolatione sua solatium gloriosa Maria Magdalena precibus suis contulerit, qualiter maestitiam suam in gaudium converterit. Jam vento graviore carbasa impellente, navis optato portui applicuit, et dato naulo peregrinus egressus est. Emensoque aliquot dierum itinere, obviavit ei qui supra firmam petram fundatus 10 erat, Petrus, et sciscitans peregrinum cujus ammonitione, qua de causa illuc venisset, viso signo crucis umeris ejus affixo, gavisus est; novit enim quod in partibus unde venerat praedicatum esset verbum Dei. Cui peregrinus omnia quae ei acciderant, tam in terra quam in mari, cujus hortamine, qua de causa illuc venerat diligenter explicuit. Quo penitus audito, Petrus ait: *Pax tibi,* 15 *frater; bene venisti, utili consilio credidisti. Persevera in bono, et bene tibi erit. Nec moleste feras, si salva facta sit mulier tua, si dormiat, si puerulus cum ea quiescit; potens est enim Dominus cui vult dare, data auferre, ablata restituere. Ego sum Petrus; ego ero dux et comes tuus.* Tunc introduxit eum Hierosolymis, ubi passus, mortuus et sepultus fuerat Domi- 20 nus noster Jesus Christus, et ad alia plura loca duxit eum, ostendens ei virtutes et prodigia quae fecit Dominus noster Jesus Christus in conspectu discipulorum, quae enumerare per singula non est nostrae facultatis, qui nudis verbis et vulgaribus utimur sententiis.

8. Dum haec omnia peregrinus noster investigaret et sedula mente inquireret, 25 evoluta sunt biennii vel amplioris temporis curricula. Tandem ille reversus, accepta beati Petri licentia, repatriare curavit, et dum venisset ad mare, dato naulo navem conscendit. Nautis vero obnixe remis utentibus, Deo disponente juxta collem ubi corpus mulieris cum puero collocaverat velificaverunt. Quem cum vidisset peregrinus, dedit pretium ut cursum sisterent et eum ad collem 30 deferrent, et pretio mediante ad collem delatus est. Et cum applicare deberet, vidit puerulum, qui more solito secus litus lusum venerat, harenae involutum, lapillos conchis immiscentem; et quidnam esset ammirari non desinens, scapha exilivit. Quem cum attenderet puerulus, qui numquam talem viderat, expavit, et more catulino, palmulis officio pedum fungentibus, ad solita matris recurrit 35 ubera, et sub chlamyde latitabat occulte. Peregrinus vero, ut manifestius videret quid esset, accessit, et invenit puerulum staturae pulcherrimae vivum et papillas matris sugentem, pannos vero, quos corpori superposuerat et desuper, adeo fragrantes, adeo recentes, ac si in pertica vel in arca ab illa die in qua ibi positi fuerant diligenter fuissent collocati. Consideravit etiam, quod ad audiendum non 40 est minus delectabile, corpus matronae adeo odorum, adeo coloratum, sicut fuerat cum vitae spiraculo vegetaretur. Quo viso, gavisus est, et procidens in terram, gratias egit Domino nostro Jesu Christo et beatae Mariae Magdalenae, cujus meritis

et precibus talia novit sibi contigisse miracula. Et accipiens puerum, ait : *O beata Maria Magdalena, quam felix essem, quam prospere mihi cuncta advenissent, si mulier respiraret et mecum repatriare valeret. Scio equidem, scio et procul dubio credo quod tu, quae puerum dedisti et per biennium in hac rupe pavisti, matrem poteris prece tua pristinae sanitati restituere.* Ad haec verba mulier respiravit, et quasi a somno evigilans, ait : *Magni meriti es, o beata et gloriosa Maria Magdalena, quae in partus mei pressuris obstetricis implesti officium et in omnibus necessitatibus pietatis intuitu ancillae implevisti officium.* Quo audito, peregrinus ammirans ait : *Vivisne, mulier mea dilecta ?* Cui illa : *Vivo equidem, et nunc primo de peregrinatione, de qua et tu venis, venio, et sicut beatum Petrum apostolum ducem et comitem in omnibus locis habuisti, ita et ego una vobiscum, beata Maria Magdalena duce et comite, ubique fui, singula perspexi, conspecta memoriae commendavi.* Et incipiens, omnia loca et miracula, quae vir viderat et peragrarat, adeo plane, adeo evolute explicuit ut nec in articulo deviaret.

9. Quid plura ? Peregrinus, recepta conjuge sua sana et incolumi et puero, navem laetus conscendit, et naucleris et omnibus qui aderant omnia quae ei contigerant enucleavit. Post paulo Massiliae portui applicuerunt, et egressi, invenerunt beatam Magdalenam cum discipulis suis magnae multitudini gentium praedicantem. Et pedibus ejus provoluti, dixerunt : *O beata Maria Magdalena, magnus est Deus tuus, quem colis et praedicas. Scimus et credimus et confitemur quod non est Deus praeter eum. Ecce nos et omnia nostra in manu tua sunt ; fiat de omnibus sicut vis.* Et astantibus narrantes omnia quae eis acciderant et viderant, a beato Maximino baptizati sunt. Et idolorum diruentes aedificia, statuerunt ecclesias in nomine Domini nostri Jesu Christi ; cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

DCCCXXXI. Codex signatus num. 810.

Olim Reg. C. 5594.2.

Foliorum 226 (praeter insiticia quattuor in capite codicis), max. (0m,51×0,37), columnis binis, exaratus saec. XIV.

Praeter breviores legendas inferius recensendas, continentur in hoc Legendario

1° Lectiones per hebdomadam vel per octavas festi translationis sancti Martialis apostoli (fol. 58v-61v, 68r-70v).

Ubi scilicet enarratur relatio corporis S. Martialis Sollemniaco ad ecclesiam Salvatoris Lemovicensem. Vid. infra, Append.

2° [Vita] sancti Austricliniani (fol. 64r-66v).

Desumpta ex Vita S. Martialis.

3° [Sulpicii Severi scripta de S. Martino] (fol. 91v-100v, 105r-110v).*

4° Translatio beati Martialis a Monte Gaudio (fol. 100v-103v, 115r-117r).

Hujus documenti pars posterior (fol. 115r-117r) edita est supra ex cod. 5347 (tom. II, p. 293-95). Priorem vero, adhuc ni fallimur, sub hac forma ineditam (nam magis compendiose eadem enarrata exhibuit cod. 14653, supra, p. 276-77, num. 1), legesis infra in Appendice.

5° [Vita] sancti Briccii episcopi et confessoris (fol. 103v-105r).*

6° Translatio sancti Stephani protomartyris [Hierosolymis CPolim] (fol. 110v-113v).*

7° De sancto Clemente (fol. 120v-124r).*

8° [Passio] sanctae Catherinae virginis et martyris (fol. 124r-128v, 141v-144r).

Inc. *Cum apud civitatem Alexandriam Maxentius imperator advenisset, misit edictum per universas provincias....*

9° [Vita] sancti Justi confessoris et pontificis (fol. 128r-131v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Oct., tom. XII, p. 246-52. Om. prologus.

10° [Passio] sancti Andreae (fol. 133v-137v).*

11° [Passio] sanctae Luciae (fol. 158v-161r).*

12° Translatio sancti Aureliani archiepiscopi Lemovicensis (fol. 166r-168v).

Post excerpta ex Vita S. Martialis sequitur aliis verbis descripta relatio inventionis et translationis ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Maii, tom. II, p. 286, num. 3.

His intermixtae sunt breviores notitiae de SS. Juliano Viennensi (fol. 1r-4r), Augustino (4r-6r), Crucis exaltatione (19r-20v), Cornelio et Cypriano (24v-26r), Mauritio (31r-33v), Hieronymo (38v-40v), Leodegario (40v-42v), Germano, Remigio et Vedasto (42v-43v), Michaelis apparitione (43v-45r), Pardulpho (45r-48r), Dionysio (48r-51v), Geraldo (61v-63v), Juniano (66v-68r), Frontone ep. (73v-77r), Leonardo (90v-91v), Caecilia (117r-120v), Saturnino ep. (131v-133v), Eligio (139r-141v), Benedicti translatione (144r-146v), Nicolao (146v-150r), Valeria (155v-158v).

Appendix ad cod. 810.

Relatio S. Martialis ad ecclesiam Salvatoris (Cfr. supra, p. 530, 1°).

1. Huic sacratissimae ac gloriosissimae translationi, quae per mensis octobris decimum diem, hoc est hodierna die, quondam peracta est, dilectissimi, accedit alia translatio non minus plena et corusca miraculis, qua beatus Martialis ab eo loco qui Solompniacus vocatur sua sancta membra transferri voluit ad pristinum in quo, cum migrasset ad Dominum, tumulatus est monumentum. Timore quippe gentilium aliquando ad eum locum semel transpositum est sanctum corpus ejus. Nam primo, antequam illud ageretur, causa quasi aptioris sibi loci loco priore, in ecclesiam quae in Sanctae Sophiae sive Sancti Salvatoris nomine constat (unum enim et idem Sapientia Dei Patris et Salvator saeculi existit, qui est Jesus Christus Dominus, quem qui videt, videt et Patrem, qui apostolis Spiritum sanctum sua dedit insufflatione quando potestatem ligandi atque solvendi eis tradidit), in ipsam, inquam, ecclesiam proprietati Christi specialissime insignitam corpus beati apostoli Martialis translatum fuerat; cujus potioris reverentiae intentione illa regalis basilica summo studio a novo exorsa et consummata erat, quatinus quanto esset spatiosior ecclesia, tanto latior ante sacra apostoli membra et lucentior in posterum fieret gloria, quanto aedes amplior et laudantium copia numerosior. Credimus, superna providentia hoc inspiravit, hoc ordinavit, ut quia ad congrue districtorum clericorum numerum locus angustior monumenti videbatur nec distincte capere poterat choros cantorum, hac ratione alia nova a patribus ecclesia fabricaretur, quae non in cujuscumque excellentium justorum vel archangelorum privato, sed in ipsius domini angelorum et sanctorum speciali statueretur honore et nomine, in quo summae Trinitatis specialissimo templo sepulcrum apostolo fieret novum quod ibidem in oculis omnium glorificaretur a populo, ac deinceps praevalescente inscrutabili Dei judicio sancti apostoli membra ad ipsum quod sibi ipse vivens praeparaverat iterum referrentur, ac Sapientiae Dei, quia Christus est, templum jam consummatum, cultu magnifico in perpetuum perduraret honorabile. Cujus templi consecratio sollemnis ab episcopis Aquitanicis et populis maximae multitudinis, post primam inventionem corporis Martialis, tertia decima octobris mensis die, quod erit post triduum istud, non sine magno gaudio et gloria peracta tunc est. Ita vero factum est caelesti dispositione ut Martialis membra, quae in eandem translata fuerant basilicam, iterum post aliquantum temporis ad priscum ubi inventa fuerant sepulcrum reportarentur. Quod ex his provenisse constat miraculis.

2. Nam quoniam humana non minimum a supernis distant judiciis, ubi jam monumentum a thesauro suo vacuatum est, elementa conturbata coeperunt saevire in ultionem contra praesumptionem humanam, secundum quod scriptum

est : *Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos;* licet qui haec fecerunt seniorum, recto et saniori consilio fecisse viderentur. Verum sicut ipse sanctissimus prophetarum et fortissimus regum David, quamquam fas sibi et rectum aestimaret in numerando populo, tanem potius offensam quam convenientiam divinitatis emeruit, ut ipsae oves quae poenam non meruerant perirent, sic illud opus humani consilii gravi sententia animadversum est, quod patroni magni corpus aliorsum quam velle Dei erat reconditum custodiretur. Conturbata itaque elementa ad exitia hominum, conturbatum est regnum Galliae ad seditionem, lues non minima grassata est propemodum per omnes Galliarum provincias, tristia de caelo signa, coruscationes ignium, invisa hucusque generationi illi nimia inundantia pluviarum, validissima exundatio aquarum, quae omnem paene aridam occuparent, per plura Aquitaniae loca facta est, ita ut fames valida consequenti tempore per occidentales fieret regiones. At cum proclamatio generalis pro tantis incommodis avertendis * ad Deum ab ecclesiis Aquitanicis fieret, pluresque pluribus tam vulgi quam probabilium crebro per visum factae essent revelationes qua de causa id accidisset quaeque causa ' adverteretur, apertis divinis oraculis in sancti patris ecclesiae Lemovicensis commercio generali, iterum ceteris ecclesiarum, pretiosissima apostoli membra ex integro restituerunt anteriori monumento, sicque illa gravis divina animadversio in misericordiam conversa est.

* *cod.* advertendis.

* *cod.* causaque.

3. Procedente * denique tempore annorum, cum exigente inextricabili necessitate iterum beata ejus membra ab illo quodam loco nuncupato Sollemniaco reportata non sine miraculo ad illud semper amicum sibi locum proprii tumuli essent, sancitum est a patribus ipsum diem quo illae contigerant translationes divina auctoritate in futuras retro * generationes quotannis celebrari commemorabilem, quatinus hodiernus dies non incelebris, verum toto amore jam excellentissimi patroni recordabilis a quibusque devotis in divinis laudibus factus, et primam inventionem corporis apostoli, postquam ibi primum caelis patefactis demonstrantibus sanctum est, ipsamque a loco Sollemniaco demum quae contigit in memoriam reducat translationem.

* *cod.* Praecedente.

* *cod.* retra.

Quod qualiter fuerit commemorare alio tempore est reservandum nescientibus, vestrae vero dilectioni, qui hoc plenius nostis, summatim solum propter hodiernam festivitatem hoc in sermone ad mentem reducere satis sit. Primo quidem non tacendum quod illa inventio sive prima patroni translatio corporea post numerum annorum circiter septingentorum et sexaginta ab ejus pretiosa morte sive ab incarnatione octingentesimo tricesimo facta est anno.

4. Deinde cum jam ipsa inventio sive translatio pro celebritate annua a patribus haberi coepisset, gloriosissimo augusto Ludovico, qui et eidem gloriae translationis apostoli ac dedicationis templi Salvatoris Domini interfuisse dinoscitur, post multum temporis defuncto, gentilitas ab aquilone Aquitaniam paulatim irrupit adeoque * increvit et viribus numeroque invaluit ut illam propemodum desertam reddere videretur provinciam. Quocirca factum est ut pia plebs chri-

* *cod.* abeoque.

stiana Lemovicensis timore repleretur de amissione corporis patroni fortasse futura, si ipsa fugiens tantum thesaurum nefandae genti patere deserere* ideoque cum tantum thesaurum* saepius tutiora montana expetiit, castella firmissima eligens, usque ad ipsum qui locus Torenna per omnia inexpugnabilis videbatur. O beatam Christi plebem, ita suo doctori devotam ut, cum omnia sua desereret, ejus solum corpus custodiret, pro incomparabilibus opibus aestimans super aurum membra patroni esse, quemadmodum scriptum est : *Pretiosior erit vir auro et homo mundo obrixo.* Sciens erat cum eo omnibus divitiis se affluere, sine eo nihil consolationis habere; eo possesso nihil triste sibi fore, quo si privaretur, omne infortunium sibi praesto fieri.

*sic.

5. Verum sciendum quia, nisi certis revelationibus certisque quibusdam signis voluntas divina fuerit ostensa, ossa sanctorum de suis sepulcris aliquando aliquatenus effodere sive inquietare* tanto est nefandum quanto periculosum, et quo ruinosum, eo metuendum, quantoque* tremendum tanto cavendum : quippe si absque Dei imperio tam periculosa res, licet humana concordante voluntate, praesumatur, dum justorum corpora de sedibus effodiuntur sive, quod pessimum est, extrahantur, eorum, si dici fas est, animae in caelo cum Christo degentes inquietantur, dum pro tanto piaculo membrorum suorum ad iracundiam provocantur. Martialis corpus itaque post illas evectiones priores, quodam tempore solito more quasi gentilitatis iterum erumpentis terrore, aggressi sunt transvehere ad loca munitiora unanimi pariterque consensu cives urbis Lemovicensis. Quod quia displicuit in oculis Domini sic ostensum est. Transeuntibus enim illis per ipsum locum qui Sollemniacus dicebatur et hospitatis, nullatenus ultra lipsanum illud movere potuerunt, immo fere per biennium penitus immobile quasi mons perstitit.

*cod. inquietam.
*cod. quandoque.

6. Tandem aggregatis Aquitaniae episcopis et indicto triduano jejunio, quatinus causam divina pietas revelaret cur ad proprium non se sineret reportari patronus sepulcrum, revelatum est divinitatem potius injuriari* quam placari pro inquietudine membrorum illius quem primum novit tellus Aquitanica patrem, cujus spiritus in secreta requie caelorum cum Domino regnat, nec patronum de ipso loco velle prius ad pristinum referri sepulcrum, quam illud observantes et vitam et mores mutarent et habitum. Itaque ad hoc consilium ventum est, ut haec fieri sub jurejurando sponderent omnes a minimo usque ad maximum, nec videlicet ultra inquietari membra patroni, seque cum habitu humilitatis moribus et vita mutari, tantum dignatio adesset divina, patronum sibi reddi ad suum excellentissimum et proprium sepulcrum. Quod et factum est, annuente Domino, ita ut etiam ex his majoribus qui retinere apud se praesumpserant thesaurum penes se sive depositum sive hospitatum in loco memorato, plures sub uno die ab angelo percussi exspirarent, ipsiusque loci fortissimi muri subito usque ad solum corruerent, ac devota plebicula forinsecus observans, liberrimo introitu gavisa, nullo jam contradictore obstante cum desiderabili thesauro ad urbem cum laudibus remearet, ipsumque thesaurum proprio restitueret loco. Ideoque

*cod. injuriam.

merito illa dies adjuncta priori translatione sive inventione, quae in ipsa die jam memorabilis habebatur, duplici gaudio iterum confirmata est... (*Sequuntur paraenetica.*)

Translatio Sancti Martialis (Cfr. supra, p. 531, 4°).

5 **In translatione beati Martialis a monte Gaudio.**

Lectio prima. — Anno igitur ab incarnatione Domini nongentesimo nonagesimo quarto, indictione septima, indignatus est furor Domini super istius provinciae incolas et vehementer excrevit ac non sine justo judicio, exigentibus culpis eorum, vindictam suae ultionis super eos ingessit. Quae nimirum ultio 10 divina quam populum quem invaserat trucidabat acerbe, et plurimi nostrates, qui evasere nutu Dei, potuerunt referre, et nonnulli ex nostris, qui supersunt, certum est lacrimosis obtutibus conspexisse. Ardebat etenim, heu pro dolor! subcutaneus ignis et paene usque ad necem inextinguibilis, et pedibus manibusve majus incendium tolerans, quanto acrius patiebatur incommodum, tanto 15 devotius juxta vires celeriter accurrens, Christi famuli Martialis salvificum exspectabat adminiculum.

Lectio II. — Jacebat equidem ante fores templi ipsius vel per atria graviter aestuantis populi et sine flamma fumum emittentis fessa caterva, ac tantus augebatur cotidie infirmantium numerus, quatinus ad sanctissimum Martialem 20 nimis artato tramite difficilis haberetur ingressus. Non solum enim quae vicina erant ecclesiae nostrae loca neplebant infirmi, ubi per alta suspiria sedulis gemitibus hejulabant cum faetore horribili, sed etiam secus semitas civitatis et sub gradibus domorum in grabbatis et vilissimis tuguriis tanta manebat cohors invalida, per cunctaque passim Lemovicini spatia, ut illius Psalmistae posse 25 reminisci cum dolore et maestitia : *Pones eos ut clibanum ignis in tempore furoris tui ; Dominus in ira sua conturbabit eos et devorabit eos ignis.* Et ut confidentius in Christo confidentes non condecet haesitare, nolens eos Dominus fructu suae frustrari clementiae, tamquam aurum in fornace probatos nostro suoque patrono ducente ad patriam laetos reduxit felicitatis aeternae.

30 **Lectio III.** — Cum enim paene tota civitas vel pagus praefatae persecutionis taedio quateretur et solita laetitia in planctus maestitudinem verteretur, coeperunt nostri majores natu ac divino sanctiores in opere salubri meditatione rimari qua deliberatione sanioris consilii tam adurens incendium ab obsessa plebicula potuisset extingui. Qui videlicet quod erat dignius consulentes, concurrunt 35 pariter ad omnipotentis Christi veniale solatium ejusque discipuli Martialis fidele patrocinium, poscentes ut suo levamine rogus inextinguibilis extinguibilis redderetur et debilium turma optatae sospitatis medicamine fulciretur. Hujusmodi siquidem gratia venerabilis Hilduinus, qui tunc Lemovicensi sedi idoneus praeerat episcopus ac admodum commodus procurator suscepti regiminis, cum ceteris

probis patribus et excellentioribus viris tale dedit decretum profuturi juvaminis. Qui videlicet missa legatione in Galliam per cunctaque climata Aquitanicae gentis, ad nostri praesentiam sacratissimi pastoris concilium poposcit aggregari peringens in hac civitate Lemovica, ut profecto per quem primitias credendi habuerunt in Christo, illius in adversis tutissimo potirentur solatio, et tamquam a* proprio patrono pax et exultatio impetraretur ab ipso et in rebus titubantibus invincibilis fortitudo.

* *cod.* ad.

Lectio IV. — Negotio quippe legationis peracto, justis petitionibus invitati prompte parentes, concilium celebratur; ad hanc urbem convenere gaudentes. Metropolitanus scilicet noster suique coepiscopi suffragatores optimi, clericorum honesto secum comitante collegio, hujusmodi interesse studuerunt praefato concilio. Nec defuit aliorum pontificum societas admirabilis, qui a vicinis civitatibus vel etiam a longinquis illustrium virorum ad id properantes vasto cum agmine, in rebus necessariis solidum potuissent consultum efficaciter exhibere. Comes item Pictavensis, qui tamen adhuc juvenis super Aquitaniam primatum tenebat honoris, cum subditis comitibus, civibus et optimatibus sui regiminis ibidem praesens adesse procuravit cum honorificentia magni honoris. Tolosanae siquidem ac Burdegalae ingenui duces urbium ex eorumve imperio primates, nobilissimi quique nobilium, nihilominus ad haec laeti praebuerunt accessum. Tantaque denuo a circum adjacentibus oris utriusque sexus confluxit copia populorum ut revera intra civitatem et extra per gyrum vix aut nullatenus reperiretur vel exiguum spatium ubi non inveniretur condensa hospitatio hominum. Interea collecta, uti praediximus, tanta fidelium ad concilium turma, quanta sint cum summo gaudio advecta ab orthodoxis almiflua sanctorum corpora, enucleatius potuerunt exprimere qui, eorum patrociniis fulti, de moerore in gaudium meruerunt transire.

Lectio quinta. — Post igitur adscitis singillatim et in secreto et in divino dogmate peritissimis patribus, postulatur a Christo salutare consilium et indicitur plebi triduanum jejunium, quo reconciliatus ipse petentibus conferret optabile supplementum. Cumulantur altaria libaminum sacramentis, totus insistit populus orationibus sanctis, ut pius Dominus suo intersit arbitrio suppliciter exoratus ejusque cliens Martialis beatus ut subveniat deprecatus. Unde ex divina dispensatione expedito diligenter concilio, ratum est divinitus ut denominati pastoris sacratissimi corpus a proprio elevaretur tumulo et quasi vicinior ex eo sortiretur obtentus orandique facilior tribueretur accessus. Quocirca, Christo, credimus, non absente, elevato ipsius sanctissimo corpore, non quanta decuit, sed quanta potuit dignitate evectum est a spiritalibus senioribus melioris memoriae extra moenia civitatis haud longe in cujusdam eminentioris apice cacuminis, quod ob reverentiam tanti patris per triduum ibi permanentis, perque immanitatem signorum quae ibidem quam* plurima sunt patrata per eum, ab hoc dierum tempore vulgo nuncupatur Mons Gaudii. Ibi etiam ex tunc sollerti industria est fundata basilica in honore ipsius fideliter dedicata, quae usque hodie a transeuntibus cernitur manifesta.

* *cod.* quem.

Lectio VI. — Nam in exitu ipsius sacri corporis a Sancti Salvatoris basilica tanta sunt caelitus, ut fertur, ostensa magnalia quatinus quaeque erant secus altare dominicum vel supra divini mysterii, exeunti patrono supplicandi blandissime praebuerint inclinando servitia. Quod si quis voluerit solummodo haec et alia virtutum prodigia, quae tunc ab eo sunt gesta, plenius recensere, qui eorum fuerunt capaces recepta plenius sospitate evidenter poterunt promulgare. Nos autem in fide ipsius, ut putamus, quod etiam verius credimus, quia fastidium legentibus inferrent, si per singula paginis diligenter adscripta fuissent, sed ut etiam breviter exponatur, omnes qui eum expetunt quinque sensuum corporis privati officio, dum invigilant precibus pastori piissimo, extemplo integrae ditantur sanitatis commercio. Id vero genus hominum quos, ut supra rettulimus, ignis atrociter cremabat vaporis infesti, tantam per eundem gratiam refrigerii sunt adepti ut, sopito prorsus incendio, nullo coartarentur incommodo, sospites effecti. Verumtamen, ut credimus, aliorum praesentia sancta sanctorum his patrandis virtutibus opitulandi contulit incrementum, qui videlicet in circuitu nostri pastoris eximii in papilionibus insigniter hospitati, claro jubare renitebant virtutum ac coruscantis triumphi. Vos quoque, visus acie audituque aut ratione privati, claudi gressuum debilitate curvati, ac diversis aegritudinibus fessi, confidenter fuistis adepti quanti capaces existunt meriti, videlicet hic pater eximius ac hujusmodi sancti, dum pristina sanitate his patrocinantibus meruistis potiri.

Lectio VII. — Praeterea pontificali collegio concilium rite peragente et sermonem ad populum mystice proferente, ecclesiasticae sanctiones nostrae disponuntur, quaeque fiebant adversa foedere solidantur, dissidentes ad concordiam revocantur, et cunctis tripudium ineffabile pulsis doloribus exhibetur. Fulcitur civitas haec, tanto referta pastore, rerum abundantium ubertate, tellus ultra quam fecerat majori feracitate redundat, et populus cunctus per sanctissimum Martialem a pio magistro suo Jesu Christo utpote caelitus visitatus, cunctis ab austeritatibus est immunis et in fide ulterius bene vivendi admodum roboratus. Nec mirum, quandoquidem non poterat hic deesse summae pietatis divina clementia, ubi tot manebant cum pastore praedicto sanctorum praesentium pignora pretiosa. Cum igitur congruus videretur finis dari concilio, sumpto sanctorum sanctissimo thesauro, indicibili dignitate in jubilo ante Christi apostolum cuncti properant obsecrando; ibique fusis orationibus humiliter supplicando vota cum muneribus persolventes, condignam sibi honorificentiam praeparant exhibentes. Exinde alterna supplicandi vicissitudine sanctis ad invicem salutatis, pontificum benedictione cuncti suscepta, simul etiam a suo priori pastore impetrata licentia, cum triumpho inenarrabili redierunt in sua.

Lectio VIII. — Ex hujuscemodi quippe aequa traditione concilii, tertio idus novembris in hac civitate, ut supra meminimus, competenter sanciti, in aliis etiam civitatibus quo fama non latuit, statuendi concilia mos inolevit, quorum pervigili procuratione status ecclesiae solide roboratus, adhuc favente Domino permanet inconvulsus. Quis enim tantum honoris, tam miram excellentiam digni-

tatis poterit opinari, quantum Salvator Dominus, magister suus, suo fideli discipulo praestitit exhiberi. Anterius namque nec postea simul in unum apud nos est visa tam virorum decentium innumerabilis turba, diversorumque densitas populorum, qui suo primo venere pastori debitum reddere famulatum. Sed tamen non deest assiduus famulantium sibi grex copiosus, qui pro cunctis quae promereri desiderat quasi auxilium nunc recurrens, frequentiam orationis ingeminat. De cetero, reliquis recedentibus, per aliquot dies meritis praestantiores remansere, qui sacratissimum corpus sancti digno tractantes obsequio meruissent deferre. Unde suscepta sanctissima gleba ejus decenti vehiculo cum omni nostrae ornatu ecclesiae episcopi cum clero, sollemniter obviam recurrendo* regulares domini cum monachili choro, defertur ad loculum pristinae tumulationis, comitantibus undique multimoda cum processione civilibus turmis et quae advenisse quiverant ex plebeiis. Ad quem videlicet locum sic decenter multumve decentius quam fari non possumus advenientes, tantoque cum thesauro studiose ingredientes, data primum oratione ante altare Salvatoris Domini, cum jubilo reposuerunt illum benignissimi patres in cariori quam perhoneste mansoleo. In quo quidem operimento sic tegitur quam venusto ut introeuntibus multa sit admiratio, dum suis aspectibus emicant nitidissimo pretiosi lapides intecti cum auro. Nobis autem qui dulcissimo tanti patris frequenter praesidio refovemur, dum in conspectum ipsius oraturi ingredimur, tanta* confestim alacritate replemur, tantusque orandi affectus augmentatur, ut nullus locus tam nobis carior vel delectabilis habeatur quam hic, in quo nostrum decus nostrumque diadema tam honorificentissime retinetur. Ibi sacrati* domunculae mirabilis pulchritudo in precibus prolixitatem exposcit, ibi moeroris anxii nubilum alacritas infusa desuper eminus depellit, ibi reatuum nexus miseratio propitiatrix dissolvit et a tanto ministro pietatis recompensatur ibi bravium gemmae salutis, superni tamen largiente gratia Redemptoris, qui bonorum omnium pius largitor, sic utinam flagitetur a nobis ut subveniat suffragator, detque a suo felicissimo corporaliter alumno Martiali insigni nos, quos alit assidue, se opitulante juvari, quatinus quibus divinae legis primus extitit eruditorum, ad superna polorum efficacissimus etiam fiat ductor, et ab ipso Christo Domino ascisci per eum mereamur in gloria sanctorum ac ejus participes gloriari cum ipsis per omnia saecula saeculorum. Amen.

* *cod.* retinendo.

* *cod.* tantam.

* *sic.*

DCCCXXXII. Codex signatus num. 1146.

Olim Joannis Boni comitis Engolismensis vel Caroli filii ejus, quod demonstrat eorum scutum gentilicium depictum fol. 29v (ut notavit cl.v. L. Delisle), postea Reg. R. 2438, P. 1416, C. 4467.]

Foliorum 34, min. (0m, 205×0,14), columnis binis, exaratus saec. XV.

Continet officia *a*) de sancto Hilario (fol. 1r-11r), in quo lectiones insertae sunt excerptae ex Vita auctore Fortunato; *b*) de ejusdem sancti translatione (11r-12r), cui insertum est compendium sermonis S. Petri Damiani ed. *Act. SS.*, ad. d. 13 Jan. tom. I, p. 799-800; *c*) de sancta Radegunde (13r-20v) et *d*) de sancto Martiali (21r-29v), cujus utriusque lectiones exhibent compendium Vitae.

DCCXXXIII. Codex signatus num. 1148.

Olim « Johannis Loz, canonici Trecorensis » (fol. Av), deinde « ex libris Petri du Molinet » (ibid.).

Foliorum 95 (praeter insiticium unum in capite, notatum siglo A), min. (0m,23× 0,15), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Continet officia ecclesiastica, praefixo titulo generali *Legenda sanctorum Britanniae, secundum usum ecclesiae Trecorensis*, inter quae leguntur excerpta vel compendia ex Vitis SS. Tugduali (30 nov.), Antonii (18 jan.), Appolloniae (9 febr.), Davidis (1 mart.), Pauli ep. Leon. (13 mart.), Paterni ep. Venet. (17 mart.), Ivonis (19 maii), Ruilini ep. Trecor. (17 jun. ?), Gonerii (18 jul.), Samsonis ep. Dol. (28 jul.), Gulielmi ep. Brioc. (29 jul.), Clari ep. Namnet. (11 oct.), Ivonis (translati 29 oct.), Euflami conf., Melanii ep. Rhed. (6 nov.), Tremori m. (8. nov.), Maclovii ep. (15 nov.).

DCCCXXXIV. Codex signatus num. 1348.

Olim Colb. 6394, deinde Reg. C. 4628.8.

Foliorum 13, min. (0m11×0,09), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Totum codicillum complet *Officium de sancto Ferreolo martyre, de quo fit in ecclesia collegiata sancti Ferreoli in Puisaia* (Saint-Fargeau-en-Puisaye, in dioecesi Autisiodorensi) *XIIIIo kalendas octobris festum annuale cum octavis*. Cui inserta est

[Vita sancti Ferreoli] (fol. 3r-7r).

Ed. *Act. SS*, ad d. 18 Sept., tom. V, p. 766-67, lectionibus variantibus et fine (ab in. num. 5) paucissimis verbis contracto. Initio num. 5 pro *Jarem fluvium* legitur in cod. *Axariam fluvium*.

DCCCXXXV. Codex signatus num. 17716.

Olim Sancti Martini a Campis 35.

Foliorum 102, med. (0m,36×0,26), lineis plenis usque ad fol. 15r, inde columnis binis, exaratus saec. XIII ineunte.

1° Qualiter tabula sancti Basilii continens in se magnam dominici ligni portionem Cluniacum delata fuerit ((fol. 75v-77v).

Ed. ap. Marrier-Duchesne, *Bibl. Clun.*, p. 561-64 et ex hoc codice in *Recueil des Historiens des croisades*, *Hist. occidentaux*, tom. V, p. 295-98.

2° Qualiter reliquiae beati Stephani protomartyris Cluniacum delatae fuerunt (fol. 77v-80r).

Ed. *Bibl. Clun.*, p. 566-67 et *Hist. des crois.*, tom. cit., p. 317-20.

DCCCXXXVI. Codex signatus num. 1791.

Olim Colb. 1893, dein Reg. C. 3996.3.

Foliorum 113, med. (0m,275×0,20), constans ex laciniis codicum diversae aetatis. Pars hagiographica exarata est saec. XI, nimirum (fol. 112v-113v) excerptum ex Vita S. Gregorii M., auctore Joanne Diacono, ubi leguntur tantummodo numm. 60 et 23 libri II et num. 14 libri I.

DCCCXXXVII. Codex signatus num. 1890.

Olim Reg. C. 3628. 1.

Foliorum 439, maj. (0m,415×0,28), lineis plenis, exaratus anno 1483 (fol. 439v).

Divi Hieronymi vita, quae communiter legitur sub auctore incerto (fol. 6v-11v).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 201-14.

DCCCXXXVIII. Codex signatus num. 1970.

Olim Bigotianus 51, deinde Reg. C. 4003.4.

Foliorum 153, min. (0m,25×0,155), lineis plenis, exaratus saec. XI.

Passio sanctae Catharinae virginis, quae est VII kalendas decembris (fol. 54r-90v).*

Deest num. ultimus.

DCCCXXXIX. Codex signatus num. 2330.

Olim Reg. C. 4051.2.

Foliorum 71, min. (0m,26×0,17), lineis plenis, exaratus saec. XII.

[Inventio capitis sancti Joannis Baptistae] (fol. 45r-48v).

Fabula Angeriacensium, ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Jun., tom. IV, p. 757-59.

DCCCXL. Codex signatus num. 2394 A.

Olim Sancti Martialis Lemovic. 132, deinde Reg. C. 3686.

Foliorum 250, med. (0m,325×0,25), partim (fol. 1-21) columnis binis, cetera lineis plenis, exaratus saec. XI.

[Exaltatio sanctae crucis] (fol. 5r-11v).*

DCCCXLI. Codex signatus num. 2730.

Olim « liber Sancti Benedicti super Ligerim » (fol. 87v), deinde Colb. 4033, postea Reg. C. 4325.6.

Foliorum 117, min. (0m,22×0,18), lineis plenis, exaratus saec. X.

Vita sancti Fulgentii (fol. 75r-76r).*

Scilicet numm. 38, 39, 40 init., 70, 71.

DCCCXLII. Codex signatus num. 3177.

Olim « Liber Beatae Mariae de Prato » (fol. 149v), deinde Comitum Bethuniorum, postea Reg. C. 4124.1.

Foliorum 149 (praeter insiticia duo in capite et ad calcem codicis), med. (0m,27×0,21), columnis binis, exaratus saec. XIII.

Codicem complent

[Miracula Beatae Virginis Mariae].

Numero 50, quorum primum est de Theophilo paenitente, ultimum *de Gerardo, sanctae vitae monacho, qui intra missarum sollemnia Christum in specie pueri et Beatam Mariam cum angelo sibi assistentem in altari conspexit.* Codex initio et fine mutilus est.

DCCCXLIII. Codex signatus num. 3278.

Olim Colb. 1563, deinde Reg. C. 3863.9.

Foliorum 383, med. (0m,362×0,254), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1° [Passio sanctorum Petri et Pauli] (fol. 17v-25r).*

Auctore Pseudo-Marcello.

2° [Passio sancti Pauli] (fol. 28v-32v).*

Auctore Pseudo-Lino.

3° [Passio sanctorum Processi et Martiniani] (fol. 34r-35v).*

4° Passio sanctorum septem fratrum [filiorum sanctae Felicitatis] (fol. 44r-45v).*

5° Vita sancti Alexii confessoris (fol. 57r-60v).*

6° Vita sanctae Praxedis (fol. 64r-65v).*

7° Passio sancti Jacobi [Majoris] apostoli (fol. 72r-74r).*

8° [Passio sancti Stephani papae] (fol. 90v-91r).*

9° Inventio sancti Stephani protomartyris (fol. 91r-93r).*

10° Translatio corporis beati Stephani protomartyris de Jerusalem ad Constantinopolim (fol. 93r-95v).*

11° Translatio corporis beati Stephani protomartyris Constantinopoli ad urbem Romam, pridie nonas maii, edita a sancto Lucio archidiacono sanctae Romanae ecclesiae (fol. 95v-99r).

Ed. ex cod. Brux. 98-100, *Cat. Brux.*, tom. I, p. 70-74.

12° [Passio sancti Laurentii] (fol. 110v-113r).*

13° [Passio sancti Ambrosii centurionis] (fol. 142v-144r).

Compendio ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Aug., tom. III, p. 290, num. 3. Vid. infra, Append.

14° Passio sanctorum Timothei et Apollinaris martyrum (fol. 150v-151r).*

Stilo subinde diverso.

15° [Passio sancti Peregrini] (fol. 158r-159v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Aug., tom. V, p. 115-17.

16° Passio sanctorum duodecim fratrum (fol. 169v-170r).

Ed. ibid., ad d. 1 Sept., tom. I, p. 138. In cod. legitur (num. 4 in.) *in Sentianum*, et iterum (in fine ejusdem num.) *in eodem loco* Sentiano.

17° Passio sancti Antonini martyris [Apameae] (fol. 172r-173r).

Fabulosissima illa, de qua ibid., ad d. 2 Sept., p. 351, num 49 extr.-51.

18° Passio sanctorum martyrum Proti et Hyacinthi (fol. 187r-189r).*

19° [Exaltatio sanctae crucis] (fol. 192v-193v).*

20° Passio sancti Nicomedis (fol. 194r-195r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 160r-161v.

21° [Passio sanctorum Januarii, Festi et Desiderii] (fol. 196r-197v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Sept., tom. VI, p. 866-68.

22° Passio sancti Matthaei apostoli et evangelistae (fol. 200r-202r).*

Stilo diverso.

23° [Passio sanctarum Dignae et Meritae] (fol. 205v-206v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Sept., tom. VI, p. 307-8.

24° [Passio sancti Lini papae] (fol. 206v-208r).

Diversa ab editis.

25° [Passio sanctorum Cosmae et Damiani] (fol. 209v-211v).*

26° [Passio sanctae Reparatae] (fol. 231r-232v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Oct., tom. V, p. 96-101.

27° [De sancto Cassio] (fol. 236r-v).

Ed. ex Gregorio M. ibid., ad d. 29 Jun., tom. V, p. 486, numm. 1,2.

28° [Passio sancti Calixti papae] [fol. 236v-238v).*

29° [Vita sancti Lucae evangelistae] (fol. 238v-242r).

Sermo Pauli diaconi, ed. P. L., tom. XCV, p. 1530-35.

30° [Passio sancti Asterii presbyteri Romani] (fol. 243r-244r).

Acta fabulosa. Cfr. *Act. SS.*, ad d. 21 Oct., tom. IX, p. 11, num. 16.

31° [Passio sancti Asterii militis et martyris] (fol. 244r-244v).

Excerpta ex Passione S. Valentini presbyteri ed. ibid., ad d. 14 Febr., tom. II, p. 753-54. Inc. *Calpurnius praefectus suscipiens a Claudio imperatore sanctum Valentinum presbyterum, dedit eum principi suo Asterio, dicens....* (p. 753 med.).

32° Passio sancti Caesarii martyris (fol. 260r-261v).

Ed. ibid., ad d. 1 Nov., tom. I, p. 106-17.

33° [Passio] sanctorum martyrum Vitalis et Agricolae (fol. 261v-263r).

Epistola S. Ambrosii, ed. P. L., tom, XVII, p. 747-49.

34° Passio sanctorum Tryphonis et Respicii (fol. 271r-272r).

Ed. ap. Ruinart, *Acta sincera mart.*, p. 138-40.

35° Passio sanctae Nymphae (fol. 272r-273r).

Fragmentum Passionis editae ap. Cajetanum, *Vitae SS. Siculorum*, tom. I, p. 141-45. Inc. *In Sicilia insula in civitate Panormo fuit vir prudens nobilis, Aurelianus nomine....*

36° Vita sancti Briccii episcopi et confessoris (fol. 282v-283v).*

37° Vita sanctae Elisabeth [ducissae] (fol. 293r-296v).

Ed. supra ex cod. 3809 A (tom. I, p. 355-58).

38° [Passio] sancti Clementis (fol. 303v-306v).*

Praemissum est Hieronymi lib. *de Vir. ill.* cap. 15. In fine deest duplex miraculum.

39° Libellus de vita, miraculis et canonizatione beatae Hadevigis de Polonia (fol. 378r-383r).

Bulla Clementis papae data Viterbii idibus octobris, pontificatus anno III.

Praeterea leguntur in codice :

a) Notitiae excerptae ex *Libro Pontificali* de SS. Leone II (fol. 17v), Pio I (47v), Anacleto (50v), Leone IV (54v), Victore I (81r), Lucio (159v), Zephyrino (160r), Cornelio (191r), Eusebio (220v), Evaristo (246r), Bonifatio (248v), Martino I (281r), Pontiano (289v), Gelasio (296v).

b) Legendae excerptae ex Martyrologio Adonis (ed. P. L., tom. CXXIII) de SS. Rufina et Secunda (47r), Tiburtio et Susanna (115v), Euplo (118r), Cassiano (126v), Hippolyto (127v), Eusebio (127v), Agapito (144r), Augustino (162v), Hermete (164v), Sabina (168v), Felice et Adaucto (169r), Adriano (185r), Cornelio et Cypriano (191r), Lucia, Geminiano et Euphemia (195r), Mauritio et sociis (204r), Thecla (208r), Cypriano et Justina (208v), Michaelis apparitione (211v), Hieronymo (215v), Hilarione (242r), Theodoro (268v), Menna (280v), Felicitate (306v), Chrysogono (307r), Petro Alexandrino (310v).

c) Compendia vel fragmenta Vitarum SS. Joannis et Pauli (15v), Naboris et Felicis (49r), Margaretae (52r), Cyrici et Julittae (53r), Bonosae (55v), Marinae (56r), Symphorosae cum septem filiis (60v), Brunonis (61v), Victoris Massiliensis (63v), Mariae Magdalenae (65v), Victorini (Amiternensis?) (71r), Christinae (72r), Eutychiani m. (77r), Pantaleonis (77v), Nazarii et Celsi (79v), Felicis, Simplicii et soc. (81v), Seraphiae (82v), Abdon et Sennes (83r), Germani Autis. (84v), Justini (99r), Dominici (103v), Xysti II p. et soc. (105v), Donati (107r), Cyriaci, Largi et Smaragdi (108r), Romani (109v), Leucii (118v), Clarae (119v), Magni (144v), Bernardi (146r), Timothei, Hippolyti et Symphoriani (151r), Cyriaci, Maximi et Archelai (soc. Sae Aureae) (151v), Aureae v. (153r), Bartholomaei (155r), Balbinae (165v), Aegidii (170v), Zenonis et soc. (173r), Gorgonii (185r), Sergii p. (186v), Hilari p. (ibid.), Materni (189r), Eustachii et soc. (197v), Sophiae (218v), Remigii (219r), Leodegarii (221r), Francisci (223r), Fidis v. (225r), Pelagiae (225v), Pelagiae alterius (227r), Marci ev. (229v),

Dionysii et soc. (232v), Cerbonii (234r), Chrysanthi et Dariae (244v), Simonis et Judae app. (249r et, ex *Legenda Aurea*, 252r), Germani ep. Capuani (253r), Quintini (254r), Malachiae (263r), Leonardi (265r), quattuor Coronatorum (267r), Martini Turon. (273r), Laurentii Dublin. (283v), Edmundi (288r), Caeciliae (297r), Catharinae (308v), Prosperi (310r).

Appendix ad cod. 3278.

Passio sancti Ambrosii centurionis (Cfr. supra, p. 543, 13°).

1. Temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum erat quidam vir christianissimus, nomine Ambrosius, ex nobili genere in Liguria provincia ortus. Quem Datianus praeses cum ab Hispania rediret ad urbem et eum virtute animi et corporis pollere cognosceret, sibi suisque militibus associavit, ipsumque secum ducens ad urbem, et centurionem inter ceteros ad honorem romani imperii ordinavit. Veniens autem Datianus Romam, cum de publicis et privatis negotiis ad quae missus fuerat rationem prudenter et fideliter reddidisset, magnifice ab universa curia verbis et donis exstitit honoratus, et in Campaniam ad exercenda publica negotia et Christi fidem delendam est ab eisdem imperatoribus destinatus.

2. Hic autem cum in Ferentinae civitatis consistorio resideret et a quibusdam paganis beatus Ambrosius quod christianus esset et culturam deorum respueret accusatus fuisset, jussit ipsum astante cuncto populo suo conspectui praesentari. Cumque praesentatus fuisset, dixit ad eum : *Cum te semper in magna dilectione habuerimus et honore, mirari non sufficimus quare contra salutem divorum augustorum et nostram deorum numina respuas, et Christum, qui a Judaeis ligno affixus est, adores et colas.* Sanctus Ambrosius dixit : *Ego Christum corde colo, eumque laudare non cesso.* Datianus autem sanctum Ambrosium firmum in fide Christi perspiciens, astante populi multitudine, confestim Ambrosii balteum solvi, et exuto chlamyde et denudato militiae veste, torquem auream de cervice ejus jussit auferri, et catenis ferreis vinctum in carcerem mitti, mandans ut nullus ad eum haberet ingressum, et neque panis neque aqua daretur ei. Sed cui per mensem denegata fuerat societas hominum, cibus et consolatio data est angelorum.

3. Post mensem vero, impius Datianus fecit sanctum Ambrosium, quem credebat fame exstinctum, coram se praesentari, et dixit ad eum : *Ambrosi, respice juventutem tuam, et sacrifica diis.* Sanctus Ambrosius dixit : *Ut video, cor tuum induratum est a satana, totiens mihi dicendo : Sacrifica diis. Ego enim sacrifico Deo omnipotenti qui regnat in caelis.* Datianus conversus ad milites dixit : *Denudate eum et in catasta ponite et virgis caedentes*

affligite. Sanctus Ambrosius, cum caederetur, clamabat ad Dominum dicens: *Adjuva me, Domine Deus, et salvum me fac propter misericordiam tuam.* Datianus itaque ira succensus, jussit sanctum Ambrosium de catasta levari, et cum nodosis corrigiis caedi, dicens : *Sacrifica diis.* Sanctus Ambrosius dixit : *Ego meipsum offero sacrificium Deo in odorem suavitatis.* Datianus vero ultra modum infrendens, jussit eum in equuleo levari et torqueri. Et cum diu torqueretur, clamabat : *Christe Deus, adjuva me.* Videns vero Datianus populi multitudinem ad spectaculum convenisse, jussit sanctum Ambrosium de equuleo deponi et in carcerem trudi, mandans cuidam principi suo quod frequenter martyrem Christi moneret, ut ad culturam perduceret idolorum.

4. Transactis autem aliquantis diebus, impius Datianus fecit sanctum Ambrosium suis sisti conspectibus, dicens ei : *Miror de te, Ambrosi, quod famem contemnis, minas spernis, pro nihilo supplicia reputas et omnia tormenta contemnis. Nunc videbo si Christus tuus quem colis adjuvabit te.* Et confestim laminas ardentes praecepit afferre et sancto corpori jussit apponi, dicens : *Ambrosi, parce tibi, et immola diis, quia jam tibi imminet mors parata.* Et cum sanctus Ambrosius inter tormenta non cessaret Dei omnipotentiam collaudare, iratus impius Datianus fecit ignem copiosum accendi et ollam aeneam oleo, pice ac resina refertam juxta ignem poni, et sanctum Dei Ambrosium in eam immergi. Sanctus autem Ambrosius, demersus in ollam, dixit ad Datianum : *Cerne, miser, quia tormenta tua nihil sunt, et mihi non ardorem, sed refrigerium praestant.* Et confestim de olla sanus et illaesus exivit.

5. Tunc impius Datianus sanctum Ambrosium catenis ferreis vinctum in carcerem mitti praecepit, et sequenti mane, multitudine populi se comitante, ad amphitheatrum portae Sanguinariae contiguum orgia diis libaturus pervenit, Christi martyrem nudum et catenis vinctum ferreis secum trahens. Cumque inter cantantes et jubilantes ad duos arcus, super quos idola adorandi causa locata erant, convenissent, Christi martyr Ambrosius, erectis in caelum manibus et oculis, dixit : *Ille qui est rex regum et deus deorum destruat idola ista.* Et mox idola ceciderunt et confracta sunt. Tunc Datianus, indignatione simul et confusione repletus, dixit ad martyrem ut idolum Mercurii adoraret. Sanctus vero Ambrosius idolum in manibus accipiens projecit in terram, sicque confractum est minutatim. Datianus autem, turbatus de deo suo confracto, martyrem Dei jussit exspoliari et in catasta extendi et carclis* ferreis caedi, dicens : *Ego vindicabo injurias dei mei.*

* sic

6. Post haec Datianus caminum ultra modum jubet accendi et sanctum Dei martyrem manibus et pedibus ligatis in eum mitti, et a carnificibus a vespertina usque ad primam horam diei ligna subministrari. Mane vero facto, Ferentinates ad caminum accedentes illaesum Christi martyrem invenerunt. Tandem impius Datianus reperto consilio, manibus et pedibus ligatis cum ingenti saxo ad collum ligato in Alabrum flumen praecipitari [jubet]. Sed confestim angelus Domini eum solvens a vinculis super aquas fluvii gubernavit. Ad quod miraculum quat-

tuordecim de nobilibus civitatis ejusdem crediderunt in Dominum, et sacri baptismatis sunt unda respersi.

7. Haec dum Datiani pervenissent ad aures, Ferentinum egrediens jussit sibi tribunal parari in loco qui dicitur Vicus, et sanctum Ambrosium cum quattuordecim sociis suis sibi praesentari praecepit, dicens ad eos ut Christum negarent 5 et sacrificia diis offerrent. Sed cum mentem illorum firmam in Christi fide perspiceret, confusus et ignorans quid ageret, Datianus dictavit sententiam, dicens : *Ambrosium centurionem, romani imperii edicta contemnentem et Christum, qui a Judaeis ligno affixus est, praedicantem, cum quattuordecim sociis suis capite caedi jubemus.* Carnifices vero Christi martyrem 10 Ambrosium cum quattuordecim sociis suis educentes ad locum caedis, eorum capita detruncarunt, septimo decimo kalendas septembris.

DCCCXLIV. Codex signatus num. 3352.

Olim Caroli ducis Aurelianensis (1), deinde Reg. R. 2216, P. 1866, C. 4901.

Foliorum 111, min. (0m,245×0,185), lineis plenis, exaratus saec. XV.

De vita beati Anselmi Lucensis episcopi (fol. 90v).

Fragmentum Vitae ed. *Act. SS.*, ad d. 18 Mart., tom. II, p. 647 sqq., nempe num. 21. *De abstinentia vero illius...*

DCCCXLV. Codex signatus num. 3358.

Olim Colb. 2128, deinde Reg. C. 4286. 2. 2.

Foliorum 144, constans ex diversorum codicum laciniis, inter quas folium membraneum min. (0m,257×0,173), lineis plenis, exaratum saec. XII, ubi legitur

Relatio miraculi in regione Saxonum facti tempore Heriberti Coloniensis archiepiscopi (fol. 50v).

Pars scilicet narrationis ed. *Cat. Brux.*, tom. II, p. 382-84.

(1) Notatum est fol. 111r : « Hunc librum dedit magister Johannes de Prosay mihi duci Aurelianensi. Karolus. »

DCCCXLVI. Codex signatus num. 3652.

Olim Mazarinaeus, deinde Reg. C. 4525.

Foliorum 87, min. (0m,18×0,117), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

[Vita sancti Martialis] (fol. 17v-19v).*

Compendium. Inc. *In vita beati Martialis legitur : Beatus Petrus apostolorum princeps et sanctus Martialis ejus propinquus ingressi Romam recepti sunt in hospitium a Marcello consule romano...*

DCCCXLVII. Codex signatus num. 3763.

Olim Baluz. 913, deinde Reg. C. 4670. 3.

Foliorum 101, min. (0m,08×0,055), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

Vita sancti patris Benedicti (fol. 96v-101r).

Carmen, auctore *Fratre Johanne de Weilhann, artium liberalium magistro, professo monasterii Mellicensis.*

Inc. *Gregorius sancti scribit vitam Benedicti,*
Quam narrant justi quattuor huic monachi...

DCCCXLVIII. Codex signatus num. 3809.

Olim Colb. 514, deinde Reg. C. 3647. 3.

Foliorum 151 (quorum deest fol. 88), maj. (0m,42×0,31), columnis binis, exaratus saec. XIII (sed folia 141-148 saec. XIV).

1° Passio sanctae Agnetis (fol. 37v-40r).*

Non paucis omissis.

2° Vita sancti Benedicti abbatis, edita a beato Gregorio papa (fol. 60v-63r).*

Multis omissis.

3° Vita sancti Martini [episcopi Turonensis] (fol. 133v-138r).*

Ut in cod. 3800 (tom. I, p. 327).

4° Passio sanctarum XI milium virginum (fol. 141r-145v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Oct., tom. IX, p. 157-36. Desinit in verbis *apostolatus honore ejectus sit* (n. 29 in.).

5° Passio beatae Catherinae virginis et martyris (fol. 145v-148r).*

Excerpta nonnulla ex fine Passionis.

DCCCXLIX. Codex signatus num. 4154.

Olim Baluz. 205, deinde Reg. C. 5210. 2.

Chartaceus, foliorum 272, med. (0m,285×0,45), lineis plenis, exaratus saec. XV.

[Translatio capitis sancti Andreae] (fol. 213r-214r).

Oratio Pii II, ed. ap. Andr. Saussayum, *De gloria B. Andreae apostoli*, p. 427-28.

DCCCL. Codex signatus num. 4311.

Olim Colb. 3613, deinde Reg. C. 4371. 3. 3.

Foliorum 200, min. (0m,195×0,128), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

Canonizatio sancti Richardi quondam episcopi Cicestrensis in Anglia (fol. 2r-6r).

Bulla Urbani IV, de qua vid. *Act. SS.*, ad d. 3 April., tom. I, p. 315-17. Sequitur (fol. 6r-v) altera ejusdem pontificis epistola missa ad decanum et capitulum ecclesiae Cicestrensis, qua conceditur indulgentia in die translationis S. Richardi, et quae inc. *Laudabilis et longaevae observationis exemplo et imitatione...*

DCCCLI. Codex signatus num. 5132.

Olim Baluz. 284, deinde Reg. C. 3855. 5.

Foliorum 109, med. (0m,303×0,22), constans diversorum codicum laciniis. Pars hagiographica exarata est saec. XIII, nempe

Gesta vel obitus domni Petri ducis Venetiae atque Dalmatiae, quae celebratur III idus januarii (fol. 93v-101v).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. V, p. 877-88.

DCCCLII. Codex signatus num. 5288.

Olim Baluz. 439, deinde Reg. C. 3863. 5.

Foliorum 165, constans laciniis codicum diversae formae et aetatis, inter quas haec hagiologica :

I. Min. (0m,243×0,145), lineis plenis, exarata saec. X.

1° [Passio sancti Alexandri episcopi martyris in Italia] (fol. 1r-9r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Sept., tom. VI, p. 230-35.

II. Min. (0m,255×0,195), lineis plenis, exarata extr. saec. XI.

2° Passio sanctae Fidis (fol. 13r-16v).*

Sed in enarranda martyrum inventione non parum discrepat lectio codicis ab edita.

III. Med. (0m,29×0,20), lineis plenis, exarata saec. XII.

3° Passio sanctae Eugeniae virginis (fol. 17r-26v).*

4° Passio sancti Marini martyris (fol. 26v-31v).

Ed. ex cod. Brux. 7984, *Cat. Brux.*, tom. II, p. 184-91.

IV. Med. (0m,29×0,22), columnis binis, exarata saec. XI.

5° Epistola Ademari de apostolatu S. Martialis (fol. 51v-58v).

Ed. P. L., tom. CXLI, p. 89-112.

DCCCLIII et DCCCLIV. Codices signati numm. 5406 et 5407.

Hos codices simul conjungimus, quia uterque apographum est ejusdem compilationis, partis scilicet quartae operis Bernardi Guidonis quod inscriptum est *Speculum sanctorale* (1).

Cod. 5406, olim Colb. 748, deinde Reg. C. 3864.10, foliorum 275 (quorum unum desideratur, fol. 94), praeter folia insiticia membranea tria cum chartaceis tribus in capite, et membranea duo cum chartaceis tribus ad calcem, med. (0m.33×0,23), columnis binis, exaratus saec. XIV. — Cod. 5407, olim Sancti Martialis Lemovicensis 179, deinde Reg. C. 3856.2, item foliorum 275, praeter folia insiticia septem

(1) Cfr. L. Delisle, *Les manuscrits de Bernard Gui* (in *Notices et extraits des mss.*, etc., tom. XXVII, part. II, p. 171 sqq.) num. 131 sqq.

in capite signata siglis A-G, maj. (0m,375×0,265), columnis binis, exaratus quoque saec. XIV.

Textus Vitarum quas exhibet uterque codex fere idem est cum earundem textu in hoc et superioribus hujus Catalogi tomis saepius citato, nonnullis nempe partibus subinde praetermissis vel plus minus mutatis. In iis itaque recensendis supervacaneum visum est distinctius illum textum indicare, nisi ubi vel rarius occurrit vel aliqua singularia notatu digna continet. Titulos quoque Vitarum, passim in his codicibus valde prolixos, quia scilicet fere referunt ex quibus fontibus Vita hausta sit (quorum fontium et auctoritas aliquando in fine Vitae quoad nonnulla elevatur), compendio indicabimus. Singulos denique titulos sequitur duplex notatio foliorum, quarum prior signat initium documenti in cod. 5406, altera in cod. 5407.

1° De S. Silvestro papa (fol. 2v ; Gv).

2° De S. Paulo primo eremita (fol. 9v ; 7v).

3° De S. Hilario ep. (fol. 11v ; 9v).

4° De S. Bonito ep. (fol. 13v ; 13r).

5° De S. Mauro abbate (fol. 17r ; 15v).

6° De S. Marcello papa (fol. 23r ; 22r).

7° De S. Antonio abbate (fol. 23v ; 22v).

8° De S. Machario Alexandrino (fol. 32v ; 32r).

Concinnatum ex iis quae de sancto narrat Palladius (P. L., tom. LXXIII. p. 1112-19).

9° De S. Machario Aegyptio (fol. 35r ; 34v).

Item (P. L., tom. cit., p. 1109-11 extr.). Add. *De duobus Machariis* ex *Hist. Trip.*

10° De S. Juliano ep. Cenomanensi (fol. 36r ; 35v).

11° De S. Vedasto ep. (fol. 36v ; 38r).

12° De S. Amando ep. (fol. 37r ; 39r).

13° De S. Scholastica (fol. 38v ; 40v).

Sequitur in cod. 5407 (fol. 41r) De translatione corporum SS. Benedicti et Scholasticae de Monte Casino ad Galliam.

14° De S. Fulcranno ep. Lodovensi (fol. 39v ; 41r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Febr., tom. II, p. 710-17.

15° De S. Albino ep. Andegavensi (fol. 45r ; 47r).

16° De S. Thoma Aquinate (fol. 46v ; 48v).

Cfr. de hac Vita *Act. SS.*, ad d. 1 Mart., tom. I, p. 716.

17° De S. Gregorio papa (fol. 55v ; 58r).

Auctore anonymo. Omm. passim nonnulla.

18° De S. Benedicto abbate (fol. 66v ; 70r).

19° De S. Maria Aegyptiaca (fol. 74r ; 78r).

20° De S. Ambrosio ep. Mediolanensi (fol. 77v ; 82r).

21° De S. Alpiniano discipulo S. Martialis (fol. 82v ; 87r).

22° De S. Athanasio ep. Alexandrino (fol. 83r ; 88r).

23° De S. Sacerdote ep. Lemovicensi (fol. 86r ; 90v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 5 Maii, tom. II, p. 14-17, num. 1-23.

24° De S. Germerio ep. Tolosano (fol. 87v ; 92v).

25° De S. Potentiana virg. mart. (fol. 88v ; 93r).

26° De S. Petro Caelestino papa (fol. 88v ; 93v).

27° De S. Germano ep. Parisiensi (fol. 90r ; 95v).

28° De translatione corporis S. Germani (fol. 91v ; 97v).

29° De S Guillermo de Desertis (fol. 92v ; 98v).

Vita S. Gulielmi Gellonensis, ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Maii, tom. VI, p. 811-20. Omm. prologus et subinde alia nonnulla.

30° De S. Maximino ep. Treverensi (fol. 96v ; 102v).

Ed ap. Surium, ad d. 29 Maii (p. 323). Omm. prologus et alia nonnulla.

31° De inventione corporis sancti Maximini et fragrantia odoris (*deest in* 5406 ; fol. 104r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Maii, tom. VII, p. 32-35, num. 28-34.

32° De S Petronilla (fol. 99r ; 105r)

33° De S. Medardo ep. (fol. 99r ; 105v).

34° De S Antonio, O. M. (fol. 99v ; 106r)

35° De S. Basilio ep. Caesariensi (fol. 101v ; 107v).

36° De S. Prospero ep. Regiensi (fol. 106r ; 113r).

Compendium Vitae ed. ap. Mombritium, tom. II, fol. 221v-23v, iisdem passim verbis servatis, sed multis praetermissis.

37° De translatione corporis beati Prosperi de primo ad secundum tumulum, in quo nunc fideliter veneratur (fol 108r ; 114v).

Illa scilicet, ut videtur, *translationis historia*, quam in testimonio apud Ughellum (*Ital. Sacra*, ed. II, tom. II, p. 171) citatam, amissam dolebat Henschenius noster (*Act. SS.*, ad d. 25 Jun., tom. V. p. 56, num. 10 extr.; cfr. ibid., numm. 11, 12). Vid. infra, Append.

38° De S. Leone II papa (fol. 108ᵛ; 114ᵛ).

39° De S. Alexio (fol. 109ʳ; 116ᵛ).

40° De S. Praxede (fol. 110ᵛ; 117ʳ).

41° De S. Maria Magdalena (fol. 111ʳ; 117ᵛ).

42° De S. Anna (fol. 114ᵛ; 121ʳ).

43° De S. Martha (fol. 115ʳ; 122ʳ).

44° De S. Germano ep. Autisiodorensi (fol. 117ᵛ. 124ᵛ)

45° De S. Dominico (fol. 124ᵛ; 132ʳ).

46° De S. Radegunde regina (fol. 136ʳ; 144ᵛ).

47° De S Eusebio presb. Romano (fol. 139ᵛ; 148ʳ).

48° De S. Bernardo abbate (fol. 140ʳ; 148ᵛ).

49° De S. Aredio abbate (fol. 147ᵛ; 157ʳ).

Vita altera, ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Aug., tom. V, p. 182-92, num. 3-53.

50° De translatione corporis S. Aredii (fol. 151ʳ; 161ʳ).

Ed. ibid (ex cod. Prag.), p. 174, num. 15-19.

51° De sancta Pelagia matre S. Aredii (fol. 151ᵛ; 161ʳ).

Beata Pelagia, genere nobilissima, utpote de regia stirpe seu parentela descendens, neptis fuit Theodeberti regis, filii Chilberti (sic), *fuitque nupta nobili viro nomine Jocundo, principi Lemovicae civitatis. Qui conjuges, in mandatis et justificationibus Domini incedentes, felicem prolem, sanctum Aredium, genuerunt et Eustachium fratrem ejus et Consortiam ejus germanam. Defuncto autem viro suo, saeculari habitu mutato, seipsam Domino dedicans, in sanctis operibus jugiter se exercens, sanctam duxit vitam. Cum enim esset regii generis nobilissimaque stirpe progenita, nobiliter nota, nobiliter nupta et inter mundi divitias atque delicias tenere enutrita, ad hoc tamen inclinavit tantam generis nobilitatem, ad hoc tantam deduxit saeculi pompam, ita mundana oblectamenta ad integrum ipsa calcavit, ut per agros exercens quae posset opuscula suis manibus operari, necessarium ac satis modicum sibimet conquireret victum.*

Sequitur Greg. Turon. *In glor. conf.*, c. 102 (al. 104).

52° De S. Ludovico rege (fol. 152ʳ; 161ᵛ).

53° De S. Augustino ep. Hipponensi (fol. 155ᵛ; 164ᵛ).

54° De translatione corporis S. Augustini ap. Papiam (fol. 161ᵛ; 172ʳ).

Translatio et miracula, ex Vincentio Bellovacensi et Jacobo a Voragine. Cfr. *Act. SS.*, tom. VI Aug., p. 368 sqq., numm. 755 extr., 759, 761, 814-18.

55° De S. Aegidio abbate (fol. 163ʳ; 173ᵛ).

56° De S. Joanne Chrysostomo (fol. 165r ; 176r).

57° De S. Exuperio ep. Tolosano (fol. 168r ; 179r).

Cfr. *Act. SS.*, ad d. 28 Sept., tom. VII, p. 624, num. 6.

58° De S. Hieronymo (fol. 170r ; 181r).

59° De S. Remigio ep. Remensi (fol. 172r ; 183v).

60° De S. Francisco Assisinate (fol. 177r ; 190r).

61° De S. Pardulpho abbate (fol. 181v ; 194v).

62° De S. Marco papa (fol. 184r ; 197r).

63° De S. Eduardo rege (fol. 184r ; 197v).

64° De S. Geraldo comite (fol. 184v ; 198r).

65° De S. Juniano eremita (fol. 187v ; 201v).

Vita ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Oct., tom. VII, part. II, p. 839, num. 15-17, et p. 848-50, num. 5-10. Pauca praetermissa vel contracta sunt.

66° De S. Hilarione abbate (fol. 188v ; 203r).

67° De S. Floro ep. Lodovensi (fol. 193r ; 208v).

Vita mox edenda *Act. SS.*, ad d. 4 Nov., tom. II.

68° De S. Leonardo, abbate Lemovicensi (fol. 194r ; 209v).

69° De S. Leonardo abbate Corbiniacensi (fol. 196r ; 212v).

Vita brevior quam edita *Act. SS.*, ad d. 15 Oct., tom. VII, p. 47-48.

70° De S. Martino ep. Turonensi (fol. 197r ; 212v).

71° De S. Joanne Eleemosynario (fol. 207v ; 224v).

72° De S. Briccio ep. Turonensi (fol. 212r ; 229v).

73° De S. Elisabeth de Hungaria (fol. 212v ; 230v).

74° De S. Eligio ep. Noviomensi (fol. 216r ; 237r).

75° De S. Nicolao ejusque translatione Barim (fol. 226v ; 249v).

76° De vitis Patrum (fol. 232v ; 257r).

77° De S. Lupo ep. Trecensi (fol. 249r ; *deest*).

78° De S. Felice presb. Nolano (fol. 251r ; 11v).

79° De S. Gregorio ep. Turonensi (fol. 252r ; *deest*).

80° De S. Damaso papa (fol. 255r ; 256v).

81° De S. Brigida Scotica (fol. 255v ; 36r).

82° De S. Beda (fol. 258r ; *deest*).

83° De S. Aurea (fol. 258v ; *deest*).
84° De S. Amantio ep. Ruthenensi (fol. 259r ; *deest*).

Appendix ad cod. 5406.

TRANSLATIO CORPORIS S. PROSPERI (Cfr. supra, p. 553, 37°).

Sequitur de translatione corporis beati Prosperi de primo ad secundum tumulum, in quo nunc fideliter veneratur.

1. Corpus sacrum beati Prosperi exstitit conservatum in praefata basilica et tumulo, in quo primo fuit reconditum tempore Hilarii papae, usque ad tempus Johannis papae VI, qui coepit anno Domini DCC°I°, seditque annis tribus, regnante tunc Limprando christianissimo gentis Longobardorum rege. Fuerat autem civitas Aemilia, quae nunc Regium appellatur, barbaricae gentis vario bellorum eventu saepius lacessita et acriter stimulata. Quamobrem ministri ecclesiae seu basilicae memoratae, prout digne competebat in corde laeto nequibant continuo tempore sollemniter excubare, locusque ille a christianorum frequentia rarius dignis, ut dignum fuerat, venerabatur obsequiis.

2. Erat autem in illo tempore in civitate Regiensi praefata praesul, Thomas nomine, vir sanctus et justus, pietatis operibus intentus. Hic cum quadam vice, post preces in ecclesia ejusdem urbis more solito ad Deum fusas, se sopori dedisset, beatus Prosper, stola candida indutus pulchraque canitie venerandus, eidem per visum apparuit, eumque terribiliter admonuit quatinus angustam basilicam sacris praelibatam, in qua corpus ejus olim humatum fuerat, omni occasione postposita in proceritatis magnitudinem exaltaret pulchroque schemate decoraret; intra cujus tribunal, in loco videlicet noviter constructo, sacras corporis ipsius reliquias ex priori quidem tumulo accipiens recondere non differret. Praefatus itaque episcopus, tali admonitione sollicitatus illius, surrexit; convocatisque ecclesiae suae sacerdotibus cum clero et populo, omnes simul ad praefatam basilicam perrexerunt, provida consideratione vicissim tractantes, qualiter juxta honestatis decentiam, sicut a beato Prospero admonitus fuerat, speciosa ibidem et grandis basilica construeretur. Ipse autem praesul, sicut admonitus fuerat, ad effectum operis sine mora perducere procuravit.

3. Post haec denique praedictus Thomas reverendus episcopus, tali revelatione succensus, tumulo jam reperto ubi corpus beati Prosperi a sanctis et religiosis viris olim positum fuerat, mox in eodem loco, artificibus et caementariis undique collectis, perspicuam in memoriam et honorem ipsius basilicam aedificare aggressus est. Quam Christi suffragante gratia, et beato Prospero interveniente,

certatim construentes, non longo quidem temporis intervallo percurrente ad perfectionis summam deduxerunt. Quibus rite peractis, idem episcopus, cum sacerdotibus et levitis et clericorum collegio pariter conglobati, praelibatum sancti Prosperi tumulum effodientes, lapidem desuper amoverunt; unde tanta suavitas tantaque odoris fragrantia perfluxit naresque omnium qui aderant et pectora ita gratanter infudit, ac si diversa aromatum odoramenta vel balsami rivulus per eandem basilicam decurrerent.

4. Levantes autem inde sacri corporis reliquias redolentes, cum summa eas diligentia in locello pulchro noviter tunc constructo, ubi nunc in altari desuper sacra peraguntur mysteria, cum laudibus et canticis, VIII kalendas decembris reverenter condiderunt, annis circiter ducentis triginta duobus, paulo plus minusve, a felici ejus transitu tunc decursis, sub anno videlicet divinae incarnationis DCC° III°. In illa vero die meritis beati Prosperi ibidem Dei magnalia claruerunt; quae stilo comprehendere longum foret. Surdis namque auditus et caecis visus redditus fuit; paralyticis quoque et claudis gressus exstitit reformatus; diversi quoque infirmi, sanitate percepta, laetanter ad propria redierunt.

DCCCLV. Codex signatus num. 5639.

Olim Mazarinaeus, deinde Reg. C. 4425.

Foliorum 143, praeter insiticia chartacea novem in capite, min. (0m,19×0,13), columnis binis, exaratus saec. XIV.

Continet libellum qui inscriptus est *Flores sanctorum abbreviate*, cujusque naturam indicat hic prologus :

Cum plurimi sacerdotes sanctorum Passiones et Vitas non habeant, et ex officio suo eas nec ignorare nec tacere debeant ad excitandam fidelium devotionem in sanctos, eorum maxime Vitas qui in kalendario annotantur succincte perstringimus, ut libelli brevitas fastidium non generet et per parrochiales presbyteros librorum inopia non excuset. Si quis autem hic Vitam sui patroni non inveniat, non sit illi grave, sed illam alibi totam quaerat.

Singulas has Vitas recensere supervacaneum visum est.

DCCCLVI. Codex signatus num. 5640.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis 153, deinde Reg. C. 4425.

Foliorum 194, praeter insiticia tria in capite et totidem ad calcem, min. (0m,195×0,14), columnis binis, exaratus saec. XIV.

Ejusdem generis est ac praecedens.

DCCCLVII. Codex signatus num. 5831.

Olim Regum Aragoniae Neapoli, deinde Reg. P. 555, c. 4737.

Foliorum 441, maj. (0m,395×0,27), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Unum in cod. continetur documentum aliquatenus hagiographicum, scilicet

Donati Acciaroli nobilissimi civis Florentini et oratoris clarissimi, in Caroli Magni vitam ad Ludovicum serenissimum Francorum regem (fol. 427v-441).

Ed. ap. Menckenium, *Script. rer. Germ.*, tom. I, p. 813.

DCCCLVIII. Codex signatus num. 6191.

Olim Colb. 4507, deinde Reg. C. 10306. 4. 4.

Fol. 48, praeter septem insiticia in capite signata I-VII, min. (0m,225×0,13), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

Caroli Magni gesta (fol. 1r-40r).

Auctore Aegidio Parisiensi. Cfr. Gaston Paris, *Histoire poétique de Charlemagne*, p. 106.

DCCCLIX. Codex signatus num. 6400 B.

Olim coenobii Sancti Bernardi dicti ad Ligerim (fol. 9r), dein Reg. R. 97, P. 1005. C. 3504.

Foliorum 190, min. (0m,255×0,17), constans ex diversorum codicum laciniis. Pars hagiographica est saeculi X.

1° [De sancto Germano Autisiodorensi] (fol. 80r-85v).

Vita metrica, ed. Act. SS., ad d. 31 Jul., tom. VII, p. 225 sq. Mutila desinit post versum *Hic illi [illegible]*, num. 36, p. 227.

2° [De sancto Paulo apostolo] fol. 92r-93v.

Fragmentum metricum.

DCCCLX. Codex signatus num. 8501 A.

Olim Reg. C. 4176.

Fol. 131, min. (0m,245×0,195), lineis plenis, exaratus saec. XII et saec. XIII.

1° De ordinatione et vita sancti Patricii episcopi et apostoli Scotorum (fol. 1r-1v).

Compendium brevissimum.

2° Miraculum S. Hieronymi de leone (fol. 36v-37v).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 210.

DCCCLXI. Codex signatus num. 9731.

Olim Suppl. lat. 159.

Foliorum 217, med. (0m,27×0,20), columnis binis, exaratus saec. XIV.

Continet secundam partem *Speculi sanctoralis*, auctore Bernardo Guidone. Titulos documentorum summatim exscribere satis erit, ut in codicibus 5406 et 5407 (cfr. supra, p. 551).

1° De nativitate S. Joannis Baptistae (fol. 2r).
2° De decollatione ejusdem (fol. 24v).
3° De quadruplici vocatione apostolorum (fol. 31r).
4° De catalogo XII apostolorum (fol. 32r).
5° De apostolatu Pauli et Barnabae (fol. 34r).
6° De S. Petro apostolo (fol. 35r).
7° De festo S. Petri ad vincula (fol. 47r).
8° De S. Paulo apostolo (fol. 49v).
9° De martyrio SS. Petri et Pauli (fol. 65r).
10° De S. Jacobo apostolo (fol. 72r).
11° De S. Bartholomaeo apostolo (fol. 83r).
12° De S. Matthaeo apostolo (fol. 90r).
13° De SS. Simone et Juda apostolis (fol. 97r).
14° De S. Andrea apostolo (fol. 104v).
15° De S. Thoma apostolo (fol. 124r).
16° De S. Joanne apostolo (fol. 134r).
17° De festo ejusdem ante Portam latinam (fol. 142v).

18° De S. Mathia apostolo (fol. 143r).
19° De S. Philippo apostolo (fol. 146v).
20° De S. Jacobo apostolo (fol. 147v).
21° De S. Barnaba apostolo (fol. 151r).
22° De S. Luca evangelista (fol. 154v).
23° De S. Marco evangelista (fol. 157v).
24° De S. Saturnino discipulo Christi (fol. 160r).
25° De S. Martiali discipulo Christi (fol. 168r).
26° De S. Frontone discipulo Christi (fol. 189r).
27° De S. Georgio Christi discipulo (fol. 205v et 213v).
28° De S. Maximino Christi discipulo (fol. 205v).
29° De S. Joseph, qui et Barsabas, Christi discipulo (fol. 206r).
30° De S. Nathanaele Christi discipulo (fol. 206v).
31° De S. Thaddaeo Christi discipulo (fol. 208v).
32° De S. Juda Christi discipulo (fol. 210v).
33° De S. Syla Christi discipulo (fol. 211r).
34° De S. Cepha Christi discipulo (fol. 211v).
35° De S. Cleopha Christi discipulo (fol. 212r).
36° De S. Simone seu Simeone Christi discipulo (fol. 212r).

DCCCLXII. Codex signatus num. 11705.

Olim San-Germ., prius 467, recentius 57.

Foliorum 166, maj. (0m,43×0,295), columnis binis, exaratus sæc. XIII.

1° Inventio sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii (fol. 89r-91r).

Ex *Gestis Dagoberti*, num. 1-8 (*Rec. des hist. de Fr.*, tom. II, p. 580-82).

2° Qualiter corpus beati Martini translatum est (fol. 139v-140v).

Ex Gregorii Turon. *De miraculis S. Martini*, lib. I, cap. 6.

3° In natale sanctae Mariae Magdalenae (fol. 160v-163r).

Sine prologo et additamentis. Praemissa sunt nonnulla excerpta ex sermone Odonis (*Act. SS.*, ad d. 22 Jul., tom. V, p. 218, num. 171-72, usque ad verba *usque dolorem considerans*).

Praeterea compendia Vitarum SS. Marci ev. (fol. 93r), Germani Parisiensis (104r), Medardi (114v), Ferreoli (118v), Gervasii et Protasii (120v), Leufredi (123r), Joannis et Pauli (129r), Martialis (144v), Turiavi (149v), Arnulphi Turonensis (154r), Margaretae (155v), Victoris (158r), Inventionis sanctae crucis (97r) et Translationis SS. Benedicti et Scholasticae (147r et 152r).

DCCCLXIII. Codex signatus num. 11754.

Olim San-Germ., rec. 76.

Foliorum 233, maj. (0m,43×0,30), columnis binis, grandioribus litteris exaratus saec. XIII (praeter fol. 107-112 et fol. 194 usque ad finem, exarata diversis manibus saec. XIV).

Pars Legendarii, continens Vitas satis notas, sed plerumque non integras, quas summatim per titulos recensere satis erit.

1° Translatio corporis sancti Germani episcopi [Autisiodorensis] (fol. 1r-7r).

2° Vita [ejusdem] sancti Germani (fol. 10r-12v).

3° Inventio corporis sancti Stephani protomartyris (fol. 15v-17v).

4° Passio sancti Laurentii archidiaconi (fol- 22r-24v).

5° Passio sancti Hippolyti sociorumque ejus (fol. 26v-28v).

6° Passio sancti Symphoriani (fol. 44v-46r).

7° Vita sancti Philiberti abbatis (fol. 46r-49r).

8° Passio sanctorum Georgii, Aurelii atque Nathaliae (fol. 49r-52r).

9° Vita sancti Lupi episcopi [Senonensis] (fol. 55r-57r).

10° Ordinatio sancti Gregorii papae (fol. 57r-58v).

11° Vita sancti Clodoaldi presbyteri (fol. 58v-61r).

12° Vita sancti Maurilii episcopi [Andegavensis] (fol. 70v-72v).

13° Qualiter sancta crux Hierosolymam de Perside sit allata (fol. 72v-75v).

14° Passio sanctorum martyrum Mauritii et Exuperii cum sociis eorum sex milibus quingentis (fol. 82r-84v).

15° Memoria beati Michaelis archangeli (fol. 84v-86v).

16° Vita sancti Hieronymi presbyteri (fol. 87v-90r).

17° Passio sanctorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii (fol. 90v-92v).

18° Vita sancti Venantii abbatis (fol. 94v-96v).

19° De sancto Dionysio (fol. 98v-101v).

20° Translatio sanctorum martyrum Georgii et Aurelii atque Nathaliae (fol. 104v-106v).

21° Translatio beati Vincentii levitae et martyris (fol. 107r-112r).

Auctore Aimoino, ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jan., tom. II, p. 400-2. Om. prologus.

22° Passio sancti Benigni (fol. 122r-124r).

23° Vita sanctissimi Martini episcopi [Turonensis] (fol. 125v-134v et fol. 136v-138r).

24° Vita sancti Briccii episcopi (fol. 134v-136v).

25° Passio sanctae Caeciliae (fol. 138r-141r).

26° Passio sancti Clementis papae (fol. 141r-144r)

27° Passio sancti Andreae apostoli (fol. 145v-150r).

28° Legenda beatae Barbarae virginis et martyris (fol. 208r-211v).*

29° In octavis sancti Turiavi (fol. 212r-213r).

30° Passio sanctae Caterinae virginis et martyris (fol. 213r-221r).*

Om. num. ult.

31° Vita sancti Ludovici regis (fol. 223r-227r).

32° Vita beati Bernardi abbatis (fol. 227r-230r).

DCCCLXIV. Codex signatus num. 12601.

Olim San-Germ., prius 594, rec. 492.

Foliorum 270 (praeter insiticia tria in capite et unum ad calcem), med. (0m,355× 0,235), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° In natale sanctorum Timothei et Symphoriani (fol. 98v-99v).*

2° In natali sanctae Fuscinulae virginis [sororis S. Aviti episcopi Viennensis] (fol. 101r-102r).

Vita non integra, inedita, ut videtur. Vid. Append.

3° In natale sancti Juliani [martyris Arvernensis] (fol. 104r-106r).*

4° In natali sancti Lauteni abbatis (fol. 151r-153r).

Ed. ope hujus cod. *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 284-86.

5° In natali sancti Briccii (fol. 160v-161v).*

6° In natali sancti Andreae (fol. 172v-176r).*

Epistola presbyterorum Achaiae (1).

Appendix ad cod. 12601.

VITA SANCTAE FUSCINULAE (Cfr. supra, 2°).

In natali sanctae Fuscinulae virginis.

[**Lectio prima**]. Gloriosa laude et praedicabili dignitate beatus Hisitius, vir genere clarus et nobilitate pollens, senator tamen Galliarum urbis Viennae, more honestatis uxorem ducere non recusavit. Ex qua duos gloriosissimos filios unamque filiam generare promeruit. Denique filios sollicita dilectione in sorte clericali Deo obtulit, filiam quoque in sacro et in sanctimonialis habitu pia devotione Christo assignavit. Namque ut nomina eorum minime tradantur oblivioni, stilo sinceritatis praenotare studuimus. Primus quoque Avitus dinoscitur nomine, secundus vero Apollinaris dicitur; filia enim Fuscinula nuncupatur. Utrosque namque tam divinis quamque humanis litteris mirabili affectione erudire rogavit,

(1) Continet praeterea codex lectiones compendiarias de quibusdam sanctis. Has autem indicabimus in recensendis breviariis in Supplemento II. Quod et in aliis nonnullis codicibus hoc loco descriptis occurrit.

ita ut prae omnibus Galliarum lingua pollerent, doctrina lucerent, sermone redolerent.

Lectio secunda. Ex quorum rivulis sapientiae et scientiae, praecipueque beati Aviti, paene tota Gallia Germaniaque ab arriana haeresi* conversa est, utpote catalogus ejusdem beati Aviti ad fastigium sinceritatis et veritatis clarissime personat. Igitur dum beatus Hysitius intenta fide et catholica veritate suos Deo nutriendo necteret filios, accidit ut gratissima uxor illius obeundo transiret ad Christum. Cum ergo universus clerus matris ecclesiae Viennensis omnisque conventus populi totius urbis ad tantum funus matronae devotissime occurreret, et corpus illius infatigabili reverentia conderetur antro, continua devotione ac voluntate fideli totius conversi cleri ac populi orationes soli Deo expansis manibus ad caelum in modum crucis deferebant.

* *cod.* heresim.

Lectio III. Interea quoque populus tactus et accensus ardore Spiritus sancti, quia in ipsis his diebus beatus Mamertus episcopus humanam caruerat vitam, viva voce vivoque sermone beatum Hysitium profuturum acclamaverunt pontificem. Quam acclamationem beatus audiens reboare Hysitius, nimio terrore tabefactus, concito calle fugam iniit. Cum ergo arrupta montium conscenderet et usque ad supercilium castri Quiriaci nomine aufugaret*, foramina aquaeductum* superiori* expetiit. Quo ingressus obscuriori in loco latuit.

* *ita cod.*

Lectio quarta. At ibi duo juvenes viribus robustiores veloci tramite eum, praeviam in idipsum habentes columbam, assecuti sunt. Quo in loco universus clerus populique frequentia sub obtentu religionis occurrens, eum [per] vim fortitudinis capientes, ad matrem ecclesiam cum ingenti celebritate intersonantibus canticis ac reboantibus hymnidicis laudibus deduxerunt. Cujus occursu prima hebdomada martii mensis obviavit, quo in mense tertia subsequenti sabbato in laudem Dei et Domini nostri Jesu Christi sanctae matris ecclesiae Viennensis creatus est pontifex. Quam ecclesiam mirabili decoravit lumine sapientiae et scientiae.

Lectio V. Unde et beatissimum ac probum virum Avitum in eadem ipsa ecclesia successorem sibi adsignavit pontificem. Sanctum quoque Apollinarem aeque filium in Valentina civitate isdem consecra[vit] et ordinavit episcopum. Quorum filiorum doctrina universus redolet mundus ac universa terra officiosissime depromit. Qui vero et quanti fuerint, nulla indicia nullusque indago edocere praevalet; tamen illud quod exegerunt opus officii dat augmentum et praestat notitiam investigantibus. Denique cum ad tantum officium dignitatis et honoris gloriosissimus praesul beatus Hysitius suos proveheret filios, nihilominus de filia sua prosecutus est.

Lectio VI. Cum ergo adhuc sub triennio aleretur anno, Deo eam assignavit in sanctimoniali contubernio. De rebus vero propriis monasterium mirabili conjectura in honore beatissimorum martyrum Gervasii et Protasii propter amoena civitatis construxit; in quo studio sollicitudinis centum quinquaginta virgines in proposito verae sanctitatis et castitatis, ut solummodo Deo militarent, constituit.

E quibus gloriosissimam virginem Apsidiam praefecit provisatricem; ac deinde sub obtento tot[i]us sanctimoniae religionis gloriosam virginem Fuscinulam praelibatae sanctae Aspidiae commendavit.

Lectio VII. Ipsa quoque sanctissima virgo Aspidia nutrimentis spiritualibus observantiamque castimonialem, jugi eruditione fidei documentis puerperam, Fuscinulam satis edocere virili indagine studuit. Sancta quoque virgo et venerabilis Fuscinula praeceptis magistrae suae libenter oboediens, et oboediendo amplectens, et amplectendo concelebrans. Nulla turpis gratia lucri, nulla juvenilis oblectatio, nulla fraudulentia corporalis eam deviare a proposito virginitatis potuit, sed ut bona indolis ejusque dicioni sese subdere et in diem exitus sui veras nuptias cum dote perpetuo assumere.

Lectio VIII. Namque dum in accubitu verae integritatis fulta de consolatione summi arbitris permaneret et orationibus prostrata circum altare sancti Gervasii et Protasii vacaret in contemplatione, dictum est ei: *Modo, virgo gloriosa Fuscinula, persevera** *in operibus virginitatis tuae, modo confortare in ea fide et veritate quae est in Christo Jesu, quoniam tyrannica potestas ad te mittit suos de latere missos, qui te capient et ad illum festinato deducant cursu**, *quatenus libidinem carnis suae in te expleat et in matrimonio jungat iniquitatis.* Hoc namque audito, rursum continua celeritate surrexit et sororibus suis, sanctis scilicet virginibus, ea quae audierat puro sermone pandere coepit. Dum his explicaretur verbis, tyrannici missi per fores ecclesiae cum maximo strepitu introierunt. Hoc videns beata Fuscinula, cognovit improbam iniquitatem eorum, coepit prorsus terreri et huc illucque discurrendo aufugere, pavida quoque ac perterrita subtus constrictu* altare latuit. Sed improbitas quaerentium nullatenus resipuit; audacia namque diaboli arrepta, de consecrato altari sanctam virginem miserabiliter expulerunt. Cum ergo impolluti* tantam virginem sauciati peccatis extra fores ecclesiae et paene ultra septa monasterii traxissent, justo omnipotentis Dei judicio, sumptis armis, sese ad internecionem jugulaverunt. Nullus horum ullatenus evadere potuit. Attamen sola virgo integritate permansit virginitatis; ipsa namque festinata celeritate ad monasterium remeare decertavit. Quo introeunte, Deo gratias vocibus concrepare coepit, qui de tanto periculo eam innoxiam eruere dignatus est.

* *cod.* perseverata.

* *cod.* cursum.

* *leg.* consecrato.

* *leg.* impollutam.

DCCCLXV. Codex signatus num. 13225.

Olin San-Germ. prius 813, rec. 1228.

Foliorum 143. min. (0m,22×0,16), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

Excerpta ex Missali, Rituali et Breviario monasterii, ut videtur, Epsom[ensis] in dioecesi Suessionensi, cui in fine adjuncta sunt

[Passio sancti Thomae Cantuariensis] (fol. 124r-133r).

Ed. P. L., tom. CXC, p. 335-44. In fine add. tria disticha (*Rex*, *miles*, etc.), ed. ex cod. Carnot. 204, *Anal. Boll.*, tom. VIII, p. 184.

Et praeterea excerpta ex Vitis SS. Lupi ep. Senonensis, Symphoriani martyris Augustodunensis, Germani episcopi Parisiensis ac Gervasii et Protasii.

DCCCLXVI. Codex signatus num. 13909.

Olim monasterii Sancti Martini a Campis, deinde San-Germ., prius 552.2, rec. 1412.

Foliorum 111, min. (0m,167×0,15), lineis plenis, exaratus saec. X. Totum codicem complet

Epitaphium Arsenii [seu vita beati Walae abbatis Corbeiensis].

Ed. ope hujus codicis ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. IV, part. I, p. 455-522.

DCCCLXVII. Codex signatus num. 14281.

Olim coenobii Sanctae Mariae Magdalenae de Farumvilla in dioecesi Aurelianensi, deinde San-Vict. 7.

Foliorum 309, maj. (0m,44×0,315), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Susceptio reliquiarum sancti Victoris (fol. 109r-111v).

Scilicet Miracula S. Victoris, ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Jul., tom. V, p. 149-50, num. 4-12.

2° Passio sancti Victoris (fol. 138v-142v).*

Quattuor locis interpolata.

3° Miracula sancti Victoris (fol. 144r-146v et fol. 149r-154v).

Ed. *Act. SS.*, tom. cit., p. 150-63, numm. 13-21, 24-29, 42-44, 48-52, 57, 68.

4° Passio sancti Laurentii (fol. 171v-173v).*

5° Passio sancti Hippolyti (fol. 174v-176v).*

6° Passio sancti Bartholomaei apostoli (fol. 189r-191v).*

7° Vita sancti Augustini episcopi (fol. 192r-196v, 199r-205r, 224v-225v].

Ut in cod. 5360 (supra, tom. II, p. 338).

8° Exaltatio sanctae crucis (fol. 211r-213r).*

9° Passio sancti Matthaei apostoli (fol. 215r-218v).*

10° Dedicatio ecclesiae sancti Michaelis (fol. 222v-224v).*

11° Passio sanctorum apostolorum Simonis et Judae [fol. 251r-254v).*

DCCCLXVIII. Codex signatus num. 14511.

Olim San-Vict. 379.

Foliorum 183, med. (0m,29×0,22), ex variis laciniis compositus, columnis binis (praeter officia), exaratus saec. XIV et XV.

1° [Officium S. Caroli Magni] (fol. 173r-179r).

2° [Officium S. Ludovici regis Francorum] (fol. 179r-183r).

Utrumque signatum notis musicis et lectiones continens de sancti vita.

DCCCLXIX. Codex signatus num. 14649.

Olim San-Vict. 83.

Chartaceus, foliorum 347, med. (0m,30×0,20), columnis binis, exaratus saec. XV.

Codicem complent

Sex ultimi libri Florilegii quod composuit quidam quondam abbas Sancti Dionysii in Francia.

Scilicet legendae de sanctis qui coluntur quattuor ultimis anni mensibus, auctore Guidone Castris. Pleraque hausta sunt ex Legenda Aurea, Martyrologio Adonis et Vincentio Bellovacensi.

DCCCLXX. Codex signatus num. 14662.

Olim San-Vict. 876.

Chartaceus, foliorum 202, med. (0m,285×0,20), columnis binis, exaratus saec. XV.

Continet *Venatorium sanctorum canonicorum*, auctore Joanne Mauburno.

DCCCLXXI. Codex signatus num. 15030.

Chartaceus, foliorum 221, min. (0m,20×0,135), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Pleraque documenta compendiaria sunt et aliunde satis nota.

1° Vita sanctae Mariae Aegyptiacae (fol. 1r- 18v).

2° [De sancta Elizabeth] (fol. 18v-21v).

3° [Passio] sanctae Catherinae (fol. 25r-41r).

4° [Passio] sancti Dionysii (fol. 41v-64r).

In fine memoratur sollemnis quaedam supplicatio habita ad Sancti Dionysii anno 1494 die 9 novembris.

5° [Passio] sancti Petri (fol. 64v-69r).

Ex Pseudo-Abdia.

6° [Passio] sancti Pauli apostoli (fol. 69r-72v).

Auctore Pseudo-Lino.

7° [Passio] sancti Andreae (fol. 72v-79r).

8° [Passio] sancti Thomae (fol. 79v-83r).

9° Passio sanctae Agnetis (fol. 84r-90r).

10° [Inventio] sancti Dionysii (fol. 91r-94r).

11° Vita sancti Nicholai (fol. 94v-108v).

12° Passio sancti Sebastiani (fol. 109r-114r).

13° [Passio] sancti Vincentii (fol. 114v-125r).

14° [Passio] sancti Blasii (125r-131v).

15° Passio sanctae Agathae (fol. 132r-136v).

16° Passio sanctae Luciae (fol. 137r-140v).

17° [Passio] sancti Thomae [Cantuariensis] martyris (fol. 141r-149v).

Ex Vita auctore Joanne Sarisberiensi.

18° [Passio] sancti Johannis apostoli (fol. 150r-153r).

19° [Passio] sancti Georgii (fol. 153v-155r).
20° [Passio] sancti Marci (fol. 153v-156v).
21° [Passio] sancti Philippi (fol. 157r-158r).
22° [Passio] sancti Jacobi Minoris (fol. 158v-160r).
23° De inventione sanctae crucis (fol. 160v-165v).
24° De exaltatione sanctae crucis (fol. 165v-168v).
25° [Passio] sancti Barnabae (fol. 169r-172v).
26° [Passio] sancti Jacobi [Majoris] (fol. 172v-175r).
27° [Passio] sancti Bartholomaei (fol. 175v-181v).
28° [Passio] sancti Matthaei (fol. 182r-184v).
29° [Passio] sanctorum Simonis et Judae (fol. 185r-189r).
30° [Vita] sancti Martini (fol. 189v-209v).
31° [Vita] sancti Briccii (fol. 210r-211r).
32° [Vita] sancti Gendulphi (fol. 211r-214r).
33° [Vita] sancti Marcelli [Parisiensis episcopi] (fol. 214v-218r).
34° [Vita] sancti Germani [Parisiensis episcopi] (fol. 218v-220v).
35° [Vita] sancti Leufredi (fol. 220v-221v).

DCCCLXXII. Codex signatus num. 15037.

Olim San-Vict. 806.

Foliorum 193 (praeter insiticium in capite), min. (0m,17×0,135), partim lineis plenis (fol. 1-142 et 177-193), partim columnis binis (142-169), exaratus saec. XIII et XIV.

1° [Vita Sancti Lupi episcopi Senonensis] (fol. 1a, r).

Compendium Vitae ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Sept., tom. I, p. 255-65.

2° [Vita S. Aegidii] (fol. 1a, r-v).

Compendium.

3° Liber de gestis Barlaam et Josaphat servorum Dei (fol. 1b, r-39r).*

Om. prologus.

4° Vita Pauli primi heremitae (fol. 41r-41v).

Compendium Vitae auctore Hieronymo.

5° Vita sancti Antonii (fol. 41v-48r).*

Sequuntur *Verba Seniorum*.

DCCCLXXIII. Codex signatus num. 15044.

Olim San-Viet. 622.

Chartaceus, foliorum 196, min. (0m,20×0,14), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Continet *Venatorium sanctorum canonicorum*, auctore Joanne Mauburno. Cfr. supra, p. 568, cod. 14662.

DCCCLXXIV. Codex signatus num. 15107.

Olim San-Viet. 639.

Chartaceus, foliorum 242, min. (0m,22×0,145, lineis plenis, exaratus saec. XV.

Unum in codice continetur documentum hagiographicum, videlicet

Vita sancti Ivonis (fol. 142v-150r).

Inc. *Beatus Yvo confessor egregius a nobilibus fidelibus et catholicis parentibus et de legitimo matrimonio in Britannia in dioecesi Trecorensi extitit oriundus. Cujus mater quasi spiritu prophetico praedixit quod esset futurus sanctus.*

DCCCLXXV. Codex signatus num. 16498.

Olim Sorbonensis 1704.

Foliorum 222, min. (0m,32×0,16), exaratus, quoad majorem partem, columnis binis, saec. XIII.

Miracula beatae Mariae (fol. 144r-146r).

Excerpta praecipue ex Pothonis collectione quam Vindoboni anno 1731 edidit Bernardus Pez, in libello *Ven. Agnetis Blannbekin Vita... Liber de miraculis sanctae Dei genitricis Mariae* p. 303-436, ordine et stilo nonnunquam mutatis. Nempe Pothonis miracula 29, 1, 3, 4, 6, 5, 7, 8, 11, 12, 13, 16, 31, 32; dein miracula ed. apud Fita, *Estudios historicos*, tom. III, tract. XVI, cap. 6, num. 2, et cap. 5, num. 6; tandem Pothonis 23 et 2.

DCCCLXXVI. Codex signatus num. 18134.

Olim Nov. Acq. lat. 81, ex auctione bibliothecae A. Dinaux.

Foliorum 250, med. (0m,19×0,13), columnis binis, exaratus saeculo XIII.

[Miracula beatae Virginis] (fol. 106r-172v).

Collectio sexaginta et quinque miraculorum, quae accuratissime descripsit cl. v. A. Mussafia, *Studien zu den mittelalterlichen Marienlegenden*, fasc. I. p. 68-75 (1).

DCCCLXXVII. Codex signatus num. 747.

Olim Colbertinus 2880, deinde Reg. C. 3876. 6.

Foliorum 193, med. (0m,314×0,22), columnis binis, exaratus extr. saec. XII.

Lectionarium, ut videtur, ecclesiae Parisiensis, cui post lectiones de sacra Scriptura et homilias secundum diversa anni tempora adjectae sunt nonnullae Vitae sanctorum in lectiones distributae, nimirum

1° [Passio] sancti Thomae Cantuariensis (fol. 124r-126v).

Ed. P. L., tom. CXC. p. 317-24.

2° Vita beatae Genovefae virginis (fol. 128v-134r).

Ed. ap. C. Kohler, *Étude critique sur la vie latine de sainte Geneviève* (Paris 1881), p. 48-72. Desunt in codice titulus et numm. 29-48 (op. cit., p 62-71).

3° De miraculis quae Dominus in ecclesia Parisiensi operatus est meritis et precibus sanctae Genovefae virginis (fol. 134r-136v).

Miraculum scilicet ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Jan., tom. I, p. 151-52, sed aliis et aliquanto prolixioribus verbis enarratum.

Inc. prol. *Quoniam regnare est Deo omnipotenti servire et in significatione gloriae sanctitatis...*

Inc. Mir. *Summi et regnantis in aeternum et ultra Dei cultore Ludovico Philippi christianissimi et pietate praediti regis filio Dei dispositione in Galliis regnante, venerabili Stephano sanctae Parisiorum ecclesiae Deo propitio praesidente...*

(1) Operis illius, adhuc imperfecti, jam tres editi sunt fasciculi eo tempore quo Catalogus iste prelo subiciebatur. Hoc adeat benevolus lector qui de miraculis B. M. V. in scriniis Parisinis relatis (cfr. Ind. gen. SS. in fine hujus tomi) ampliorem notitiam cupit.

Des... *et per novem lectiones sollemniter totus expendatur in laudibus Dei VI° kal. decembris, ut ii qui hunc diem devotione et actu celebraverint, protegantur ab universis hostibus mentis et corporis et eruantur ab omnibus incendiis temporalibus et aeternis, praestante, etc.*

Praeterea continet codex lectiones compendiarias de sanctis qui communiter occurrunt in legendariis, ut Sebastiano, Agnete, etc.; inter quas notandae tantum hic videntur lectiones de SS. Dionysii inventione (fol. 146v), Peregrino (148v), Germano ep. Paris (149v), Martini translatione (166v), Cucuphate (169v), Eugenio ep. Toletano (176r).

DCCCLXXVIII. Codex signatus num. 750.

Olim Antonii Faure, deinde Telleriano-Rem. 1514, postea Reg. C. 4225. 3.

Foliorum 250, min. (0m,24×0,17), columnis binis, exaratus saec. XIV.

« Meldense seu Jotrense Breviarium vetus » (fol. 1r, manu saec. XVII). Pars aestiva, a mense Aprili ad Novembrem.

1° [Passio] sanctae Juliae virginis et martyris [Tricassinae] (fol. 125v-128r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Jul., tom. V, p. 133-34, sed in cod. stilus aliquanto simplicior est.

2° [Passio sanctorum] Secundiani, Marcelliani et Verani (fol. 146v-148r).

Passionis ed. ad d. 1 Jun., tom. I, p. 35-37, num. 1 et exordium num. 2.

3° [Passio sanctorum] Saviniani et Potentiani (fol. 213r-214v).

Ed. ap. Duru, *Bibl. hist. de l'Yonne*, tom. II, p. 313-15; add. quae edita sunt ex cod 3560, supra, tom. II, p. 340-42, num. 1-4.

4° [Miracula eorundem] (fol. 214v-220r).

Ed. ex cod. 3560, loc. cit., p. 343-49. Om. in cod. posterior pars num. 5 (post verba *laterater auferre thesaurum*), et num. 30 insertus est inter numm. 20 et 21.

5° [Vita] sancti Faronis episcopi [Meldensis] (fol. 221v-222r).

Vitae ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Oct., tom. XII, p. 610-16, num. 1-5 extr.

DCCCLXXIX. Codex signatus num. 755.

Olim Colb. 795, deinde Reg. C. 3878. 5.

Foliorum 385, med. (0m,365×0,24), columnis binis, exaratus saec. XIII extr.

Legendarii pars hiemalis, in quo continentur multae Vitae sanctorum compendiariae. Has tantum distincte notare visum est quae non ita communiter in legendariis occurrere solent, videlicet SS.

(Mense Decembri) Bibianae v. m. (fol. 11v-12v), Sabae c. (13v-14v), Savini ep. (17r-18r), Zenonis ep. (22v-23r), Syri ep. (23r-v), Eustratii m. (32r-33r), Mutii et Copris mm. (33r-34r), Gregorii ep. Spolet. (38v-40r), Victoriae v. m. (40r-41v).

(Mense Januar.) Macharii (85r-86v), Anteri p. m. (88v-90r), Genovefae v. (90r-91r), Gulielmi ep. (93v-96r), Agathonis p. (96r-97r), Secundinae v. (104v-106v), Priscae et Aquilae (118v-120r), Joannis Calybitae (128r-130r), Paulae, auctore Hieronymo (141r-147v), Joannis Chrysost. (148r-151r), Papiae et Mauri mm. (152r-v), Ursi (152v-153r), Cyri et Joannis mm. (153r-154r).

(Mense Febr.) Brigidae v. (155r-156r), Hugonis ep. (165r-167r), Helenae (167r-169r), Tatianae m. (169r-170v), Gulielmi ab. (172v-173r), Pigmenii pr. (179r-180v), Barbari ep. (180v-182r), Romani mon. (188r-189v).

(Mense Martio) Herculani ep. (189v-191v).

(Mense Aprili) Xysti I p. m. (210v-212r), Stanislai ep. m. (213v-215v); Julii p. (215v-216v), Liberii p. (226v-227r), Benedicti p. (227r-v), Anastasii p. 229v-230r).

(Mense Maio) Brandani ep. (249v-255r), Eleutherii ep. m. (254r-256r), Venantii m. (256r-257r), Eleutherii p. m. (258r-259v).

(Mense Junio) Olivae v. (267v-269r), Antonii O. M. (270v-273r), Nicandri et Martiani (274r-275r).

DCCCLXXX. Codex signatus num. 790.

Olim. Regum Aragoniae Neapoli, deinde Reg. R. 77, P. 77, C. 3583.

Foliorum 336, maj. (0m,475×0,29), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° IIII idus martii, vita sancti Gregorii papae (fol. 324r-328v).*

Auctore anonymo. Om. num. 12, praeter prima et ultima verba, ita ut hic numerus ad haec reducatur: *Cumque adhuc futurus antistes fugae latibula praepararet, capitur, trahitur*, etc. Deinde omm. num. 17 (praeter primam sententiam, reliqua paucissimis verbis contracta sunt) et numm. 19 (rursus praeter primam sententiam)-27. Sequitur epitaphium. S. Gregorii ed. ap. cl. J. B. de Rossi, *Inscr. christ.* tom. II, part. I, p. 209, n. 38.

2° Miraculum ejusdem (fol. 328v-329v).

Illud scilicet quod narratur in Vita conscripta a Joanne Diacono, num. 23 (*Act. SS.*, tom. II. Mart., p. 151), sed non iisdem plane verbis.

3° XII kalendas aprilis, vita sancti Benedicti (fol. 329v-335v).*

Omm. ea quae sequuntur post num. 12.

DCCCLXXXI. Codex signatus num. 791.

Olim ecclesiae « Sancti Joannis de Brembio, Laudunensis [Lodi] diocesis » deinde Reg. R. 1097, P. 360, C. 3652.

Foliorum 278, maj. (0m39×0,24), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° Passio sancti Andreae apostoli (fol. 1r-5r).*

2° [De sancto Nicolao] (fol. 9r-10r).

Fragmentum.

3° [Vita sancti Ambrosii episcopi] (fol. 10r-14v).

Compendium.

4° Vita sancti Zenonis episcopi et confessoris (fol. 14v-16v).

Auctore Coronato, ed. *Act. SS.*, ad d. 12 April., tom. II, p. 70-71, multis lectionibus variantibus.

5° Vita sancti ac beatissimi episcopi Syri (fol. 16v-23r).

Ed. ap. Prelini, *San Siro*, tom. I, p. 178-217.

6° Passio sanctae Luciae virginis et martyris (fol. 26r-28v).*

7° Passio sancti Thomae apostoli (fol. 28v-37v).

Ed. ap. Max Bonnet, *Acta Thomae*, p. 133-60.

8° Sermo sancti Johannis apostoli et evangelistae (fol. 41v-43v).

Constat notitia de S. Joanne desumpta ex Hieronymi libro *De Viris illustribus* et historia de juvene ex Eusebio.

9° Vita sancti Johannis apostoli et evangelistae (fol. 43v-50r).*

10° Vita sancti Silvestri papae (fol. 52r-72v).*

Om. prologus. In fine add. quaedam de urbe Constantinopoli condita, ed. *Catal. Bruxx.*, tom. I, p. 119-20.

11° Vita sancti Hilarii episcopi et confessoris (fol. 76r-79v).*

Liber I. Praefixus est brevissimus prologus et annexus operum sancti doctoris catalogus.

12° Passio sancti Marcelli papae et martyris (fol. 79v-85r).*

13° Passio sancti Sebastiani martyris (fol. 85r-94v).*

14° Passio sanctae Agnetis virginis et martyris, (fol. 94v-99v).*

15° Passio sancti Vincentii martyris (fol. 99v-104r).

Propius accedit ad Passionem ed. *Anal. Boll.*, tom. I, p. 263-70.

16° Passio sancti Babylae episcopi et martyris (fol. 107v-111v).*

Subinde paululum contracta.

17° Passio sancti Polycarpi martyris (fol. 111v-116v).

Ex Eusebio, interprete Rufino, lib. IV, capp. 14, 15.

18° Passio sancti Geminiani episcopi [Mutinensis] et martyris (fol. 116v-120v).

Nuper primum edita ex novem codicibus italicis a cl. v. P. Bortolotti, *Antiche vite di S. Geminiano vescovo e protettore di Modena* (Modena, 1886, in-4°), p. 63 sqq. — Antiquior videtur quam ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Jan., tom. II, p. 1097 sqq. In cod. fine mutila.

19° [De sancta Brigida] (fol. 121r-123r).*

Fragmenta nonnulla.

20° Passio sancti Blasii episcopi et martyris (fol. 126r-130r).*

21° Passio sanctae Agathae virginis et martyris (fol. 130r-134v).*

22° Vita sancti Ivencii episcopi (fol. 134v-137v).

Ed. ap. Prelini, *San Siro*, etc., p. 218-32.

23° Passio sancti Valentini [Interammensis] episcopi et martyris (fol. 137v-140r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Febr., tom. II, p. 756-57.

24° Passio sanctorum Faustini et Jovitae martyrum (fol. 140r-141v).

Compendium.

25° Vita beati Gregorii papae (fol. 141v-147v).*

Auctore anonymo.

26° Passio sancti [Secundi Astensis episcopi] (fol. 167v-174r)

Ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Mart., tom. III, p. 800-4. Inter. numm. 8 et 9 inserta est relatio inventionis corporis sancti Marciani a S. Innocentio Dertonensi.

27° Vita sancti Innocentii Terdonensis episcopi (fol. 174r-176).

Ed. ibid., ad d. 17 Aprilis, tom. II, p. 482-84. Mutila desinit in verbis *et spongiam* (num. 6 extr.).

DCCCLXXXII. Codex signatus num. 802.

Olim, ut videtur, ecclesiae sancti Nicasii Catalaunensis (1), deinde Ducis de Noailles, Franciae marescalli.

Foliorum 302, med. (0m,36×0,26), columnis binis, exaratus saec. XIV.

Praeter alias sanctorum Vitas compendiarias vel ex parte tantum exscriptas, leguntur in codice

1° [Vita sancti Memmii episcopi Catalaunensis] (fol. 176r-181v).

Prolixior quam ed. *Act. SS.*, ad d. 5 Aug., tom. II, p. 11-12, sed eadem referens majori copia et pompa verborum.

2° Vita sancti Elaphii episcopi [Catalaunensis] et confessoris (fol. 198r-199v).

Rursus longe prolixior compendio ed. ibid., ad d. 19 Aug., tom. III, p. 747, et similiter valde ambitioso stilo eadem referens; sed abrumpitur post indicatam consecrationem S. Elaphii in episcopum Catalaunensem.

3° Vita sancti Alpini episcopi [Catalaunensis] et confessoris (fol. 207r-209v).

Vitae prolixioris ed. ibid., ad d. 7 Sept., tom. III, p. [illegible], num. 1-6 extr.

4° Vita sancti Leudomiri episcopi [Catalaunensis] et confessoris (fol. 225v-231v).

Vitae ed. ibid., ad d. 2 Oct., tom. I, p. 333-37, num. 1-4 extr.; [illegible] in cod.

(1) Fol. [illegible] legitur haec nota: [illegible]

num. 3 quaedam paulo prolixius referuntur et num. 4 caecae sanatio narratur aliis verbis.

5° Passio sancti Lupentii martyris (fol. 241v-242v).

Ed. ibid., ad d. 22 Oct., tom. IX, p. 610-11. Omm. numm. 8-10.

DCCCLXXXIII. Codex signatus num. 815.

Olim Bigotianus 25, deinde Reg. C. 3883.2.

Foliorum 255 (praeter insiticia chartacea tria in capite et totidem ad calcem), med. (0m,334×0,24), columnis binis, exaratus saec. XV.

1° Legenda passionis sancti Andreae apostoli (fol. 3r-6v).*

2° [Passio] sanctae Luciae (fol. 23r-27r).*

3° De sancto Thoma apostolo (fol. 27r-32v).*

4° De sancto Thoma Cantuariensi (fol. 39v-43r).

Ed. P. L., tom. CXC, p. 323-28.

5° [De sancta Scholastica virgine] (fol. 76v-78r).*

6° [Vita] sancti Aquilini episcopi Ebroicensis (fol. 78r-80r).

Compendium.

7° Passio sanctorum martyrum Maximi et Venerandi (fol. 105v-109v).

Lectiones de quibus *Act. SS.*, ad d. 25 maii, tom. V, p. 36.

8° [Vita] sancti Leufridi abbatis (fol. 116v-120v).

Compendium.

9° [Passio] sanctorum martyrum Joannis et Pauli (fol. 126v-129r).*

Nihil de S. Gallicano.

10° In natali sancti Swithini (fol. 150v-155v).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. VII, p. 374-80.

11° De sancto Aquilino (fol. 170v-171r, 172r-173r).

Ut supra 6°.

12° De sancto Arnulpho [Turonensi] (fol. 171r-172r).

Compendium.

13° Vita sanctae Mariae Magdalenae (fol. 173r-178r).*

Vita cum translatione.

14° Passio beati Jacobi apostoli fratris beati Johannis evangelistae (fol. 178v-183v).*

15° De sancta Anna matris virginis Mariae (fol. 183v-188v).

Inc. *Postulatis, filiae Jerusalem...*

16° [Passio] sancti Christophori martyris (fol. 188v-193r).*

17° [Passio] sanctorum martyrum Abdon et Sennes (fol. 193r-197v).*

18° [Vita] sancti Taurini episcopi [Ebroicensis] (fol. 223r-234r).

Auctore Deodato, ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Aug., tom. II, p. 639-43. Nonnulla hic illic omm.

DCCCLXXXIV. Codex signatus num. 1452.

Olim Aniciensis, deinde Colbertinus 449, postea Reg. C. 3887. a.

Foliorum 202, med. (0m,36×0,27), columnis binis, exaratus saec. X.

Collectio canonica, in cujus ultimo folio (202r-v), sub titulo *Auctoritas quod ex antiquo Moriensis ecclesia Viennensi ecclesie metropoli subdita fuit*, legitur

[Vita sanctae Tigridis virginis Mauriennensis].

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Jun., tom. V, p. 73-75.

DCCCLXXXV. Codex signatus num. 9550.

Olim monasterii sancti Claudii (fol. 3r), deinde Reg. C. 2181, postea Suppl. lat. 839

Foliorum 95 quorum duo prima chartacea insiticia, min. (0m,26×0,16), lineis plenis, litteris uncialibus exaratus saec. VII, praeter ultima folia (86r-95), quae descripta sunt saec. XIII.

Inter alia opera S. Eucherio attributa reperitur in hoc codice

Passio Acaunensium martyrum fol. 81r-86v.

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Sept., tom. VI, p. 343-45. — Epistola dedicatoria (num. 1 legitur in codice post Passionem, sed eadem manu descripta.

SUPPLEMENTUM II.

Jam aggredimur ultimam nostri operis partem, in qua recensere intendimus nomina sanctorum qui in breviariis, diurnalibus, psalteriis, antiphonariis et missalibus commemorantur. Hujusmodi libros liturgicos amplius 350 in bibliotheca Parisiensi asservatos perlustravimus. Quos majoris perspicuitatis gratia primo distribuimus in quattuor classes. Harum prima eos complectitur qui ad usum erant ecclesiarum gallicanarum ; secunda, eos qui spectant ad alias ecclesias extra Galliam sitas ; tertia, qui proprii erant familiarum religiosarum (1) ; denique, in quartam eos reservavimus quos nulli illarum trium priorum commode adscribere potuimus. Deinde, intra singulas has classes, praeter ultimam, quasdam discrevimus sectiones : in prima nimirum collocando documenta secundum diversas provincias ecclesiasticas (eo ordine quo recensentur in *Gallia christiana*), in secunda secundum diversas regiones, in tertia secundum diversos ordines regulares (2). Singulae classes et sectiones suo siglo, singuli libri in unaquaque suo numero notata sunt.

Universos praeterea codices alia ratione bifariam dispertire visum est. Plerasque nempe sanctorum mentiones quos in hoc supplemento collegimus praebuerunt calendaria libris liturgicis praefixa aut inserta ; sed

(1) Inter quos tamen non computavimus libros quibus utebantur quaedam antiqua Benedictinorum vel canonicorum coenobia, quippe qui non ita proprii alicujus ordinis religiosi dicendi videantur, sed praeter paucos patronos particulares fere eosdem sanctos memorent quos breviaria et missalia regionis in qua sita erant coenobia. Unde illos harum regionum vel provinciarum monumentis adjunximus.

(2) Cujusnam ecclesiae vel regionis proprii fuerint singuli libri liturgici saepissime indicant ipsae inscriptiones (*Breviarium ecclesiae Arelatensis*, vel *Parisiensis*, et sic porro), quae leguntur in capite codicum vel in tergo operimenti. Non raro etiam ad id definiendum juvant quae in iis leguntur officia propria sanctorum quos aliunde notum est in singularibus nonnullis ecclesiis praecipuo cultu honoratos fuisse vel, simili ratione, calendaria breviariis aliisve libris praefixa. Sed huic tot codices secundum ecclesias ad quas pertinebant distribuendi operae, libenter profitemur nos vix pares futuros fuisse nisi illam ante nos suscepisset doctissimus et clarissimus vir Leopoldus Delisle, toti bibliothecae nationali praefectus, qui ante aliquot annos, dum provinciae codicum manuscriptorum hujus bibliothecae curam suam navabat, codicum liturgicorum recensionem diligentem instituit et praeterea singulorum formam et partes et notas ceteras sedulo indicavit, hasque praestantissimas notitias, nondum publici juris factas, nobiscum liberalissime communicavit : cui humanitati maximam gratiam habemus et referimus.

et multorum ex iisdem sanctis et aliorum paucorum in illis libris praescripta est commemoratio in divino officio facienda sive per orationem tantum sive etiam per legendam seu lectiones de eorum vita vel translatione recitandas. Hoc duplex mentionum genus distincte indicasse juvabit. Duplicem itaque confecimus elenchum, alterum codicum qui calendarium exhibent, alterum eorum qui continent *Proprium sanctorum* seu lectiones vel orationes pro sanctorum festivitatibus. Non pauci quidem codices in utroque elencho repetuntur, non tamen omnes : neque enim omnibus breviariis praefixum est calendarium et calendaria quaedam reperiuntur in codicibus in quibus nullae aliae memoriae sanctorum leguntur, sed solum v.g. Proprium de tempore vel psalterium. Unde nec in utroque elencho iidem codices iisdem numeris signati sunt ; quod quo magis appareat et simul facilius conferri invicem queat utrumque mentionum genus, codices utrique elencho communes designavimus in priori, adjectis ad singulos numeris (intra uncinos inclusis), quibus in posteriori notati sunt.

Porro, distributione illa codicum instituta et quae in singulis occurrerunt sanctorum memoriis adnotatis, immensam hanc excerptorum silvam ita ordinare magis commodum visum est ut ad singulos anni dies indicarentur primo sanctorum nomina ad eosdem dies in calendariis reperta, adjecta serie codicum singulorum, siglo et numero suo (quibus in elencho priori eos notavimus) distinctorum, qui calendaria in quibus haec nomina leguntur continent ; deinde, praenotata littera **B**, eorundem sanctorum memoriae in breviariis, diurnalibus et antiphonariis (1) consignatae, simili adjecta serie codicum (quorum sigla et numeri ad elenchum secundum remittunt) : in hac autem posteriori serie typis numerorum *inclinatis* distinximus codices in quibus praeter commemorationem per orationem descriptae sunt lectiones de sancti historia. Singularem vero codicum recensionem praetermisimus ubi agitur de iis sanctis qui (ut v.g. Andreas, Nicolaus, Stephanus protomartyr, etc.) in omnibus fere vel certe pluribus singularum classium vel sectionum codicibus occurrunt : quorum nomina satis fuit notasse asterisco (*), ita tamen ut signum hoc aliquando ad

(1) Quod autem spectat ad Missalia, sanctorum nomina tantummodo e calendariis in eorum capite descriptis excerpere curae fuit ; in iis vero, admodum paucis, quae calendario instructa non sunt, ea nomina collegimus ex Proprio sanctorum, sed nihilominus eis quae ex calendariis collecta sunt adjunximus, operae pretium non ducentes ea sub distincta serie recensere. — Martyrologia prorsus negleximus : nihil enim ad rem nostram juvaret codices tantum enumerare ; singula autem nomina in iis contenta recensere nimis immensi erat laboris et forte majorem confusionem invexisset quam subsidium.

unam vel alteram tantum classem (siglo suo definitam) referendum sit, alias (ubi scilicet nullum siglum aut nulla limitatio adjecta est) ad classes omnes et etiam ad utrumque mentionum genus.

Jam sequuntur elenchi.

ELENCHUS I.[1]

KALENDARIA.

I. Ecclesiarum Gallicanarum (Gall.)

Prov. Albigensis (Alb.)

1. Cod. 751, s. XV. — Br. Albigense. (1)
2. Cod. 769, s. XV. — Ps. »
3. Cod. 765, s. XIV. — Ps. »
4. Cod. 1262, s. XV. — Br. Ruthenense. (3)
5. Cod. 1306, an. 1458. — Br. » (4)
6. Cod. 1260, an. 1458. — Br. » (5)
7. Cod. 13236, s. XV. — Br. » (6)
8. Cod. 838, s. XIV. — M. Albigense.
9. Cod. 828, s. XIV. — M. »

Prov. Aquensis (Aq.)

1. Cod. 767, s. XIV. — Ps. quondam mon. Lerinensis, sed kalendario potius Aquensi.
2. » 1261, s. XV. — Br. (eccl.....?) (1)
3. » 1061, an. 1467. — Br. Aquense. (3)
4. Cod. 1068, s. XIV. — D. Forojuliense. (4)
5. » 852, s. XV. — M. Aquense.

Prov. Arelatensis (Ar.)

1. Cod. 1018, s. XIII. — Br. Arelatense. (3)
2. Cod. 755, s. XIII. — Br. Montis majoris prope Arelatum.
3. Cod. 782, s. XIV. — Ant. Arelatense. (10)
4. Cod. 1073, s. XIV. — Ps. »

[1] In hoc elencho haec praecipue sigla adhibita notare velit lector : an. = anno ; Ant. = Antiphonarium ; Br. = breviarium ; D. = diurnale ; M. = missale; mon. = monasterii ; Ps. = psalterium ; s. = saeculi.

5. Cod. 744, s. XIII. — Br. (eccl..... ?)
6. Cod. 1060, s. XV. — Br. Massiliense. (8)
7. Cod. 825, s. XIII. — M. Arelatense.
8. Cod. 839, s. XIV. — M. »
9. Cod. 874, s. XV. — M. »
10. Cod. 875, s. XV. — M. »
11. Cod. 876, s. XV. — M. »
12. Cod. 881, s. XV. — M. »
13. Cod. 1102. s. XIV. — M. »
14. Cod. 1103, s. XIV. — M. »

Prov. Ausciensis (Ausc.)

1. Cod. 17298, s. XII. — D. ad usum eccl. Convenarum. (1)
2. Cod. 1279, s. XIV. — Br. Oloronense. (2)

Prov. Bituricensis (Bit.)

1. Cod. 1278, s. XV. — Br. mon. S. Theofredi in dioec. Aniciensi. (12)
2. Cod. 1256, s. XII. — Br. Tullense. (14).
3. Cod. N. A. 116, s. XV. — Br. eccl. cath. Claromontanae. (3)
4. Cod. 822, s. X. — M. Lemovicense.
5. Cod. 836, an. 1359. — M. »
6. Cod. 837, s. XIV. — M. »
7. Cod. 870, s. XV. — M. »
8. Cod. 9438, s. XII. — M. »
9. Cod. 821, s. XI. — M. »

Prov. Burdigalensis (Burd.)

1. Cod. 1057, s. XV. — Br. Lucionense. (1)
2. Cod. 1319, an. 1473. — Ps. mon. Fontis Ebraldi.
3. Cod. 13223, s. XII. — Br. (Pictaviense?) (2)
4. Cod. 1033, s. XV. — Br. Pictaviense. (3)
5. Cod. 1307, s. XV. — Br. Xantonense. (6)
6. Cod. 871, s. XV. — M. Burdigalense.
7. Cod. 872, an. 1451. — M. Pictaviense.
8. Cod. 873, s. XV. — M. »
9. Cod. 8886, s. XIV. — M. Lucionense.

Prov. Cameracensis (Cam.)

1. Cod. 17295, s. XV. — Br. Cameracense. (1)
2. Cod. 1101, s. XIV. — M. mon. S. Amandi.
3. Cod. 843, s. XIV. — M. »
4. Cod. 17311, s. XIV. — M. (Camerac. ?)

Prov. Ebredunensis (Ebr.)

1. Cod. 10486, s. XIV. — Br. mon. Lerinensis. (3)
2. Cod. 1312, s. XV. — Br. Ebredunense. (1)
3. Cod. 878, s. XV. — M. »

Prov. Lugdunensis (Lugd.)

1. Cod. 1078, s. XIV. — Ps. (eccl..... ?)
2. Cod. 18001, s. XIV. — Ps. Augustodunense.
3. Cod. 1330, s. XIV. — Ps. »
4. Cod. 1056, s. XV. — Br. eccl. Balmensis in dioec. Augustod. (1)
5. Cod. N. A. 402, s. XIV. — Br. Lingonense. (3)
6. Cod. N. A. 403, s. XV. — Br. » (4)
7. Cod. 1303, s. XV. — Br. » (2)
8. Cod. 879, s. XV. — M. Divionense.
9. Cod. 9442, s. XIII. — M. Lingonense.
10. Cod. 1100, s. XI. — M. Lugdunense.
11. Cod. 1114, s. XV. — M. Augustodunense.

Prov. Narbonensis (Narb.)

1. Cod. 1035, s. XIV. — Br. Carcassonense. (2)
2. Cod. 14447, s. XIV. — M. Magalonense.
3. Cod. N. A. 297, s. XIV. — M. Biterrense.

Prov. Parisiensis. [1]

Breviaria, etc. (praeter Missalia), ecclesiae Parisiensis (P[1])

1. Cod. 749, s. XIII. — Br. Parisiense. (22)
2. Cod. 1022, s. XIII. — Br. et M. » (1)
3. Cod. 1023, s. XIII. — Br. » (2)
4. Cod. 15613, s. XIII. — Br. » (3)
5. Cod. 15181, s. XIII extr. — Br. » (4)
6. Cod. 15182, s. XIII extr. — Br. » (5)
7. Cod. 1024, s. XIV. — Br. » (6)

[1] Cum non minus nonaginta codices liturgicos antiquos ad aliquam ecclesiam provinciae Parisiensis pertinentes servet Bibliotheca Nationalis, illos rursus in series quattuor, suis siglis distinctas, distribuere visum est : quarum prima continet breviaria et alios similes codices, praeter missalia, ipsius ecclesiae Parisiensis ; secunda, ejusdem ecclesiae missalia ; tertia, libros liturgicos coenobiorum quae intra suos fines ea ecclesia complectebatur ; quarta denique, libros liturgicos ceterarum ecclesiarum provinciae Parisiensis praeter ipsam Parisiensem ecclesiam. Quae partitio, omissa scilicet secunda classe, et in elencho altero observabitur.

8. Cod. 1052, s. XIV. — Br. Parisiense. (7)
9. Cod. 1321, s. XV. — D. » (25)
10. Cod. 1263, s. XIV. — Br. » (8)
11. Cod. 10482, s. XIV. — Br. » (10)
12. Cod. 1025, s. XV. — Br. » (18)
13. Cod. 746 A, s. XV. — Br. » (19)
